This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



EDMD SYDNEY WILLIAMS.

Z
126
.W85



EDMD SYDNEY WILLIAMS.

Z
12
.W

MONUMENTA TYPOGRAPHICA,

QVAE

ARTIS HUJUS PRAE-
STANTISSIMAE ORIGINEM,
LAUDEM ET ABUSUM
POSTERIS PRODUNT,

INSTAVRATA

STUDIO ET LABORE

JO. CHRISTIANI
WOLFII,

IN GYMNASIO HAMBURGENSI PROFES-
SORIS PUBLICI.

PARS PRIMA.

HAMBURGI,
SVMTIBVS CHRISTIANI HEROLDI. Ao. MDCCXL.

PARI NOBILI FRATRVM
CONJUNCTISSIMORUM,

JO. JACOBO ET IAC. TORNÆSIIS,

VIRIS PRÆCLARIS,

QVI

GENEVAE ET LUGDVNI
REM LIBRARIAM ET TYPOGRA-
PHICAM PRAECIPVE ET IN-
SIGNITER ORNANT,

S. P. D.

JO. CHRISTIANVS WOLFIVS.

Cur Monumenta hæc typographica, quæ artis nobiliſſimæ ſummam præſtantiam pariter ac miram utilitatem abunde declarant, VOBIS potiſſimum offerrem, cauſæ mihi plurimæ æquiſſimæque fuerunt. Duo inprimis ornamenta omnibus, quos Divina Pro-

videntia ex plebe obſcura & inerti exemit, perpetua eſſe conſtat, præclarum ſcilicet Genus & Majores poſſe oſtendere, qui de publica & privata re bene meriti, poſteris aditum facilem ad officia utiliſſima plurimis præſtanda aperuerunt; gentilitium deinde decus ſemper tueri, novis honoribus augere, inter cives primum locum tenere, & induſtria ſingulari omne hominum genus demereri.

Equidem nihil magis perſpicuum eſſe credo, quam reditum literarum elegantiorum omniſque ſolidæ eruditionis in Europam Arti Typographicæ plurimum deberi, atque huic ornandæ & perficiendæ permultos Viros doctrina & judicio inſtructiſſimos ſedulam manum admoviſſe. In horum numero Veſtra Familia magnum certe locum per integra duo Secula tenuit, atque de re Typographica ita præclare meruit, ut TORNAESII optimo jure *Manutiis*, *Stephanis*, *Plantinis*, *Wechelisque* ſint adjungendi, innumeris autem aliis Typographis anteferendi.

Sem-

Semper in orbe erudito vigebit nomen *JOANNIS TORNAESII*, Typographi Regii & morum probitate & artis induſtria inſignis, qui inde ab A. MDXL. Lugduni id operam dedit, ut quicquid typis ſuis exprimeret, illud omne emendatiſſimum, & quantum in ipſo erat, omnibus nnmeris abſolutum prodiret. Loquitur pro me *Gulielmus Borluyit*, qui illum his laudibus celebrat: *Incidi in* Joannem Tornæſium, *Virum* (*Dii boni*) *quanta humanitate in humanioris diſciplinæ Profeſſores? in egenos pathia? familiaritate in ſuos? integritate & clementia in omnes?* Candide adeo Vir optimus ſatis facere ſtuduit Servatoris noſtri præcepto ſanctiſſimo, quod in typographico emblemate ſuis omniumque oculis proponi curavit: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Ergo minime mirum cuiquam videbitur, HENRICVM IV. Galliarum Regem crebro literas favoris & benevolentiæ ſingularis pleniſſimas ad illum dediſſe, & *Antonium Verderium*, *Adrianum Bailletum*, *Michaëlem Maittairium* atque *Dominicum de Colonia* multa honorifice de illo prædicaſſe.

Vi-

Virum tantum atque talem non ſolum Filio, ſed etiam omnibus poſteris ſuis usque ad hodiernum diem, ut veræ nobilitatis initium, ita perpetuum virtutis exemplum fuiſſe, ejusque veſtigia in veſtra Familia non preſſa leniter ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriam omnium ſempiternam, omnes unice ſuſpiciunt & admirantur. Quis enim ignorat, ornamenta illa hominum nobilium, quæ ſupra commemoravimus, à DEO O. M. plena & larga manu in Veſtram Gentem collata eſſe, atque TORNAESIOS ſtabili & perpetua felicitate per tot annos de literis omnibus ſic meritos eſſe, ac mereri in dies, nemo ut ſit, qui doctorum in cohorte cenſeri velit, quin multis nominibus ſe illis devinctum fateri cogatur.

VOS vero, *DVVMVIRI* Præclari, Majorum induſtriam & Gentis Veſtræ ſplendorem non modo diligentiſſime ſervaſtis, ſed etiam mirifice amplificaſtis, quandoquidem Genevæ & Lugduni, quæ urbes jam pridem ſunt nobiliſſima Muſarum emporia, innumerabi-

bilem magnorum & utiliſſimorum Operum multitudinem ſumma induſtria maximisque ſumtibus frequenter divulgantes, in manus omnium, qui ubique ſunt, doctorum tradere nunquam ceſſatis. Libenter etiam audivi, Vtrumque Veſtrum habere Filios plurimos, eminentes jam nunc effigies probitatis & induſtriæ paternæ, quibus VOS Gentis Veſtræ decus non modo conſervare, ſed etiam in longam poſt nos memoriam, extendere poſſe, communis utilitatis cauſa gaudeo atque vehementer lætor.

Hoc VOBIS penitus perſuadeatis velim, me, Veſtris eminentibus virtutibus, ingentibus in literas, quas una cum earum Propagatoribus ſincere amo, meritis, veris denique proſperitatibus permotum, VOBIS hunc librum dicare, id quod VOS in bonam partem accepturos eſſe ſingularis veſtra humanitas, multorum ſermone celebrata, mihi pro certo pollicetur. Vtinam modo DEVS VOS, Viri Egregii, tam de arte typographica quam de re libraria optime meritos, diu perennare & Reipublicæ literariæ incolu-

lu-

lumes eſſe velit & jubeat. Vtinam ſenectutis metas longe longeque extendat, ut induſtria veſtra literæ vigeant, Typographiæ dignitas & jura conſerventur, commoda denique & utilitates eruditorum hominum effloreſcant. Scripſi Hamburgi d. 11. Maji A. CIƆ IƆ CCXL.

BE-

BENEVOLO LECTORI, S.

Magna me ſpes tenet, TE ſerena & hilari fronte hanc Collectionem accepturum eſſe, in qua XLIV. Opuſcula integra & trecenta circiter loca ſelecta variorum Scriptorum de Origine, Præſtantia & Abuſu Artis Typographicæ continentur. Tanta enim eſt hujus argumenti dignitas atque jucunditas, ut Viri in orbe erudito celeberrimi certatim, alius alio diligentius & copioſius, mox Typographiæ veram originem inveſtigare, mox ejus miram utilitatem ſummis laudibus celebrare, mox autem nocentiſſimis abuſibus peſſulum obdere ſtuduerint. Probe etiam noſti, pleroſque horum libellorum in Bibliothecis locupletiſſimis Germaniæ raro reperiri, à paucis viſos eſſe in his præcipue terris, atque ſi forte in Auctione quadam publica veneant, nimio pretio cupide coëmi.

Prima igitur mihi cura fuit, ut Virorum doctorum ſcripta, in quibus vel ex inſtituto rem typographicam expoſuerunt, vel aliquam

ſaltem ejus mentionem fecerunt, undique conquirerem; atque illa ordine chronologico diſponerem. Hic non ſine ingrati animi nota præteriri poteſt Fautorum & Amicorum Optimorum, partim in hac urbe, partim in aliis Europæ regionibus, probitate, doctrina & ſtudio bene merendi de præclaris artibus illarumque cultoribus inprimis nobilium magnum beneficium, quo me & harum cupediarum lautiorum amatores devinxerunt, cum hujusmodi Opuſcula mecum benevole communicarunt, vel ad meos uſus deſcribi curarunt. Nominatim proferendi ſunt Viri Reverendi, Ampliſſimi, Clarisſimi, *HEUMANNUS*, *LACKMANNUS*, *SCHELHORNIUS*, *D'ORVILLE*, *PETERSENIUS*, *ORTLOBIUS*, *HEUMANNUS*, *BEYERUS*, *HARBOE*, *MATTHIAE*, & *SUKIUS*, quorum ſingularis humanitas ut mihi in his rite curandis magno fuit adjumento, ita ad quævis officia illis præſtanda promtum me paratumque ſemper experientur. Attamen ſcito, B. L. libellos qui vel originem & fata typographiæ in certa quadam regione aut urbe explicarunt, vel iisdem fere verbis, quæ jam in Collectione noſtra legebantur, vel etiam nuperrime hiſtoriam Artis Typographicæ copioſius deſcripſerunt, de induſtria prætermiſſos eſſe, ne ſcilicet liber nimis intumeſceret. Interim Scriptores iſti in Indicibus hujus Collectionis, ſuo quisque loco, ſunt allegati, eorumque nomina typis *inclinatis* aut *currentibus* expreſſa, ut commode à reliquis diſtingui poſſent.

Dela-

Deinde id operam dedi, ut opuſcula typographica germanice, belgice, gallice, italice angliceve compoſita pure & dilucide in linguam latinam converterentur, atque ſingula accurate, quanto fieri potuit ſtudio, excuderentur. In una itemque altera diſſertatione occurrunt quidem nonnulla, quæ miniata cera notari merebantur, quæve à poſterioribus Scriptoribus ſunt rectius explicata, ſed non tam Ariſtarchum hic agere volui, quam inſtauratorem libellorum rariſſimorum qui à multis eleganter curioſis deſiderabantur. In his latine reddendis non poſſum non publice prædicare ſtudium eximium Rev. *QUAPNERI*, nec non Iuvenum elegantiſſimorum, *Kleſekeri*, *Stegeri*, *Suckſdorfii*, *Oſewalti* & *Amſinckii*, qui biennium abhinc in Gymnaſio noſtro in politiores literas incumbebant, nunc in Academiis celeberrimis ſedulam operam ſtudiis altioribus navant. Quo magis hæc Adoleſcentum Optimorum alacritas aliorum commodis mature inſerviendi eſt laudanda, eo hilariùs libentiusque laborem ab illis laudabiliter exantlatum, B. L. excipies.

Denique in largam hanc ſegetem obſervationum typographicarum, tam ſoluta quam pedibus vincta oratione ſcriptarum, quinque Indices non ſine ſumma cura & diuturno labore concinnavi, quorum duo priores in fronte Partis I. tres autem poſteriores in calce Partis II. TIBI exhibentur, ut ſingula quæque ſuo loco citius & commodius reperire queas. In

pri-

primo Indice Bibliothecam Typographicam adornavi, ubi Auctores librorum, qui partem data opera & copioſe, partem aliud agentes breviter rem chalcographicam illuſtrarunt, ordine literarum recenſentur. Scriptores, quorum opuſcula integra vel etiam loca verboſiora in hac collectione noſtra exſtant, typis majuſculis, quos vulgo *verſales* appellant, quorum autem verba fruſtra in illa quæruntur, typis *inclinatis* ſeu currentibus, à ceteris omnibus, qui vel ſoluto vel ligato ſermone pauca tantum de Typographia diſſeruerunt, ſunt diſtincti, quod typorum diſcrimen in ſecundo quoque & quinto indice adhibendum eſſe putavi. In altero conſpectum ſummorum capitum noſtræ collectionis delineavi, & quicquid adhuc permulti Scriptores de adumbrationibus, loco inventionis pariter ac tempore, inventore, proprietatibus & abuſu Typographiæ tradiderunt, accurate indicavi. Conſtitueram quidem peculiari diſſertatione gloriam præcipuam Typographiæ inventæ *JOANNI GUTTENBERGIO* vindicare, ſed a propoſito declinavi, quia paucis menſibus ante Triumviri præſtantiſſimi, *HAGERUS LESSERUS* & *MARCHANDUS*, cujus librum avidiſſime exſpectamus, hoc argumentum probe tractarunt, atque Vir ἱϛορικώτατος *IO. DAVID KOELERUS*, Academiæ Gottingenſis magnum decus ac lumen, hanc veritatem in ſolis diſco ponere animum induxit. In *tertio*, librorum, inde ab incunabulis Typographiæ usque ad A. M D X X excuſorum, & in

quar-

quarto, Typographorum celebriorum, qui in his monumentis memorantur, catalogum habes. Horum urerque mea cura, ſi DEUS bonam valeditudinem largitus fuerit, propediem multis partibus auctior in lucem prodibit, quia ſchedæ KRAVSIANÆ eo pertinentes beneficio Viri eheu! deſideratiſſimi, IO. WILHELMI HOFMANNI, Profeſſoris Hiſtoriarum in Academia Witembergenſi quondam celeberrimi, cujus præmaturam mortem nunquam ſatis deplorare poterunt, quibus rei literariæ ſalus eſt cordi, in manus meas venerunt. In *quinto* denique omnia, quæ commode in Indices ſuperiores referri haud poterant, in primis varia de Viris doctis, libris & arte typographica obſervanda in medium proferuntur. Vale L. B. atque his fruere.

IN PARTE I.

CONTINENTUR.

Bergellani (*Jo. Arn.*) Poëma de Chalcographiæ inventione, p. 1-40

Stephani (*Henr.*) artis typographicæ querimonia, & Epitaphia Typographorum doctorum, p. 41-71

Judicis (*Matthæi*) libellus de typographiæ inventione & de prælorum inſpectione, p. 72-170

Beſoldi (*Chriſtoph.*) diſſert. de inventione Typographiæ, p. 171-208

Seri-

Scriverii (*Pet.*) Laurea *Laurentii Coſteri*, è belgico p. 209-451
Anonymi (*Fauſti*) Relatio MS. de Origine Typographiæ, è germanico, p. 452-485
Ex *Naudæi* (*Gabr.*) additamentis ad Hiſtoriam *Ludovici XI.* Regis Galliarum, è gallico, p. 486-536
Ex *Boxhornii* (*Marci Zuerii*) Theatro urbium Hollandiæ, p. 537-546
Mallincrot (*Bernh.*) diſſert. de ortu & progreſſu artis typographicæ, p. 547-812
Boxhornii Marci Zuerii diſſert. de typographicæ artis inventione, p. 813-865
Ex *Ejusdem* Hiſtoria Uuiverſali, pag. 866-868
Rivini (*Andr.*) Hecatomba laudum ob inventam Chalcographiam, pag. 869-880
Ejusdem Oratio de artis Typographicæ præſtantia, p. 881-929
Brebmen (*C*) Expoſitio inventionis artis typographicæ cum carminibus latinis variorum, é germanico, p. 930-969
Carmina Secularia de Typographia, cura *Ge. Baumanni* excuſa, p. 969-1005
Kleinvvechteri (*Valent.*) Actus Seculares II. in laudem typographiæ, p. 1005- 1014
Starckii (*Sebaſt. Gottfr.*) Oratio de arte typographica, è germanico, p. 1014-1030
Rivini (*Andr.*) Controverſiæ de artis typographicæ inventione, è germanico, p. 1031-1039
Gveintzii (*Chriſtiani*) Encomium artis typographicæ, è germanico, p. 1040-1045
Inſulani Menapii (*Gulielmi*) Statera Chalcographiæ, p. 1046-1104

IN PARTE II.

Schragii (*Jo. Adami*) Hiſtoria Typographiæ, è germanico, p. 1-57

Schme-

Schmidii (Jo.) Conciones III. Euchariſticæ, è germanico, p. 58-165

Boecleri (Jo. Henr.) Oratio de Typographiæ divinitate, p. 166-188

Mentelii (Jac.) brevis Excurſus de loco, tempore & autore inventionis Typographiæ, cum notis MSS. p. 189-236

Ejusdem Parænefis de Typographiæ origine, cum notis MSS. p. 237-366

Ejusdem Obſervationes MSS. de Typographis & Typographia, p. 367-403

Gatneri (Jo. Gabr.) Typographiæ Chemnitienſis primæ plagulæ, é germanico, p. 404-427

Pretſchii (Abarv.) diſſert. de abuſibus typographiæ tollendis, p. 428-455

Crolerii (Jo.) diſſert. de ortu Typographiæ, p. 456-494

Vesteri (Chriſtiani) nobiliſſima ars typographica deſcripta, è germanico, p. 495-502

Pretſchii (Abarv.) diſſert. de Typographis, p. 503-549

Normanni (Laur.) diſſert. de Typographia, p. 550-594

Licimandri Panegyricus in laudem artis typographicæ, è germanico, p. 595-607

Molleri (Dan. Guilh.) diſſert. de Typographia, p. 607-614

Schroederi (Ern. Chriſtiani) diſſert. de Typographia, p. 614-632

Thiboust (C. Ludov.) carmen latinum, p. 632-643

Tentzelii (Wilh. Ern.) diſſ. de inventione Typographiæ, è germanico, p. 644-700

Kraufii (Jo. Chriſtoph.) Laudes Typographiæ, è germanico, p. 700-704

Patris (Pauli) diſſert. de Typis literarum, p. 705-866

Pekno (Pet. Pauli) programma de typographia & pulvere pyrio, p. 867-872

Oudini (Caſim.) diſſert. de primis artis typographicæ inventoribus, p. 872-904

Tolandi (Jo.) Conjectura de Typographiæ inventione p. 904-910

Nato-

Natolini (*Jo. Bapt.*) diſſ. de arte imprimendi, ex italico, p. 910-934
Catherinot (*Nic.*) Ars imprimendi, e Gallico, p. 935-964
Beckenhoffers (*Jo. Phil.*) brevis relatio, è danico p. 965-978
Obſervationes de ortu & progreſſu Typographiæ, ex anglico, p. 979-995
Bagfordi (*Jo.*) Exercitatio de inventione Typographiæ, ex anglico, p. 995-1015
Loca ſelecta & carmina variorum, p. 1016-1232

BIBLIO-

BIBLIOTHECA TYPOGRAPHICA

SEV

ELENCHVS SCRIPTORVM, QVI PARTEM COPIOSE, PARTEM BREVITER, ARTEM TYPOGRAPHICAM ILLVSTRARVNT.

Scriptores, quorum opuſcula integra vel etiam loca verboſiora in hac Collectione exſtant, typis majuſculis, vulgo verſalibus, *quorum autem verba fruſtra in illa quæruntur, typis inclinatis ſeu currentibus, a ceteris omnibus ſunt diſtincti.*

Accurſius Piſanus (Bonus) in præfatione in Opera *Ovidii* II. p. 400

Accurſii (Mariangeli) teſtimonium de Donatis primo impreſſis. I. p. 207. p. 299. *Nic, Toppius* in Biblioth. Neapol. italice edita pag. 206 tradit, eum de inventione artis typographicæ ſcripſiſſe. conf. *Balii* Lexicon in *Accurſe* (*Marie Ange*)

de Acoſta (Joſephus) in Hiſtoria natural y moral de las Indias, *de typographia Sinenſium* II. p. 278. p. 280

Adami (*Jo. Sam.*) *teutſches Glückwünſchendes Gedicht, als Godfried Serber der Buchdrucker-Kunſt Befliſſener das gewöhnliche Poſtulat in Dresden 17 April* 1666. *verſchenckte, Dresden* fol. pl. 1½

ADAMI (*MELCH.*) in vitis Philoſophorum Germanorum, I. p. 320. ſqq.

Allatius (*Leo*) in Animadverſionibus in antiquitatum Etruſcarum fragmenta ab *Inghiramio* edita pag. 123. ubi contra *Steph. Zamoſcium* diſputat.

Alnandri (*Jo.*) Hiſtoriola artis typographicæ in Svecia, publica exercitatione ſub moderamine *Fabiani Törneri* propoſita, Upſal. 1722. 8. recuſa Roſtoch & Lipſ. 1725. 8.

Alſtedius (Jo. Henr.) in Encyclopædia II. p. 1953 *idem ib. artis typographicæ apparatum copioſe deſcribit.*

Althamerus (Andr.) in Commentario ad *Taciti* Germaniam. I. p. 264. ſq. II. p. 216. not.

Ampzingii (Sam.) carmen belgicum. I. p. 209 ſq. - - - aliud I. p. 448 ſq.

Anciennes relations &c. vid. *Renaudot.*

ANDREÆ ALERIENSIS Epiſcopi (Joh.) epiſtola præfixa Parti V. annotationum *Nicolai Lyrani* in Biblia latina I. p. 859. ſqq.

- epiſtola præfixa D. *Hieronymi* Epiſtolis II. p. 251. ſqq.
- epiſtola in calce *Plinii* II. p. 253. not.

Andreas Deſſelius (Valerius) in Bibliotheca Belgica. I. p. 615. ſq.

Angelocrator (Dan.) in Chronologia. I. p. 311

Angeri (Andr.) carmen latinum. I. p. 947

Anonymorum ſcripta vid. *Antiquitates Britannica. Aufgefangene Briefe. Baſelſches Lexicon. Bericht von Erfindung &c. Diſcurs von Urſprung &c. Edit du Roy. Edler Greif. Eilfertige Gedancken: Geldmangel. Gelehrte Welt. Gelehrter Criticus. Geſandſchaft. Guten Calender-Machers &c. Hiſtoriſches Lexicon. History of the art &c. Indice de Caratteri. Inſtrumentum judiciale. Jubilæum. Laurier-Krans. Leipzigſches Hiſtoriſches Lexicon. Liſte Chronologique. Löbliche Buchdrucker-Kunſt. Memoires de Litterature. Menſchliches Leben. Mercure galant. Monatlicher Auszug. Narratio. Neuverfaſtes Format-Buch. Ordonnance. Paralipomena. Rechtliches Bedencken. Recueil des Statuts. Reflections. Reglement. Relatio. Some obſervations. Vergleichung. Vergnügung. Wahrhaftige Hiſtoria. Wiederholte Buchtrucker - Jubel - Freude. Wol eingerichtete Buchdruckerey. Zweyhundert jähriger Zeit &c.*

Antiquitates Britannicæ, I. p. 646. not.

Antoninus (Philippus) in Saſſina antiqua, pag. 46. de Sinenſium typographia.

Appianus (Pet.) in Coſmographia. I. p. 266. p. 593.

Arnold (Gotfried) in der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie Part. I. Lib. XV. cap. 1. § 7. pag. 392. de artis typogr. abuſu & inventione.

Arrêt du Conſeil d'Etat contenant divers reglemens pour les Imprimeurs & Libraires & pour l'impreſſion, vente & debit des livres. à Paris, 1667. 4.

Arrêt du Conſeil d'Etat du Roy, qui ordonne à tous les Auteurs, Libraires & Imprimeurs de remettre ſans frais aux Syndics & Ajoints des Libraires & Imprimeurs, huit Exemplaires en blank des Livres, qu'ils imprimeront. à Paris, 1704. 4.

Arreſt de la cour de Parlement, contenant inhibitions & defenſes à tous ceux, qui ne ſont libraires, relieurs ou imprimeurs, de rien entreprendre ſur l'etat de la librairie. à Paris chez Fred. Morel, 1577. 8.

Arrêt du Parlement, portant defenſes à tous imprimeurs, d'imprimer & expoſer en vente aucuns ouvrages & autres ecrits, concernant les affaires publiques ſans permiſſion regiſtrée au Greffe. à Paris 1649. 4.

Atkyns (Richard) original and growth of printing, collected out of hiſtory and the records of this kingdom

kingdom; wherein is alſo demonſtrated, that printing appertaineth to the prerogative royal, and is a flower of the crown of England, Lond. 1664. 4. vid. *Maittaire* Annal. Typograph. Tom. I. pag. 27. ſqq. ubi ex hoc libro Codicis authentici MSti verba de artis typogr. origine in Anglia in medium proferuntur.

AVENTINUS (JO.) in Annalibus Bojorum. I. p. 330. ſqq.

Aufgefangene Briefe, T. I. faſc. 3. ep. 35. pag. 309-318. *de inventione apparatu & præſtantia artis typogr.*

Auerbachii (Davidis) carmen latinum. I. p. 919.

Aurati (Joh.) carmen latinum. I. p. 917. ſqq. not.

Authaus (Phil. Ludov.) v. Warhaftige Hiſtoria &c.

B.

BAGFORDI (IO.) Eſſay on the invention of printing, with an account of his collections for the ſame by Mr. *HUMFREY WANLEY* F. R. S. communicated in two letters to Dr. *Hans Sloane*, latine, II. p. 995. ſqq

Baillet (Adr.) in *Iugemens des Sçavans*. II. 1137.

Baker (Richard) in *Chronicle of the Kings of England* pag. 212. ubi artem typographicam à *Guttenbergo* Moguntiæ inventam eſſe affirmat.

Balbini (*Bohuſlai Aloyſii*) carmen latinum. II. p. 1211. ſqq.

BANDECO(IO. SAM.) wichtige Buchdrucker-und nützliche Creutzes-Preſſe wurde bey Beerdigung eines Bürgers und Buchdruckers in Wittemberg Hrn. Martin Schultzens *in einer Stand-und Danckrede entworfen*, Witteb. 1711. fol. pl. 3. latine, II. p. 1165, ſqq.

Barclajus (*Io.*) in icone animorum ſ. Parte IV. Satyrici II. p. 402.

Bardus (*Hieronymus*) in Chronologia univerſ. ad an. 1462 I. p. 601

Barlæi (*Caſp.*) diſtichon latinum. I. p. 501. p. 628. p. 901.

Barlandus (*Adr.*) in Operibus hiſtoricis II. p. 231. not.

Barrus (*Ioh.*) in deſcriptione Aſiæ. I. p. 576 not.

Bartaſii (Wilh. de Saluſte) duo verſus gallici. I. p. 892.

Barthius(Caſp.) in Satyra. vid. *Hebius* (*Tarræus*)

Bartholinus (*Tho.*) in diſſertatione IV. de legendis libris pag. 85 - 87 qui pleraque ex *Hadr. Junii* Hiſtoria depromſit.

Baſelſches Hiſtoriſch- und Geographiſches algemeines Lexicon in *Buchdruckerey* de artis hujus inventione, & libris primo excuſis.

BAUMANNI (*GEORGII*) præfatio germanica ad carmina ſecularia de Typographia I. p. 969 not. II. p. 761. ſq.

Baye-

Bayerus (*Theophilus Siegefriedus*) in Muſeo Sinico, Tom. I. pag. 80. ſqq. de Sinenſium typographia.

Bebelii (Henr.) verſus latini. I. p. 511.

Beckerus ſ. Becherus (Io.) *in der Thüringiſchen Chronicke*. I. p. 461.

Becherus (Io. Ioach.) in *Närriſcher Weisheit*. II. p. 1136.

à *Beichlingen* (*Zacharia*) *Dom Herrn zu Sti Sixti in Merſeburg*, Fons Bibliothecarum inæſtimabilis, *das iſt wahrer Unterricht von Urſprung, Fortgang, Lobe, Nothwendigkeit, Nutzen, Freyheit, Rechten und Gerechtigkeit der Buchdruckereyen oder derſelben Officianten und Verwandten. Samt inſerirter Reſolvirung dieſer* Maximæ: *Ob ein jeder Fürſt, Kayſer in ſeinem Lande ſey.* Diſting. *wie auch einem* Corallario *von Ambte, Poteſtät und Würde eines* Auditoris Generalis; *auf inſtändiges Anſuchen etzlicher vornehmer* Librariorum *aus berühmten Hiſtoriographiis*, Enchiridiis Politicis *und andren, denckwürdigen Schriften kurtz zuſammen gezogen, und in teutſcher Sprache zu Nutz dem gemeinen Mann zum Drucke befordert*, cum Privilegio, Eisleben 1669. 4. Quamvis ſplendidus hic titulus obſervationes prorſus egregias de arte typographica promittat, tamen nihil aliud in hoc opuſculo reperitur, niſi quod jam antea *Beſoldus*, *Garzonus* & *Bornitius* in medium protulerant.

BELLERMONTANI (*NIC.*) diſſertatio hiſtorica de Typographia, in ejus diſſertationibus politicis ſ. diſcurſibus Academicis in optimos veteris & novæ hiſtoriæ Scriptores. Francof. ad M. 1626. 8. num. 30. pag. 96 - 107. Hæc eſt nihil aliud, niſi *Chriſtoph. Beſoldi* diſſertatio Typographica, quamobrem ipſe *Beſoldus* in Theſauro Practico tit: *Truckerey* ſcribit: *Quem, ut alios meos conſimiles diſcurſus, neſcio quis tenebrio, meo nomine tecto, ſuis diſcurſibus inſeruit, & Francofurti publicavit.*

Benthemius (*Henr. Ludolf*) *in dem Hollandiſchen Kirchen-uud Schulen-Staat* Part II. pag. 568. ubi duæ inſcriptiones in honorem *Laur. Coſteri* exſtant, quas vid. in Collectione noſtra Part. I. p. 502. & p. 539

BERGELLANI (*IO. ARNOLD*) Poëma encomiaſticum de chalcographiæ inventione. I. p. 1. ſqq.

Bergomenſis (Iac. Philippus) in Chronico ſ. ſupplemento omnimodæ hiſtoriæ. I. p. 309

BERICHT (Io. Ad. Schragii) *von Erfindung der Buchdruckerey in Strasburg, Gedruckt in Strasburg* 1640. 4. latine. II. p. 1. ſqq.

Berneggerus (Matthias) in laudatione funebri *Pet. Storckii.* II. p. 55. ſqq.

- - - - in quæſtionibus miſcellaneis in *Taciti* Germaniam. II. p. 293. not.

Bernerus (*Io.*) in Specimine characterum ſ. typorum probatiſſimorum. II. p. 1070.

Ber-

Beroaldus (*Matthæus*) in Indice Chronologico. I. p. 611. not.
Beroaldi (Philippi) verſus 3. latini. I. p. 175. p. 196. not.
BERTIUS (*PET.*) in Commentariis rerum Germanic. I. p. 193. ſqq. not. p. 621.
- - in Geographia. I. p. 257. ſqq.
Bertramus (*Io. Frid.*) in *Anfangs-Lehren der Hiſtorie der Gelehrſamkeit*. Part. I. cap. 6. de typographiæ inventione & claris typographis.
BESOLDI (*CHRISTOPH.*) diſſ. de typographia. I. p. 171. ſqq.
BETULIUS (*IANUS GREGORIUS*) i. e. *Burckhardus* (*Io. Ge.*) in epiſtola ad amicum. II. p. 1152. ſqq.
Beyerlingius (*Laur.*) in Chronico rerum Belgicarum. I. p. 617.
- - - in Theatro vitæ humanæ, in *Typographia*, Tom. VII. pag. 235. ſqq. ubi definitionem, inventionem, laudem & apparatum inſignem hujus artis exponit.
Beza (Theod.) in Juvenilibus poëmatis. II. p. 1062.
BIBLIANDER (*THEODORVS*) in Commentario de ratione communi linguarum & literarum II. p. 299. p. 1021. ſqq.
- - in temporum ſupputatione partitioneque exactiore II. p. 1025. ſq.
Bierlingius [*Frid. Guilb.*] in commentatione de Pyrrhoniſmo hiſtorico Lipſ. 1724. 8. ubi

cap. 3. §. 6. p. 158. ſqq. de *Fauſto* Pariſiis magiæ incuſato.

von *Bircken* (*Sigmund*) in *Spiegel der Ehren des Ertzhauſes Oeſterreich*, Nürnberg 1668. fol. lib. V. cap. 2. pag. 524. ſqq. de artis typographicæ inventione, apparatu inſigni, exercitio, utilitate & abuſu.

BITSCHIUS (*CASP.*) in notis ad *Natalis Comitis* Hiſtoriam univerſam ſui temporis. I. p. 314. ſqq not.

Boccalini(*Trajanus*) in *Raggvagli di Parnaſſo* cent. I. relat. 35. pag. 53. de abuſu typographiæ.

BOCKENHOFFERI (*JO. PHIL.*) Exempla literarum typographicarum, quæ reperiuntur in typographia Hafnienſi. II. p. 965. ſqq.

Bodinus (Jo.) in Methodo Hiſtoriarum. I. p. 172. & p. 893.

BOECLERI (*JO. HENR.*) Oratio de typographiæ divinitate & fatis. II. p. 166. ſqq.

Bendickeri (*Jo.*) *Druckerlob*, *bey der Beerdigung Ge. Schultzens Churfürſtl. Brandeburg. Hoff Buchdruckers*, Berlin 1685. exſtat in *Vergnügung müſſiger Stunden* Part. VI. pag. 19-23.

Bohemi (Jo.) carmen latinum. I. p. 954.

Böhmeri (*Juſti Henningii*) *Sendſchreiben von allerhand Misbräuchen, ſo bey dem Verlag und Drucken der Bücher vorgehen*, exſtat in der Abgeſonderten Bibliothec Part. VIII. p. 661-691.

Boiſſardus (*Janus*) in Antiquitatibus Romanis, quas allegat *Orlandus* in Origine & progreſſi

della

della Stampe pag. 248. ſed forſan ejus Topographiam Romæ cum typographia confudit.
Bononii (Hier.) carmen latinum. I. p. 514. ſq. II. p. 397.
BORNITIUS (JAC.) in Tract. de rerum ſufficientia. II. p. 1045. ſqq.
Boſſius (Donatus) in Chronico. II. p. 192. not. p. 267. ſq. not.
Boterus (Jo.) in opere de politia illuſtrium. I. p. 600. p. 892. not. p. 893. not.
- - in *Relationibus hiſtoricis*. I. p. 600. II. p. 414. p. 462.
Bouchel (Laurent.) vid. Recueil.
Bouhours (Dominicus) in *dialogue de la delicateſſe*, qui exſtat in ejus *Maniere de bien penſer dans les ouvrages d'eſprit*, *dial.* 2. vid. *Cramerus (Jo. Frid.)*
BOXHORNII (MARCI ZUERII) diſſertatio de typographicæ artis inventione. I. p. 813. ſqqq.
- - Hiſtoria Univerſalis. I. p. 866. ſqq.
- - Theatrum Hollandiæ, I. p. 537. ſqq.
Brantii (Sebaſt.) carmen latinum. I. p. 319. II. p. 52. ſq. p. 743.
Braunius f. Bruin (Georgius) in Theatro urbium lib I. & lib. IV. I p. 268. p 617. ſq II. p. 485.
Brebeuf (Wilh.) verſus 4. gallici II. p. 264. not.
BREHMEN (C) *gründlicher Bericht von Erfindung der edlen und hochnützlichen Buchdruckerey*.

rey-Kunſt auf das nunmehr zwey hundert jährig eingetretene Jubel-Feſt; welches feyerlich zu halten angeſonnen worden von den Leipziger behabenden Kunſt-Verwandten, und dieſes denenſelben zu Danck und Ehren zugeſchrieben von den auch Kunſtergebenen Gimel Bergens *Churfürſtl. Durchlaucht, zu Sachſen Hoff Buchdruckers nach gebliebenen Erben.* Dresden 1640. 4. latine I. p. 950. ſqq.

- - *Teutſches Gedicht zu Ehren der Buchdruckerey* exſtat in Jubilæo Typograph. Lipſ. P. 3.

Breviarium rerum memorabilium. II. p. 966. not.

Brodæus (Jo.) in Miſcellaneis II. p. 394.

Bruln (Georg) vid. *Braunius.*

Brüſchius (*Gaſpar*) in catalogo Epiſcoporum Moguntin. I. p. 516. p 610 not.

Buchdrucker-Kunſt und Schriftgieſſerey, vid. *Geſnerus.*

Buchneri (Aug.) carmen latinum. I. p. 944.

Bucholcerus (Abrah.) in Indice chronologico I. p. 635.

Budæus (Gvilh.) in libro poſteriore de philologia. II. p. 394.

Bulengerus (Jul Cæſ.) in Hiſtoria ſui temporis. I. p. 642.

Bülfingerus (*Ge. Bernh.*) in Specimine doctrinæ veterum Sinarum moralis & politicæ in appendice de litteratura Sinenſi §. 26. ubi de typographia Sinica diſputat.

Bullartus (*Iſaacus*) in *Academie des Sciences & des Arts*

Arts in vies de *Jean Guttemberg* & de *Laurent Coſter* Tom. II. lib. IV. p. 242. ſqq.

Büntingius (*Henr.*) *in der Braunſchweigiſchen und Lüneburgiſchen Chronike*, Magdeburg 1584. fol. allegatur in notis ad *Nic. Hier. Gundlingii* Volſtändige Hiſtorie der Gelahrheit, Tom. I. pag. 456. ſed in iſto Buntingii libro nihil de typographia reperire adhuc potui.
- - in Chronologia catholica. II. p. 1196.

Burckhardus (Jo. Ge.) vid. *Betulius*.

Burmannus (Pet.) in præfatione ad Tom. VII. Theſauri Antiqq. Italiæ. II. p. 1171. ſq.

Buſæus (*Jo.*) in Epiſtola dedicatoria Operum piorum & ſpiritualium Jo. Trithemii. I. p. 646.

Busbequius (*Augerius Gislenius*) in Legationis Turcicæ Epiſtola IV. I. p. 897.

C.

C. S. *Die Buchhandlung als die fürtreflichſte Kaufmannſchaft betrachtet.* Carmen germanicum extſtat in fine der woleingerichteten Buchdruckerey.

C. Z. M. *Depoſitions-Schmauß, ſo bey dem erlangten Poſtulat Hrn.* Jo. Chriſtoph Bergmans, 9. Nov. 1704. *in Merſeburg gegeben wurde, kurtzlich entworfen*, carmen germanicum in fol. pl. 1.

de

de Cabrera (*Melch.*) *Diſcurſo legal, hiſtorico y politico en prueba del origen, progreſſos, utilidad, nobleza y excelencias del arte de la Imprenta*, Madrid 1675. fol. v. *Beyeri* Memorias librorum rariorum in præf. ꝯc. 6. b.

Caſii von Furſtenau (*Philippi*) *gebundene Lob-Rede von der hochnützund löblichen zweyhundert jährigen Buchdruckerey Kunſt, wenn, wo, wie und durch Wen ſie erfunden worden, bey Volckreicher Verſamlung und Einführung eines neuen Drucker-Geſellens* Mich Pfeiffers *in Hamburg d.* 20. *Tag des Hornungs im* 1642. *Jahre öffentlich gehalten. Hamburg gedruckt und verlegt durch* Jacob Rebenlein, in 4. pl. 4. carmen germanicum, cui additæ ſunt obſervationes nonnullæ.

de la Caille (*Io.*) *Hiſtoire de l'imprimerie & de la librairie, ou l'on voit ſon origine & ſon progres jusqu' en* 1689. à Paris 1689. 4. Variorium ſententia de primo artis inventore exponuntur. pag. 1 - 16.

Calcagninus (Cœlius) in Oratione pro promotore Doctore. I. p. 897

Callidius (*Corn.*) in catalogo illuſtrium virorum. I. p. 340. p. 610. p. 652

Callimachus Experiens (Philippus) in disp. de eloquentia. p. 278. p. 1050. ſqq. II. p. 1019.

Calvinus ſ. Kahlius (Io.) in Lexico juridico. II. p. 292.

Calviſius (Sethus) in Chronologia. I. p. 510. p. 347.

Cam-

Campani (Io. Anton.) carmen latinum I. p. 175.
belgice redditum. I. p. 363.
Carbachius (Nic.) in præfatione ad *Livium* ed. 1519. II. p. 1191.
Cardanus (Hierón.) in opere de ſubtilitate I. p. 172. p. 500. p. 892.
Carionis (Io.) Chronicon expoſitum & auctum à *Phil. Melanchthone* & *Caſp. Peucero*. I. p. 172. ſq. 338. ſqq. p. 594.
Carmen germanicum. II. p. 92. p. 769. p. 1081. ſqq.
Carolus (Philippus) in animadverſionibus in noctes atticas A. Gellii. II. p. 993. ſqq.
de Carmon (C. P. I.) vid. *Eilferti Gedancken.*
Carolidæ à Carlſperga (Ge.) carmen latinum. I. p. 999.
à S. Carolo (Phil. Iacobus) vid. *Lubus.*
Carpzovius (*Bened.*) in Iuriſprudentia Eccleſiaſtica ſeu Conſiſtoriali lib. II. tit. 25. definit. 413. pag. 642. ſqq. de artis typographicæ inventione, præſtantia & abuſu.
Carpzovii (Io. Bened.) carmen latinum. I. p. 43
Caſſorii (Dav. Sigism.) carmen latinum I. p. 6.8
CATHERINOTI (*NICOL.*) *Art d'imprimer*, latine à Bourges. 1685. 4. II. p. 935. ſqq.
Cellarius (Chriſtoph.) in Hiſtoria medii ævi. II. p. 1144
Celtis (Conr.) diſtichon latinum. I. p. 268. p. 516. p. 590. II. p. 197. not.
alius locus. I. p. 344. p. 591.

Cery-

Cerycii, al. Heroldi (Chriſtoph.) carmen latinum. I. p. 957. ſqq.

Chapeauvillius (*Io.*) in […]ibus Leodienſibus. I. pag. 647. not.

Chaſſanæus (*Bartholom.*) in Catalogo Gloriæ mundi. I. p. 602. p. 893.

de Chevigny ( ) in *Science des perſonnes de la Cour de l'Epée & de la Robe.* Amſtelod. 1713. ubi Appendicis art. I. Sinenſibus typographiæ inventionem adſcribit.

Chevillerius (*An.*) in *Origine de l'imprimerie de Paris*, à Paris 1694. 4. qui pag. 1. ſqq. & p. 274. ſqq. […]s ſcriptorum de typographicæ artis inventione recenſet.

Chronica ſummorum Pontificum Imperatorumque. I. p. 619. II. p. 1182.

Chronicon Argentoratenſe MS. germanice. II. p. 28.

- - latine. II. p. 173. p. 246.

CHRONICON COLONIENSE, germanice. I. p. 57. ſqq.

- - latine. I. p. 623. ſqq. p. 838. II. p. 656.

Chronicon Comitum Oldenburg. vid. *Schiphowerus.*

- - Mogunt. MS. I. p. 274.

- - Noribergenſe vid. *Schedelius.*

- - Noribergenſe MS. I. p. 465

Chytræus (Dav.) in Chronologia II. p. 250. not.

Claromontii (Godofr.) carmen latinum II. p. 1227. ſq.

Clau-

Clauderi (Joſephi) carmen latinum. I. p. 946
Clemens (Claud.) in Muſeo II. p. 1057. ſq.
Clericus (*David.*) qui Orat. I. pag. 13. typographiæ inventionem *Jo. Guthenbergo* & Orat. XIII. pag. 155. *Laurentio Caſtreo* Harlemenſi, ex ſigillorum & ectyporum impreſſione typographiam excogitanti, adſcribit.
Cleſſenii (*Wilh. Jerem. Jac.*) *Drittes Jubel-Feſt der Buchdrucker-Kunſt, oder chriſtliches Denck- und Danckmahl wegen der vor* 300 *Jahren erfundenen und bisher erhaltenen edlen Buchdrucker-Kunſt, worinnen von Erfindung, Ausbreitung und Verbeſſerung, vom Nutzen, Lob und Fürtreflichkeit, vom rechten Gebrauch und Mißbrauch derſelben gehandelt wird, ſamt einer Vorrede Hrn.* M. Ge. Conr. Riegeri, Gotha 1740. 8. pl. 17.
Cloſii (Henr.) carmen latinum. I. p. 984. ſq.
Cluverus (*Io.*) in epitome Hiſtoriarum. I. p. 647. not.
Cognatus (Gilb.) in deſcriptione Galliæ. II. p. 291. p. 374. ſq.
- - - in Sylva narrationum. I. p. 341. not. p. 575. ſq. p. 692.
Coleri (Chriſtoph.) epigramma latinum, quod *Paulus Pater* Part. II. hujus collectionis p. 744. *Hugoni Grotio* adſcribit. I. p. 995.
- - - carmen ſeculare. I. p. 993. ſqq.
de Calle (*Io.*) in Theatro imitatricium & imitabilium. I. p. 646.

de Colombiere (Marcus Vulſon) vid. *Vulſonius*.

Comenii (*Jo. Amos*) Typographeum vivum, ſ. ars compendioſe & tamen copioſe ac eleganter ſapientiam non chartis ſed ingeniis imprimendi, quod exſtat Part. IV. Operum ejus didacticorum pag. 87. ſqq. ubi apparatum inſignem artis typographicæ deſcribit.

Comes (Natalis) in Hiſtoria univerſa ſui temporis. I. p. 313. ſq.

LE COMTE (*LUDOV.*) *nouveaux memoires ſur l'etat preſent de la Chine*, à Paris 1696. 12. de typographia Sinenſium. II. p. 765. ſqq.

COORNHERTIUS (*THEOD. VOLCHARDUS*) in epiſtola dedicatoria verſionis belgicæ Officiorum Ciceronis. I. p. 238. ſqq.

del Corno (Anton.) in *Memorie iſtoriche di Feltre*. II. p. 1164.

Cot ( ) in *Hiſtoire generale de la fonderie des lettres & de l'imprimerie*, quem librum prelo paravit. v. Memoires de Trevoux 1711. p. 1118. ſq.

Coupletus (*Philippus*) in tabula chronologica monarchiæ Sinicæ, p. 65. quæ exſtat in fine Confucii Sinarum Philoſophi Pariſ. 1687. fol.

Crameri (*Dan.*) *des Heil.* Hiobs *Bleyerne Schreib-Täfflein ſamt darin enthaltener ſeiner Bekentniß von Chriſto*: Ich weiſs, daſs mein Erlöſer lebt, cap. 19. v. 23. *zum Lob der edlen Drucker-Kunſt*, *wie auch zum letzten Ehren des Erbarn* Jochim Rheten, *Buchtruckern zu Alten-*

Stettin &c. in der Chriſtlichen Gemeine verhandelt und erkläret. Alten Stettin 1611. 4. pl. 9. Exſtat etiam in verſione germanica ὀρθογραφίας *Hieron. Hornſchuchii*, de quo infra.

Crameri (Ge.) carmen latinum. I. p. 951. ſqq.

Cramerus (Jo. Frid.) in Vindiciis nominis Germanici contra quosdam obtrectatores Gallos pag. 21. *Quod e China ante ducentos & amplius annos allatam à Germano typographiam eſſe Dialogiſta* (Bouhours in dialogue de la delicateſſe) *tradit, illud perinde eſt, ac ſi dicerem, Gallos veſtitus elegantis varias & mutabiles formas è terra auſtrali, quam Magellanicam vocant, petere.*

Crellii (Mich.) carmen latinum. I. p. 946

Cremius (*Tho.*) in Animadverſionibus philologicis & hiſtoricis Part. III. p. 88. ſq. Part. IV. p. 219. ſqq & Part. VI. p. 88. ſqq. de typographorum perverſitate, fraudibus & avaritia.

Crentzhemius ſ. Krentzhemius (*Leonh.*) in Chronologia. I. p. 611. not.

Crugerius (Georg) in *Sacris* Memoriis regni Bohemiæ, II. p. 1196.

CRUSIUS (*MARTINUS*) in Annalibus Suevicis. I. p. 332. ſqq. p. 306. p. 368. ſq. p. 462.

- - in Germano-Græcia. I. p. 333. ſqq. not.

Cunonis (*Sigism. Andr.*) Programma de Typographiæ munere ipſis vel ſuperis invidendo, & *Berensdorfii* (*Jo. Julii*) Oratio de Typographiæ utilitate, Helmſt. 1721. allegantur à Rev. *Leſſero*. p. 7.

D.

Danhauerus (Jo.Conr.) *in* Scheid- und Abſag-Brief. II. p. 411.

Dauderſtädt (*Sam.*) *Kürtzes Gedicht zu Ehren der Büchdruckerey*, extſtat in Jubilæo Typograph. Lipſ. P. 2.

Declaration du Roy pour les Libraires & les Imprimeurs de Paris du VI. Oct. 1703. *à Paris* 1703. 4.

Deſſelius (Valerius Andr.) in Bibliotheca Belgica. vid. *Andreas.*

Dictionaire de l'Academie Françoiſe, & *Dictionaire Univ. de Trevoux* in *Imprimerie*, de hujus artis inventione & apparatu inſigni.

Dieteliis (*Joh.* *Eliæ*) *Edle Drucker-Kunſt verehbaret ſich mit dem Adel, als Hr.* Jo. Wilhelm Ritſchl von Hartenbachs *bey der Buchdrucker-Societät in Erfurt das Poſtulats-Feſt den* 18. *und* 19. *May* 1723. *celebrirte*. Erfurt in fol. pl. 1. carmen germanicum cum notis.

Dilichius (*Wilh.*) *in der Heſſiſchen Chronick*, I. p. 645.

DISCURS vom Urſprung der Druckerey, latine I. p. 453. ſqq.

Delianus (*Nic.*) in Compendio hiſtoriæ. I. p. 647. not.

Domenichi (*Ludov.*) *Dialogho della Stampa*, quem conſcripſit teſte *Ghilino* in Theatro Virorum doctorum italice edito, Part. I. p. 149

Dor-

Dorſchei (Jo. Ge.) carmen latinum. II. p. 8.
Draudii (Georgii) typographicus diſcurſus experimentalis, varius, utilis & jucundus, cum præcipuorum typographorum, illorum inprimis, quorum impenſis libri in lucem prodeunt, inſignibus, quæ frontiſpiciis librorum inprimere conſueverunt, eorundemque expoſitionibus conjecturalibus, Francof. 1625. 8. *Jo. Conr. Spoerlius* in Introd. in notitiam inſignium typograph. pag. 6. recte putat, hunc librum nunquam in lucem prodiiſſe. I. p. 643. p. 644. ſq. II. p. 396. p. 1002. p. 1008.
Dreyfaches Kleeblättlein an die drey Ehrwürdigen Erfinder der löblichen Kunſt Buchdruckerey, Guttenberg, Fauſt, Schöffer, carmen germanicum, exſtat in Jubilæo Typogr. Lipſ. Q. 3.
Duporti (Jac.) carmen latinum. II. p. 1217. ſq.
Duretus (Claud.) in Threſor de l'hiſtoire des langues de cet Univers. cap. 84. pag. 981. ſqq. de typographiæ inventione.

E.

Edit du Roy pour le Reglement des Imprimeurs & des Libraires du 21. Aout 1686. à Paris 1686. 4.
Edler Greiff, poëtiſch und in kurzen Reimen verfaſſet zu Ehren der Buchdruckerey, exſtat in

 ver-

verſione germanica ὀρθοτυπογραφίας *Horn-ſchuchii*. pag. 107 - 133.

Egnatius (Io. Bapt.) in exemplis illuſtrium virorum. II. p. 739. p. 1148.

Eilfertige Gedancken vor der ſämptlichen Buchdruckerey, und was derſelben weiter anhängig, auf Begehren eröfnet von (C. P. I. *de Carmon*) *Kiel, gedruckt bey Barthold Reutern*. 1711. 4. pl. 3 carmen germanicum.

ELLISII (CAR.) part of a letter concerning the invention of printing, latine. II. p. 977.

Emmius (Ubbo) in Chronologia. I. p. 442.

Engeleri (Ge.) carmen latinum. I. p. 962. ſqq.

Entius (Caſp.) in Theſauro politico. II. p. 1038.

Eraſmus Roterod. (Deſid.) in notis ad D. *Hieronymi* Epiſtolam IX. quæ ſcripta eſt ad *Geroutiam*. I. p. 263. p. 652. p. 701. p. 829. ſqq.

- - in præfatione ad *Ciceronis* Tuſculanas Quæſtiones. I. p. 768. II. p. 557. p. 741

- - in præfatione ad *Livii* edit. an. 1519. II. p. 1190.

- - Εγκώμιον μωρίας allegatur ab *Orlando* in *Origine della Stampa*. pag. 248.

Erichius (Adelarius) in der Gülichiſchen Chronick. I. p. 647. not.

Erneſti (Io. Henr. Gotfried) vid. *wohleingerichtete Buchdruckerey*.

Evelynus (Io.) in Sculptura, *or Hiſtory of Chalcography*. II. p. 1105.

Eytzingerus (Mich.) in deſcriptione Belgii. II. p. 407

Faber

F.

Faber (Felix) in Hiſtoria Svevorum. II. p. 1620.
Fabricius (*Ge.*) in rebus Germaniæ & Saxoniæ memorabilibus. I. p. 340.
Fabricius (*Io. Albert.*) in Bibliographia antiqvaria. cap. 21. §. 11. p. 630. ſqq. de typographiæ inventione.
Fabricius (*Sim.*) in præfatione ad *Andr. Althameri* comment. in *Taciti* Germaniam. II. p. 292.
Fabronius (Herm.) *in der Welt-Hiſtoria.* II. p. 1049.
Falſterus (Chriſtianus) in Amœnitatibus Philologicis. II. p. 1172. ſqq.
Faſciculus temporum vid. Rolevinck.
Fauſtus (Io. Frid.) in Collectaneis ineditis. II. p. 1150. ſqq.
Fauſtus ab Aſſchaffenburg (Maximil.) in Conſiliis pro ærario. II. p. 1083. ſqq.
FEKNO (*PET. PAULI*) Programma de duplici Germaniæ invento. II. 867. ſqq.
Fernelius (Io.) in præfatione de abditis rerum cauſis. I. p. 488. II. p. 190. not. p. 393.
Fernus (Mich.) in vita *Io. Ant. Campani.* II. p. 401.
Ferrarius (Octavius) in Proluſione XVIII. de Germaniæ laudibus. II. p. 745. p. 1018. p. 1484.
Fertelii (*Martini Dominici*) *Science pratique de l'Imprimerie, contenant des inſtructions tres fa-*

ciles pour ſe perfectionner dans cet art. à St. Omer. 1723. 4. vid. Journ. Sç. 1724. m. Dec. p. 602 - 604.

Ficinus (Marſilius) in Epiſtolis, II p. 1018.

Fioraventi (*Leonard.*) *Miroir des arts & des ſciences*, lib. I. cap. 16. de artis typographicæ apparatu inſigni & exercitio.

Flemingii (*Pauli*) carmen germanicum exſtat in verſione germanica *ὀρθοτυπογραφίας Hornſchuchii*. p. 136. ſqq.

Forcatulus (Steph.) in opere de Gallorum imperio & Philoſophia. I. p. 172. p. 488. p. 893. II. p. 1019.

Foreſtus (*Pet.*) in epiſtola dedicatoria libri XXI. Obſervationum medicinalium, de inteſtinorum affectibus, ubi *Hadr. Iunii* verba de typographia Harlemenſi in medium profert.

Franck (Sebaſt.) *in der teutſchen Chronick.* II. p. 32. p. 299.

Franci (*Nicol.*) *utile e danno della ſtampa*, Liber hic, à nonnullis allegatus, nunquam in lucem prodiit. vid. J. B. v. E. *Freymühtige Gedancken aus der Hiſtorie.* pag. 204.

von Franckenberg (Abrah.) carmen latinum. I. p. 971. ſqq.

Franciſci (*Eraſm.*) in *Geſchicht-Kunſt-und Sitten-Spiegel ausländiſcher Völcker.* Nürnberg 1670. fol. libro IV. inter alia de Sinenſium typographia agit.

François (*Renatus*) *in Eſſay des merveilles de na-*

ture

ture & des plus nobles artifices. cap. 38. de inſigni artis typogr. apparatu.

Freigius (Io. Tho.) vid. *Pomerus*.

Freinsheimeri (*Io.*) carmen germanicum exſtat in fine libri *Schragii: Bericht von Erfindung der Buchdruckerey*.

Frey (Ianus Cæcilius) in Admirandis Galliarum. II. p. 191. not.

FRISCHLINUS (Nicod.) in Comœdia, *Iulius redivivus*. I. p. 608. II. p. 275. ſqq.

Friſius (*Io. Iac.*) in Bibliotheca philoſophica. I. p. 646.

FRITSCHII (*AHASV.*) diſſert. de abuſibus typographiæ tollendis. II. p. 428. ſqq.

- - - de Typographis. II. p. 503. ſqq.

Fulgoſus (Baptiſta) in memorabilibus. I. p. 308. II. p. 20. p. 34.

Fulvius (Andr.) de Antiquitatibus urbis Romæ. II. p. 1192.

FUNCCIUS (Chriſtianus) in Vialibus Altenburgenſibus. II. p. 1107. ſqq.

Funccius (Io.) in Chronologia. p. 595

Furetiere (*Anton.*) in *Dictionaire Univerſel* in *Imprimerie*, de typographiæ inventione.

Fuſco (*Lionardo*) *nella Storia naturale* allegatur ab *Orlando* in *Origine della Stampa*. pag. 248. qui forſan *Leonh. Fuchſii* Hiſtoriam Plantarum intelligit.

G.

G. R. (forſan *Gregorius Ritzſchenius*) *in Göttlichem Beruff der reinen Buchdrucker*, carmen germanicum, quod exſtat in verſione germanica ὀρθοτυπογραφίας *Hornſchuchii*. pag. 140 ſq.

Gaguini (Rob.) Epigramma latinum. I 488. p. 510.

- - - - epiſtola 52. ad Epiſcopum Maliſcon. II. p. 395

Gallois ( ) *in Traité des plus belles Bibliotheques de l'Europe*. à Paris 1685. 12. pag. 189. de typographiæ inventione, de libris primo excuſis & de primis typographis.

Gandutius (Io. Bapt.) in deſcriptionibus poëticis tit. *Typographia*, ubi carmina *Rhadi*, *Guiniſii & Graſſetti* exhibentur.

GARZONUS (THO.) in Piazza Univerſale. I. p. 889 II. p. 52. p. 505. ſqq p 1078.

Gaſſarus (Achilles Pyrminius) in Chronico Auguſtano ſ. Annalibus Augſtburgenſibus. I. p. 485. II. p. 1016.

Gaſſendus (Pet.) in vita *Ge. Peurbachii & Io. Regiomontani*. II. p. 1092. ſq. vid. etiam idem *Gaſſendus* l. c. T. V. Opp. p. 531. *a.*

Gaulterus (Jac.) in Chronologia. I. p. 310

Gebhardi (Jo.) carmen latinum. I. p. 991. ſq.

Gebwilerus (Hieron.) in Panegyri Carolina. II. p. 29. p. 198. not. p. 215. ſq. not. p. 287

Geldmangel in Teutſchland. vid. *Warmund.*

Ge-

Gelehrte Welt, Part. I. pag. 20. de abuſu typographiæ.

Gelehrter Criticus, Tom. I. quæſt. 7. p. 85. ſqq. de inventione typographiæ.

Genebrardus (Gilb.) in Chronographia. I. p. 259. p. 267. p. 310

Gerberus (*Chriſtianus*) in *Unerkannten Woltbaten GOttes*, Part. I. cap. 56. p. 638. ſqq. de artis typographicæ utilitate in Bibliis Sacris divulgandis & in *Unerkannten leiblichen Woltbaten*. cap. 37. p. 682. de ejus inventione atque utilitate; & in *Unerkannten Sünden*, Part. II. lib. 2. cap. 37. pag. 526. ſqq. de ejus abuſu.

Geſandſchaft der Holländiſchen Oſtindiſchen Compagnie. vid. *Montanus*.

le Geſne. vid. *Mercure galant*.

Geſneri (*Chriſtiani Frider.*) *ſo nöthig als nützliche Buchdruckerkunſt und Schriftgieſſerey mit ihren Schriften, Formaten und allen dazu gehörigen Inſtrumenten abgebildet auch klärlich beſchrieben, nebſt einer kurtzgefaſten Erzählung* (*M. I. G. H. V. O. i. e. Jo. Ge. Hageri*) *vom Urſprung und Fortgang der Buchdruckerkunſt überhaupt, inſonderheit von den vornehmſten Buchdruckern in Leipzig und andren Orten Teutſchlands ans Licht geſtellet, mit einer Vorrede Hr. Io. Erhard Kappens, Prof. Leipzig* 1740. 8.

Geſnerus (*Conr.*) in Pandectis Univerſalibus. I. p. 609

- - in Supplemento Bibliothecæ. II.

II. p. 1047. p. 1077. id intelligendum eſt de *Bergellani* carmine, quod exſtat in fine Bibliothecæ gallicæ *Verderii*.

Gilles (Nicol.) in *Annales & Chroniques de France*. II. p. 395.

Gimma (*Giacinto*) *in Idea della Storia dell' Italia letterata* Tom. II. cap. 35 p. 417. ſqq. de artis typographicæ inventione.

Glaſerus (Philip.) in Syngrammate hiſtorico. II. p. 192.

Goldaſtus (*Melch.*) in Politicis imperialibus. II. p. 37

Gordonius (*Iac.*) in Chronologia I. p. 310.

Grapaldus (Marius) in dictionario de partibus ædium. I. p. 511.

Graſſetti (Hippolyti) carmen latinum. II. p. 1206. ſqq.

de Grenaille (*Chateaunierès*) in *Theatre de l'Univers, ou Abregé du monde*. II. p. 1132

Grotii (Aug.) Epigramma latinum. II. p. 744. v. ſupra *Colerus*.

- - Epiſtolæ duæ. II. p. 1055

- - *diſſ. de origine gentium Americ.* II. p. 616.

Gvaltherus (*Jac.*) in tabulis chronologicis. I. p. 647. not.

GVEINTZII (*CHRISTIANI*) Lob der Edlen und nützlichen *Buchdruckerey*, latine. I. p. 1040. ſqq.

- - Carmen germanicum: *Groſs biſt du, Spanien &c.* exſtat in *Jubilæo Typographorum*

Lipſ.

Lipſ. pl. O. 2. ſq. & *in Wiederholter B drucker. Jubel-Freude*; pag. 3. ſqq.

Guicciardinus (Ludov.) in deſcriptione re num Belgii. I. p 240

Guillandinus (Melch.) de Papyro. II. p. 102

Guiniſii (Vinc.) carmen latinum. II. p. 120

Gundlingius (*Nicol. Hieron.*) in der *Vollſtänd Hiſtorie der Gelahrheit*, Vol. I. pag. 419. de artis typographicæ utilitate, inventi apparatu & abuſu.

- - in Hiſtoria Philoſophiæ mor Part. I. cap. 5. §. 3. pag. 34. ſq. de Sinen typographia.

- - in *Gundlingianis* Part. XLV, pag ſqq. ubi exſtat *Rechtliches und vernünft ſiges Bedencken von dem ſchändlichen Nachd andren gehöriger Bücher.*

Guntheri (Pet.) carmen latinum. II. p. 120

Guten Calender-Machers teutſches Gedichte au eheliche Verknüpfung Hr. Otto Frid. W thers, *Buchdruckers in Jena*, *mit* Marth Groſchin, *worin dargethan*; *daſs der Ehe wie eine Buchdruckerey ſey. Jena* 1711. pl. 1.

GUTNERS (*JO. GABR.*) *DrVCkerey beMaLta erſte bLätter &c.* latine. II p. ſqq.

H.

Hagerus (*Jo. Ge.*) vid. Geſnerus (Chriſ Frid.)

du Halde (*Jo. Bapt.*) in deſcription de l'empire de la Chine, T. II. pag. 299. ſq. de Sinenſium typographia.

Hanmann (*Enoch*) *Krieges und Friedes höchſte Macht*, carmen germanicum, quod exſtat in Jubilæo Typograph. Lipſ. P. 3. ſq.

Haræus (Franc.) in Annalibus Brabanticis I. p. 628

Harris (*Jo.*) in Lexici Technici anglice editi Tomo II. in *Printing*, de artis typograph. inventione, apparatu & exercitio.

Harsdörferus (Ge. Phil.) in *Geſpräch-Spielen*, II. p. 418. ſqq. p. 756. ſq p. 759. ſq.

Hebius à Sperga (Tarræus) i. e. *Caſp. Barthius* in Satyra: Cave canem, I. p. 276. ſq. not.

Hedio (*Caſp.*) in *Auserleſenen Chronick* ad An. 1450.

Heerrmanni (*Jo.*) *Ehrenruhm der edlen Buchdrucker-Kunſt*, carmen germanicum, quod exſtat in Jubilæo Typographorum Lipſ. L. 4. ſqq.

Hegenitius (*Gotfr.*) in Itinerario Friſio-Hollandico, pag. 43. ſqq. de typographia Harlemenſi, I. p. 506. not.

Heidfeldius (Jo.) in Sphinge philoſophica, I. p. 645. not.

Heigius (*Pet.*) in Quæſtionibus Juris civilis & Saxonici, I. p. 647. not.

Helvicus (Chriſtoph.) in Theatro Hiſtorico, I. p. 639

Hene-

Henelii (Nic.) carmen latinum, I. p. 970. ſq.
Henningus (Marcus) vid. *Mendoza.*
Herold (Chriſtoph) vid. Cerycius.
Hertfelder (Bernhard) in deſcriptione Baſilicæ S. Udalrici & Afræ pag. 181
Hertzog (Bernh.) in Chronico Alſatiæ, II. p. 31. ſq. p. 298
Heumannus (Chriſtoph. Aug.) in Conſpectu Reip. literariæ, cap. 3. §. 23.
Heuterus (Pontus) in rebus Burgundicis, I. p. 633. not.
Heydenreich (Tobiæ) carmen latinum. I. p. 940
Hiſtoriſches und Geographiſches allgemeines Lexicon. vid. *Baſelſches Hiſtor. Lexicon* & *Leipzigſches Hiſt. Lexicon.*
Hiſtory of the art of printing. vid. *Watſon.*
Hoë ab Hoënegg (Matthiæ) carmen latinum, I. p. 936. ſq.
Hoeſchelius (David) in præf. ad *Horapollinem.* II. p. 311. not.
Hofmannus (Jo. Jac.) in Lexico univerſali Hiſtorico in *Typographia*, de hujus artis inventione & propagatione, typographisque celebrioribus.
HOLSTENII (ANDR.) diſſertatio. vid. *Normannus.*
Höpfneri (Henr.) carmen latinum. I. p. 938
Hornſchuchii (Hieron.) Ὀρθοτυπογραφία, h. e. Inſtructio operas typographicas correcturis,
&

& admonitio ſcripta ſua in lucem edituris utilis & neceſſaria. Adjecta ſunt ſub finem varia typorum genera & appellationes, Lipſ. 1608. 8. pl. 4. Prodiit etiam hic libellus germanice: *Kürtzer Unterricht für diejenigen, die gedruckte Wercke corrigiren wollen, und eine Erinnerung für die, welche ihre Schrifften ausgehen laſſen, nützlich und nothwendig. Am Ende ſeyn hinzugethan viele und mancherley Arten und Nahmen der Schriften, die bey den Buchdruckern gebräuchlich, und ſonderlich in* Gregorii Ritzſchens *Druckerey jetzo zu befinden; aus dem lateiniſchen* Hier. Hornſchuch, *in die Teutſche Sprach gebracht durch* T. H. D. (Tob. Heydenreich D.) Endlich iſt auch mit angehengt ein gründlicher Bericht H. D. Dan. Kramers, *wo, wenn, und wer ſolche werthe Kunſt erfunden.* Leipzig 1634. 8. pl. 10. II. p. 1075. ſq.

ab Horto (Garzias) in libro II. Aromatum apud Indos naſcentium. I. p. 188. II. p. 12.

Hoſpinianus (Rudolphus) in Hiſtoria Jeſuitica III. p. 55

— — de origine templorum. II. p. 54

Hottingerus (Jo. Henr.) in Hiſtoria Eccleſiaſtica N. T. Sec. XV. pag. 44. ſqq. de artis typograph. inventione.

Hugo (Herm.) de prima ſcribendi origine, I. p. 626

Hutteni (Ulrici) carmen latinum. II. p. 365. ſq.

J. C.

I.

J. C. J. M. v. M. vid. *Licimander.*

J. G. B. *Hiſtoriſcher Roſen-Garten*, Francf. und Leipzig 1710. 8. allegatur in notis ad *Gundlingii* Hiſtorie der Gelahrheit, Vol. I. p. 456.

J. M. K. *Wolverdientes Ehren-Angedencken von Erfindung der edlen Kunſt Buchdruckerey*, carmen germanicum, quod exſtat in der Woleingerichteten Buchdruckerey, pag. 60. & in fine des *Format-Büchleins* Redingeri.

J. N. F. vid. *Thun* (*Jo. Nic.*)

Jacobus à S Carolo (Ludov.) in *Traité des plus belles Bibliotheqves*, II. p. 1090. ſq.

JANUS (*JO. HERM.*) de Luthero, ſtudii Biblici inſtauratore, II. p. 1175. ſqq.

Jaugeon ( ) in libro gallico, quem prelo paravit de typis variarum linguarum & accurata illorum confectione. vid. Hiſtoire de l'Academie des Sciences, an. 1699. p. 158. ſq. & an. 1700. p. 199. ed. Amſtelod.

Indice de Caratteri con l'inventori e nomi di eſſi, eſſiſtenti nella Stampa Vaticana e Camerale. In Roma, 1628. 4.

INSTRUMENTUM judiciale de litibus *Gutenbergii & Fauſti*, germanice. I. p. 472. ſqq.

INSULANI MENAPII (*GULIELMI*) Statera Chalcographiæ. I. p. 1046. ſqq.

Joannes Andreas Aleriensis Epiſc. vid. *Andreas*.

JOANNIS(Ge. Chriſtiani) præfatio & notæ ad *Bergellani* carmen. I. p. 4. ſqq.

Joly (Claud.) in *Voyage fait à Munſter*. II. p. 1133. p. 1135

Jonſtonus (Jo.) in naturæ conſtantia. II. p. 1096. ſq.

R. Joſeph Sacerdos in Chronico. I. p. 206. p. 403. p. 497. p. 695. p. 841. II. p. 19.

Jovius (Paul.) in Opere Hiſtoriarum. I. p. 188 p. 896. II. p. 14. p. 271

- - in Elogiis. I. p. 599

IRENICVS (*FRANC.*) in Germaniæ Exegeſi. I. p. 343. ſqq. p. 402. p. 597

Jubilæum Typographorum Lipſienſium &c. I. p. 1015 ſq. not.

de Judæis (*Gerh.*) in Speculo orbis terrarum. I. p. 441

JVDICIS (*MATTHÆI*) libellus de typographiæ inventione & de prelorum legitima inſpectione. I. p. 72. ſqqq. De illo iniqviſſime comparatum eſt judicium *Laur. Beyerlinckii* in Theatro vitæ humanæ Tom. VII. p. 236. b. *Nihil tam præclarum in rebus humanis, quod non virulentiæ & calumniis malevolorum exponatur, unde & pleriſque divinum hujus artis inventum, tanquam Reip. Chriſtianæ exitioſum, viſum fuit, prout illud ipſum execratur ſcripto ſuo execrando & prorſus inepto quidam,* Matthæus (*nomine quidem ſed ſatis idoneo & rei diſconveniente*) *JVDEX, elleboro & flagris dignus. Eidem quoque*

que ſucceſſere videtur Guilielmus Inſulanus Menapius *Libro de Typographia.* vid. etiam Rev. Leſſeri Typographiam jubilantem, cap. 6. §. 136. p 277

Junckerus (Chriſtianus) in Programmate. I. p. 277. ſq. not.

Jungendres (*Sebaſt. Jac.*) epiſtola de libris accuratius imprimendis, qua in mendorum typographicorum cauſas ſtudioſe inquiritur, & quomodo illa ſint removenda, luculenter demonſtratur, Francof. 1721. 4. pl. 5. vid. *Memoires* de Trevoux an. 1724. pag. 1125

JUNIUS (*HADR.*) in Batavia. I. p. 232. ſqq.

Juſtinianus (*Pet.*) in Hiſtoria rerum Venetarum. II. p. 1105. not.

K.

Kahl (Jo.) vid. *Calvinus.*

Kappelierii (C. F.) carmen latinum. II. p. 1229. ſq.

KARL (*BERNH. PET.*) in diſſert. de Germania, artibus & literis nulli ſecunda. II. p. 1144. ſqq.

Kiliani (Cornelii) carmina tria latina, II. p. 1203. ſq.

Kircherus (Athan.) in Oedipo Ægyptiaco. II. p. 1093

- - in *China illuſtrata* Part. V. pag. 222. de Sinenſium typographia.

Kleinſorgius (*Gerh.*) in Chronico Eccleſiaſtico Weſtphaliæ MS. I. p. 693
Kleinwechteri (Valentini) carmen latinum. I. p. 987 ſq.
- - Programmata duo, oratione ligata. I. p. 1005. ſqqq.
- - *carmen germanicum*, quod exſtat in carminibus Secularibus de typographia Vratislav. 1640. 4. editis.
Klockius (Caſp.) de Ærario. II. p. 504. p. 747. ſq.
Koelerus (*Jo. David*) in libro, quem prelo parat de inventione & ortu artis typographicæ.
Köhleri (*Jo. Ge.*) *von GOtt beſcherte Druckerey, bey der Hochzeit Hrn.* Eliæ Nic. Kuhfuſs *und Jungfer* Catharinæ Eliſab. Beckers, carmen germanicum. *Freyberg* 1698. fol. pl. 1
Kramer (*Dan.*) vid. *Cramerus.*
KRAVSII (*JO CHRISTOPH.*) *wohlverdientes Lob der Edlen Buchdruckerkunſt, welches er, als Hr.* Johan Conrad Stöſſel, *der Edlen Buchdruckerkunſt rühmlichſt Befliſſener, Kunſt-löblichem Gebrauch nach, ſein Poſtulat bey ſeinem Hrn. Vater* Conrad Stöſſeln, *Buchdrucker-Herrn und Buchhändlern in Chemnitz, verſchenckte, mit wenigen erwegen wolte.* latine. II. p. 700. ſq.
Krentzhemius (Leonh.) vid. *Crentzhemius.*]
Kunadus (Jac. Frid.) vid. *Schroedterus.*
Kundman (*Jo. Chriſtian*) in rarioribus naturæ & artis

artis Vratislav. 1737. fol. pag. 706. ſq. de *Jo. Fauſto* artium magicarum Pariſiis & Moguntiæ accuſato.

L.

de Laët (Jo.) in Republica confœderati Belgii. I. p. 628

Lætus (Pomponius) in epiſtola ad *Mapheum*, *Salluſtio* præfixa. I. p. 493. II. p. 398

Lambecius (*Pet.*) in diſſertatione affecta de abuſu typographiæ & negotiationis librariæ. vid. catalogum librorum ab ipſo editorum & promiſſorum, præfixum Originibus Hamburgenſibus, pag. 128. edit. 1706. fol. *Voſſius Lambecium* rogavit, ut in gratiam Hollandorum de inventione typographiæ ſcriberet. II. p. 234. not.

Lancellotus (*Secundus*) in *Hoggidi, overo il mondo non peggiore ne piu calamitoſo del paſſato.* Part. II. diſing. 8. pag. 140. ſqq. de artis typographicæ utilitate, inventione & præſtantia.

Langendyck (P.) carmen belgicum, II. p. 1231. ſq.

Langius (*Ioachim.*) in Inſtitutionibus ſtudii theologici literariis Sect. II. cap. 2. membr. 2. pag. 153. ſqq. de artis typogr. utilitate, inventione & propagatione.

LANGIUS (*IO.*) in epiſtolis medicinalibus. II. p. 1031. ſqq.

Langius (Paulus) in Chronico Citicenſi. I. p. 318. ſqq.

- - - in Chronicis Numburgenſibus. II. p. 1017.

LANSIUS (*THOMAS*) in Conſultationibus. I. p. 889. not. II. p. 1059. ſqq.

Latomus (Io.) in catalogo Archiepiſcoporum Moguntin. I. p. 460. II. p. 1017.

Laval ( ) in *diſcours ſur l'origine, le progrés & les differens ages de la librairie & imprimerie*, de qua oratione an. 1726. 9. Mart. Pariſiis habita vid. Iourn. Sç. 1726. Iul. p. 431.

Laurier-krans gevlogten om't hooft van Laurens Koſter. I. p. 437. not.

Lehmannus (Chriſtoph.) in der *Speyerſchen Chronick*. I. p. 462. II. p. 44.

Leipziger Buchdrucker Iubilæum vid. Iubilæum.

Leipzigſches algemeines Hiſtoriſches Lexicon in *Buchdruckerey* de artis typogr. inventione.

Lelandus (*Io.*) librum de Typographia ſcripſiſſe traditur in *Teiſſerii* Bibliotheca Bibliothecarum. p. 187. ſed *Bælius* in Lexico Hiſtorico in *Leland* (*Iean*) non præter rem putat, pro *typographia* legendum eſſe *topographia*, quia Baleus in opere de Scriptoribus Angliæ teſtatur, *Lelandum* compoſuiſſe topographiam Britanniæ.

Lemnius (Levin.) de occultis naturæ miraculis. p. 1108.

von Lersner (*Achilles Auguſtus*) *in der Stadt Franck-*

Franckfurt am Mayn Chronick lib. I. cap. 28. pag. 435. ſqq. de artis typograph. inventione. II. p. 1150. ſqq.

Leſcaloperius (Petr.) in notis ad *Ciceronem* de natura Deorum. II. p. 1094. ſqq.

Leſſeri (*Frid. Chriſtiani*) Typographia jubilans, *d. i. kurtzgefaſte Hiſtorie der Buchdruckerey, worin von dieſer edlen Kunſt Urſprunge und Anfange, Ausbreitung, Verbeſſerung, Zierathen, Nutzen, wie auch von der Buchdrucker Eigenſchaften und Pflichten, und dann von anderer Verhalten gegen dieſelbe gehandelt wird. Leipzig* 1740. 8.

Lettres patentes obtenues par aucun des Imprimeurs & libraires de Paris 1649. *contenant des Reglemens, ausquels ſont joints de nouveaux Reglemens de* 1650. *avec les repliques de l' Univerſité aux Reponſes des Syndics & Ajoins des Libraires. in* 4.

Librorum primo excuſorum Subſcriptiones. I. p. 273. p 284. ſqq. p. 482. ſqq.

I.C.I.M.v.M. ſonſt *LICIMANDER in Unverdroſſener Jugend Vornehmen bey der Weile, Franckfurt* 1697. 12. ubi Part. I. p. 161 - 180 legitur *Hochdeutſche Rede von der Kunſt-Buchdruckerey*, latine. II. p. 595. ſqq.

LILIENTHAL(*MICH.*) de hiſtoria literaria certæ cujusdam gentis ſcribenda. II. p. 1157. ſqq.

Limnaeus (*Io.*) in Iure Publico Imperii Romano-Germanici. Tom. 3. lib. 8. cap. 10. §. 1 - 11.

de typographiæ utilitate, inventione & abuſu.

Lindenbergii (Caſp.) Schediaſma de erroribus typographicis extat in Novis literariis maris Balthi an. 1706. p. 12. ſqq.

Lintſchotanus (Jo. Hugo) in India Orientali. II. p. 188. p. 323. II. p. 19.

Lipſius (Juſtus) in arte Critica. II. p. 53.

Liſte Chronologique & alphabetique des libraires & Imprimeurs de Paris. 1723. 4.

Livius teuſch, an. 1505 & 1523. fol. vid. *Schoefferus.*

Livio ed. Mogunt. 1518. fol. præmiſſum privilegium Cæſareum II. p. 532. p. 688.

LOEBLICHE Buchdruckerkunſt. vid. *Veſterus (Chriſtian.)*

Lobſpruch von der Edlen freien Kunſt Buchdruckerey Urſprung, Fortgang und Nutzbarkeit, und weſſen ſich dero Anverwandten für andren Künſten und Ständen mit Grund der Wahrheit zu berühmen haben, zu Strasburg von einem Correctore, Spangenbergs *Geſchlecht*, vor 35 *Jahr gemacht*, carmen Germanicum, quod exſtat in Jubilæo Typograph. Lipſ. Q. 3. ſq.

Locrius (Ferreolus) in Chronico Belgico. I. p. 642.

Loeſcheri (Valentini Ern.) Incunabula typographiæ reviſa cum Supplementis Maittairianis in *Stromateo*, Sect. VII. pag. 134. ſqq. de artis typogr. utilitate, inventione & libris primo excuſis.

LO-

LOMEIERUS (Jo.) de Bibliothecis. II. p. 1122. ſq.

Loos (Cornel.) in fine catalogi illuſtrium an. 1454. I. p. 271

von Ludwig (Joh. Petr.) *Einleitung zu dem Teutſchen Müntz-Weſen*, Halle 1709 8. allegatur in notis ad *Gundlingii* Hiſtorie der Gelahrheit Vol. I. pag. 456. b. ſed in illo nihil aliud de typographia reperire potui, niſi hæc pauca verba: *Es iſt gewiſs, daſs von der Zeit an, als man in dem funfzehenden Jahrhundert um der Druckerey und des Geſchützes willen, nachdem das Pulver erfunden worden, ſich häuffig auf die Stahlarbeit und Formſchneiden geleget hat, und alſo die Stempelſchneider und Schraubwercke deſto leichter haben können, die Hohlmüntzen auch ſo fort in den Abgang gekommen ſind, und das Geld auf beyden Seyten, ſo dünne es auch geweſen, gepräget worden iſt.*

Lunenſis (Jo. Matthæus) vid. *Matthæus.*

Lutherus (Martin.) in *Tiſchreden.* II. pag. 759. p. 965. p. 1075

Lydius (Jac.) in Belgio glorioſo. II. p. 1140

M.

M. S. *carmen germanicum* exſtat in fine des *Formen-Büchleins* Redingeri.

Mabillonius (Jo.) de re diplomatica allegatur in

Orlandi Origine é progreſſi della Stampa, p. 248

Maccaus ſ. *Maſſaui* (*Chriſtianus*) in Chronico. II p. 332. p. 517

Machneri (Matthiæ) carmen latinum. I. p. 989

Maffejus (Jo. Pet.) in libris XVI. Hiſtoriarum indicarum. I. p. 187. II. p. 12. p. 14. p. 443. p. 1064

Maginus (Jo. Anton.) in Coſmographia. I. p. 579. p. 601

Magni (*Ge. Frider.*) Disquiſitio de antiquis Scripturæ S. verſionibus germanicis, Auguſtæ excuſis, cujus partem priorem defendendam ſuſcepit *Jo. Frid. Pfeffelius*; Aug. Vind. 1690. 4. In Parte poſteriore in artis typographicæ originem inquirere ejusque inventionem Moguntinis vindicare conſtituerat. vid. *Tenzelii* Colloquia menſtrua an. 1692. pag. 676. & 683

Maichelius (*Dan.*) de præcipuis Bibliothecis Pariſienſibus cap. 3. §. 7. p. 69. ſqq. de typographia Moguntiæ inventa, ejusque utilitate in Eccleſiæ reformatione promovenda.

MAIERVS (*MICH.*) in veris inventis Germaniæ. I. p. 189. ſqq. not.

MAJOLVS (*SIMON.*) in diebus canicularibus. I. p. 1039. ſqq.

Majoris (Eliæ) carmen latinum. I. p. 973. ſqq.

Maittaire (*Mich.*) in Annalibus Typographicis Tom. I. pag. 2. ſqq. de artis typographicæ inventione.

Majus (Iunianus) in epiſtola ad Ferdinandum Regem, I. p. 387. p. 511. II. p. 369. p. 401. ſqq.

à *MALLINKROT* (*BERNHARDI*) Diſſ. de ortu ac progreſſu artis typographicæ. I. p. 547. ſqq. II. p. 239

- - in diſſertatione de natura & uſu literarum. II. p. 1068. ſqq.

Marchandi (*Proſperi*) *Hiſtoire de l'origine & des premiers progres de l'Imprimerie.* à la Haye 1740. 4. conf. Nova Acta Erudit. an. 1739. p. 576. ſqq.

Mareſius (*Rolandus*) epiſt. 5. pag. 19. & ep. 23. pag. 353. de typographiæ commodis & incommodis. epiſt. 33. pag. 423. ſqq. de ejus inventione & utilitate.

M. Marth Teutſches Gedicht zu Ehren der Buchdruckerey extat in Jubilæo Typogr. Lipſ. P. 1.

Martinius (*Martinus*) in novi Atlantis Sinici præfatione pag. 9. de Sinenſium typographia.

Maſſaeus (*Chriſtianus*) vid. *Macaeus.*

Matheſius (Jo.) in der *Berg Poſtilla.* II. p. 1116.

Matthæus Lunenſis (Jo.) in libello de rerum inventoribus. I. pag. 494. Idem cap. 65. de inventione celeberrimæ artis impreſſoriæ agit, ubi nihil aliud, niſi verba *Wimphelingii* ex ejus Epitome rerum German. in medium profert.

Matthaeus (*Pet.*) in notis ad VII. Decretat. lib. V. tit. 4. cap. 3.

MEIBOMIUS (*HENR.*) in programmate funebri. II. p. 1113.

Meic-

Meierus (Jac.) in Annalibus Flandricis. II. p. 575.
Meiſneri (Joach.) carmen latinum. I. p. 950.
Melanchthonis (Phil.) Chronicon vid. Cario.
Memoires de literature vid. *Sallengre.*
MENAPIUS (GULIELMUS INSULANUS) vidi *Inſulanus.*
Mendoza (Jo. Gonſalvus) in hiſtoria del gran Reyno de la China. I. p. 188. II. p. 12. p. 35. latine prodiit cura *Marci Henningi.* Francof. 1589. 8.
Mengeringius (Arnold.) in Scrutinio Conſcientiæ germanice edito II. p. 440. p. 454. p. 518. p. 526. p. 537. p. 540. p. 541. p. 542. p. 544.
das Menſchliche Leben unter dem Bilde einer Druckerey bey Beerdigung des jüngſten Töchterleins Hr. Jo. Chriſtoph Heergarts, *Buchdruckers in Langen Saltza*, in fol. pl. I. carmen germanicum.
MENTELII (JAC.) brevis Excurſus de Typographia. II. p. 189. ſqq.
– – – Paræneſis de Typographiæ origine. II. p. 237. ſqqq.
– – – Obſervationes de Typographia & Typographis. II. p. 567. ſqq.
Mercator (*Gerh.*) in Atlante majore. II. p. 462
MERCVRE GALANT par Mr. *le Geſne.* II. p. 1117. ſqq.
Merula (*Georg.*) in epiſtola, præfixa *Varronis* libris de re ruſtica. I. p. 601
Meſſias (Pet.) in Silva de varia Lecion. II. p. 1027. ſqq.

Me-

Medus (Joh.) in hiſtoria de novis inſulis. II. p. 13
van Meteren (*Eman.*) in Nederlantſche Hiſtorien lib. IV. ad. an. 1573. fol. 135. de typographia Harlemenſi ex *Junii* Batavia.
Micrælius (Jo.) in Syntagmate Hiſtoriæ Eccleſ. lib. III. ſect. I. qv 26. p. 597. ſq. de inventione typographiæ.
Middendorpius (Jac.) de Academiis. I. p. 612. ſq. not. p. 613 615
Mintzelii (*Jo. Albrecht*) *Teutſches Gedicht zum Preſſe der Buchdruckerey* exſtat in Jubilæo Typograph. Lipſ. Q. 3.
Minutius Felix in Octavio. II. p. 196. not.
MIRÆUS (*AUBERT.*) in Chronico. I. p. 340. ſqq.
Molineti (Jo.) verſus octo gallici. I. p. 489
Molinetus (*Claud.*) in *Hiſtoire de la fortune des lettres Romaines*, ubi affirmat, *Guttenbergium* circa an. 1460. typographiam Moguntiæ inveniſſe. vid. Journ. de Sç. 1684. eph. 3. p. 32. ſqq. & Act Er. 1684. p 198
Molleri (Andr.) carmen latinum. I. p. 941. ſq.
Molleri (Bernh.) carmen latinum. I. p. 607. ſq.
MOLLERI (*DAN. GUILH.*) Diſſ. de Typographia. II. p. 607. ſqq.
Mollerus (*Jo.*) in appendice ad Homonymoſcopiam, pag. 935. ſq. de artis typographicæ inventione.
Monatlicher Auszug von Neuen Büchern an. 1700 m. April. p. 120. ſqq. ubi *Tenzelii* Diſcours von

von der Erfindung der Buchdrucker-Kunſt cum animadverſionibus quibusdam recenſetur, & verba germanica Chronici Colonienſis de typographia in medium proferuntur.

Montanus (*Arnold.*) *in gedenkwaerdige Geſantſchappen der Ooſtindiſche Maetſchappy in't vereenigde Nederland aende Kaiſaren van Japan*, pag. 183. de typographia in regione Catajæ Tanguth.

Montanus (*Pet.*) in adagiis. II. p. 230. not. p. 232.

Montanus (Pet.) in deſcriptionibus urbium. I. pag. 617.

Morery (*Ludov.*) in *grand Dictionaire hiſtorique* in *Imprimerie*, de typographiæ inventione & propagatione, atque libris primo excuſis.

Morhoſius (*Dan. Georg*) in Polyhiſtore Tom. I. lib. IV. cap. 2. §. 6. de typographiæ inventione & abuſibus.

Moſellanus (Pet.) in Oratione de trium linguarum cognitione paranda. I. p. 613. not.

Moulinet vid. *Molinetus*.

Moxon (*Joſeph*) *mechanick exerciſes applied to printing* Lond. 1683. 4. forſan eſt idem liber ac ejus *Art of printing*, quem allegat *Joh. Harris* in Lexico technico Vol. II. in *printing*.

Mulleri Greifenhagii (Andr.) Specimen Pandectarum de Typographiæ origine II. p. 1142. ſqq.

Mülleri (*Jo. Immanuelis*) *Beſchreibung der Leipziger Buchdruckerey nach ihrer erſten Beſchaffenheit*, Leipzig. 1720. 4.

Mün-

Münſterus (Sebaſt.) in Coſmographia. I. p. 337. p. 460. ſqq.

Muntzerus (Valentin) in Chronographia germanice edita. II. p. 31.

Mutius (Huldrichus) de Germanorum origine. I. p. 330.

MYLÆUS (*CHRISTOPH.*) de univerſali rerum hiſtoria ſcribenda. I. p. 796. ſqq.

N.

Naogeorgii (Tho.) verſus quinque latini. I. p. 487.

NARRATIO de artis typographicæ inventione II. p. 1035. ſqq.

NATOLINI (*JO. BAPT.*) *Diſcorſo intorno l' arte della Stampa*, latine. II. p. 910. ſqq.

Nauclerus (Jo.) in Chronographia. I. p. 329.

NAUDÆUS (*GABR.*) in *Addition à l' hiſtoire de Louis XI.* cap. VII. pag. 224. ſqq. latine. I. p. 486. ſqq. p. 644.

- - in *Maſcurat ou Iugement de tout ce, qui a eté imprimé contre le Cardinal* Mazarin p. 133. ubi inventio typographiæ *Jo. Fauſto* adſcribitur. Ejus verba in medium profert Rev. *Beyerus* in memoriis librorum rariorum p. 123. ſqq.

- - in Conjectione cauſæ Kempenſis. II. pag 330. not.

in

in Epigrammatis. II. pag. 1211.

de Nautonnier (Wilh.) in *Mecometrie de l'Ayman*, de typographia Sinenſium. II. p. 195. not.

Neſſelii (Mart.) commentatiuncula de Typographia allegatur in Rev. *Cleſſenii* Jubilæo III. Typographiæ, germanice edito, pag. 40.

Neuverfaſſetes auf der löblichen Kunſt-Buchdruckerey nützlich zu gebrauchendes Format-Buch, worin nicht allein alle und jede bisher übliche Formaten, ſondern auch viele andere, welche etwan noch vorkommen mögten, richtig verzeichnet; deme beygefüget, etliche Orientaliſche Alphabeten, Griechiſche und Lateiniſche Abbreviaturen &c. Abdruck der gebräuchlichſten Schriften, nebſt dem gewöhnlichen Depoſitions-Büchlein; mit einer Vorrede vom Urſprung der Buchſtaben, Sprachen, Schulen, Pergament und Papier, inſonderheit von Erfindung der Buchdrucker-Kunſt, Form-Schneiden und Kupferſtechen, ausgefertiget von S. S. *Lübeck und Leipzig bey* Samuel Struck; 1715. 8. pl. 17½. vid. infra *Thun.*

Nicolſius (Gvilh.) in poëmate de literis inventis. II. p. 1218. ſqq.

Nieuhof (Jo) in *het Gezantſchap der Neerlandtſche Oost-Indiſche Compagnie aan den Grooten Tartariſchen Cham.* Part. II. cap. 3. pag. 28. de Cataïnorum typographia.

Niger (Hieron.) in Epiſtolis & Orationibus. II. p. 1018

Nigri-

Nigrinus (Georg.) de Paparum doctrina & vita I. pag. 459
NORRMANNI (*LAUR.*) diſſertatio de Typographia, Reſp. *And. Holſtenio.* II. p. 550 ſqq.
Noviomagus (Gerh.) in diſſ. de Batavorum inſula. II. p. 230 not.
Nutberti (*E.*) i. e. *Büttneri* V. D. Min. Erfort. *umb die Evangeliſche Religion höchſt meritirte Buchdruckerkunſt bey verſchenckten Poſtulat Hr.* Jo. Frid. Grunerts 12 Febr. 1719. *teutſches Carmen mit benöhtigten Anmerkungen.* Halle 1719. 4. pl. 5. recenſetur in *Unſchuldigen Nachrichten* 1719. p. 100. ſq.

O

OBSERVATIONS, vid. Some obſervations.
Omnibonus Leonicenus in præfatione *Quintiliano* præfixa. I. p. 699
Opitii (Martini) verſus 4. germanici. II. p. 764
Opmerus (Pet.) in opere chronologico. I. p. 633
Oratio Germaniæ ad Deum & Principes. II. pag. 1191
Ordonnance du Lieutenant civil, portant defenſe de rien imprimer & vendre ſans permiſſion. à Paris 1649. 4.
Orlandus (*Peregrinus*) in *origine e progreſſi della Stampa* p. 5 ſqq. de utilitate & inventione typographiæ, nec non pag. 218 ſqq. de variis rebus ad typographiam pertinentibus.
Oſorius (Hieron.) de rebus *Emanuelis* Regis. I. p. 258 ſq. p. 938 not.
Otto (*Dan.*) de Jure publico. I. p. 647 not.

OUDINI (CASIMIRI) diſſertatio de primis artis typographicæ inventoribus II. p. 872 ſqq.

P

Palearius (Aonius) in oratione pro ſe ipſo II. p. 1020

Palmer (*S.*) *general Hiſtory of Printing from the firſt invention of it in the city of M[illegible]z to its propagation and progreſſ thro' moſt of the Kingdoms in Europe Lond.* 1733. 4. *Book* I. *of its origin, improvement and progreſs by* John Fauſt from 1440 to 1462 p. 1 - 107

Palmerius (Matthias) in continuatione Chronici. I. p. 387 p. 601

Paludanus (*Bernhard*) in notis ad *Lintſchotani* deſcriptionem Indiæ Orientalis I. p. 896

Pancirollus (Guido) in novis repertis I. p. 183 ſq. p. 463 ſq. Verſioni anglicæ hujus libri, Lond. 1715 8. acceſſit *Supplement to the chapter of Printing, ſhewing the time of its beginning and the firſt book printed in each city before* 1560

Panſa (*Mutius*) in *Ragionamenti della libraria Vaticana* diſc. 4 p. 13 ſqq. de typographiæ utilitate & inventione.

Pantaleon (Henr.) de viris illuſtribus Germaniæ I. p. 334 not. p. 606

Pantogia (Jac.) in Relatione de ampliſſimo Sinarum regno II. p. 1038

Paradinus (Wilhelm) in Chronique de Savoye I. p. 465

Pareus (*Dan.*) in Hiſtoria Palatina I. p. 647 not.

in

- - in Medulla Hiſtoriæ Eccleſ. I. p. 647 not.
Paralipomena ad Abbatis Urſpergenſis Chronicon I. p. 595
de Parival (*Joh. Nicol.*) in Delices de Hollande II. p. 1134
Paſchius (*Georg*) de [illegible]ventis novis cap. 7. §. 66 p. 780 ſqq. de typographiæ inventione & typographis celebribus.
Paſquier (Steph.) in *Recherches de la France* I. p. 176 II. p. 286 not. p. 1088
PATRIS (Pauli) diſſertatio de typis literarum II. p. 705 ſqq.
Peckii (*David*) *Jubeljähriges Gedenck- und Danck-Lied von der edlen Kunſt der Buchdruckerey*, carmen germanicum, exſtat in Jubilæo Typographorum Lipſ. O. 3 ſq.
Perottus (Nicol.) in Epiſtola ad *Franc. Guarnerium* I. p. 345 p. 766 ſq.
Petavius (Dionyſius) in Rationario temporum I. p. 646
Petitæus (Joh. Franc.) in magno Chronico Bataviæ I. p. 314 not.
- - in Republica Belgica I. p. 414
Peucerus (Caſp.) vid. *Carion*.
Peutingerus (Conr.) in Sermonibus convivalibus I. p. 266
Pexenfelder (*Mich.*) in apparatu eruditionis, cap. 50 p. 310 ſqq. de variis rebus ad rem typographicam pertinentibus.
Pfeifferus (*Aug.*) in *Evangeliſchen Erquickſtunden*, Leipzig 1693. 4 allegatur in notis ad *Gundlin-*

gii Hiſtorie der Gelahrheit, Vol. I. p. 456
Philelphus (Franc.) in Epiſtolis I. p. 344 p. 388 p. 529
Picolomineus (*Jac.*) in Epiſtola ad nepotem ſuum *Chriſtophorum* I. p. 387
Pincierus in parergis Otii Marpurgenſis II. p. 269
Plantinus (*Chriſtoph.*) in *Dialogues françois & flammands* II. p. 274 not.
Platina (*Bartholom.*) in Hiſtoria Pontificum Rom. I. p. 387
Politianus (Angelus) in Epiſtolis I. p. 511
Pollionis (Lucæ) carmen latinum I. p. 948
Polmanni (Iſaaci) verſus arithmometrici I. p. 964 ſq.
Polus (Timotheus) in *Luſtigen Schauplatze* II. p. 408 not.
de Pöllnitz (Car. Ludov.) in *Memoires*, II. p. 1189 ſq.
Pomerus (Jac.) in oratione, quod antiquitas non ubique præferenda novitati, quam cum 4. aliis *Jo. Thomas Freigius* Antiquitatibus Romanis *Roſini* pag. 490 ſq. Baſil. 1583 fol. addidit.
Pontanus (Jac.) in Progymnaſmatis latinitatis II. p. 1087
Pontanus (Joh. Iſaacus) in Hiſtoria Danica I. p. 629 ſq.
- - in Hiſtoria Geltrica I. p. 630 ſq. not.
Pontier (Gideon) in *Cabinet, ou Bibliotheque des Grands* II. p. 1132 ſq.
Preibiſii (Chriſtoph.) carmen latinum I. p. 939 ſq.
Preibiſii (Joh.) carmen latinum I. p. 956
Privilegium Cæſareum. vid. *Livius*.
Pütneri (Greg.) carmen latinum I. p. 963 ſq.

Quadus

Q

Quadus (Matthias) in Enarrationibus geograph. I. p. 442 p. 616

Quintianus Stoa (Joh. Franc.) in Cleopoli II. p. 398 ſq.

R

Raji (Joh.) Obſervationes typographicæ, morales & Phyſicæ allegantur in notis ad *Gundlingii Hiſt. der Gelahrheit* Vol. IV. pag. 5044 b. & in indice in *Buchdruckerey*. Hæc ſine dubio accipienda ſunt de Raji libro anglice edito, qui inſcribitur: *Obſervations topographical, moral, and phyſiological, made in a journey* &c. Lond. 1673. 8

Ramus (Pet.) in Scholis Mathematicis I. p. 285 p. 292

Rawen (Joh.) in coſmographia germanice edita Francof. 1623 fol. Part. II. cap. 20 p. 558 ubi Belgis typographiæ inventionem adſcribit.

Rayſſius (Arnold) in Belgica Chriſtiana I. p. 646

Rechtliches Bedencken eines ICti von Nachdruck der Bücher 1722 8. vid. ſupra *Gundlingiana*.

Recueil des Statuts & Reglemens des Libraires & Imprimeurs de Paris, par Laurent Bouchel à Paris an. 1620 4

Redingeri (Jac.) Neuaufgeſetztes Format-Büchlein, vorgeſtellet durch Joh. Ludov. Vietorem, *anitzo überſehen, vermehrt und verbeſſert, neben beygefügtem* Depoſition *Büchlein* Francof. 1679 8.

Reflections upon learning, Wherein is shewn the inſufficiency

ſufficiency thereof, Lond. 1700 8 & Gallice ſub tit. *Traité de l' incertitude des Sciences.* à Amſt. 1715 12 Scriptor hujus libri in fine præfationis de immenſa multitudine librorum queritur. conf. *Gundlingii* Hiſtorie der Gelahrheit Vol. II. p. 422 a

Regius (*Ludov.*) vid. *Roy.*

Regkman (Hans) in fine der *Lubeckiſchen Chronick* I. p. 455 not.

Reglement pour la librairie & imprimerie en 1618 *a Paris* 1620 4

Reimmannus (*Jac. Frid.*) *in Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam literariam der Teutſchen* Part. III. cap. 1 p. 204 ſq. de inventione typographiæ & libris primo excuſis.

Reineccius (*Reinerus*) in oratione de hiſtoriæ dignitate I. p. 610 not.

Reineſius (Tho) diſſertationem *Boxhornii* de typographiæ origine refutaſſe dicitur, *Heinſii* vero preces impediviſſe, quo minus refutatio illa fuerit excuſa; conf. *Tentzelii* Colloquia menſtrua germanice edita an. 1692 p. 685 & *Paſchii* Tract. de inventis novis c. 7 §. 66 p. 782

Reis (Godofr.) carmen latinum I. p. 967 ſq.

RELATIO de typographiæ origine vid. *Diſcurs.*

Renandotus (*Euſebius*) in *anciennes relations des Indes, traduites de l' arabic.* Pariſ. 1718 8. p. 340 ſqq. de Sinenſium typographia.

Reuſch (*Erhard*) vid Wohleingerichtete Buchdruckerey.

Reuſnerus (*Elias*) in Iſagoge hiſt. I. p. 647 not.

Rhadi

Rhedi (Tho.) carmen latinum II. p. 199 ſqq. not.
Riccius (Bartholom.) de imitatione II. p. 394 ſq.
Riegerus (Georg Conr.) vid. *Cleſſenius*
Rinckarti (Martini) Drucker- und Zaüner-Tantz, carmen germanicum, exſtat in Jubilæo Typographorum Lipſienſ. N. 3 ſq. in der *Wohleingerichteten Buchdruckerey* p. 62 ſq. & in fine des *Format-Büchleins* Redingeri
- - *Drucker Gedenck Rinck, darinnen der hochedlen Schreib- und Drucker-Feder und Teutſchlandes höchſter und letzter Ehrenpreiß*; carmen germanicum, quod exſtat in Jubilæo Typographorum Lipſienſium M. 4 ſqq.
Riſtii (Jo.) alleredelſte Erfindung der gantzen Welt, vermittelſt eines anmuhtigen und erbaulichen Geſpräches, welches iſt dieſer Art die fünfte, und zwar eine Mayens Unterredung, beſchrieben und fürgeſtellet von dem Rüſtigen, Franckfurt 1667 12. allegatur in notis ad *Gundlingii* Hiſtorie der Gelahrheit Vol. I. p. 456 b. ſed *Riſtius* in iſto libello literarum, non vero typographiæ originem exponit.
- - Depoſitio Cornuti Typographici, ſ. *Depoſitions Büchlein* exſtat in fine der *Wohleingerichteten Buchdruckerey, des neuverfaſſeten Format-Buches*, & *des Format Büchlein* Redingeri.
- - *Lob der Buchdruckerey*, carmen germanicum II. p. 761
- - aliud carmen germanicum exſtat in fine des *Format-Büchleins* Redingeri *und der wohleingerichteten Buchdruckerey*

Ritzſchius (Greg.) vid. *Zweyhundertjähriges* & G. R.

- - *Teutſches Lied zum Preiſe der Buchdruckerey* & *Beſchluß Geſetzlein* & *Johannitiſche Jubel-Freude* exſtat in Jubilæo Typograph. Lipſ. Q. 1 ſq.

RIVINI (ANDR.) al. *Bachmanni* Hecatomba laudum & gratiarum l. p. 872 ſqq.

- - Pannegyrica declamatio l. p. 881 ſqq.

- - Irrungs-Entſcheidungen bey der edlen Buchdruckerey; latine l. p. 1031 ſqq.

- - *Von der edlen Buchdruckerey erſten Anfängern*, carmen germanicum, quod exſtat in Jubilæo Typographorum Lipſienſium L. 3.

ROCCHA (ANGELUS) in Appendice Bibliothecæ Vaticanæ l. p. 296 ſqq.

Rolevinck de Laer (Warnerus) in Faſciculo temporum l. p. 327 p. 348

Romanus (Andr.) in Theatro Urbium l. pag. 442 p. 615

Roſinus (*Joh.*) vid. Pomerus (Jac.)

Roſweydus (*Heribert.*) in *de generale kerkelicke Hiſtorie* l. p. 442

Roth (*Leonh.*) Typographiæ Encomium *von der hochlöblichen freyen Kunſt-Buchdruckerey, was dieſelbe für überaus herrlichen Nutz und Frucht allen Ständen und Orden gebracht, und noch täglich bringe, in einem feinem Geſange aufs kürtzeſte verfaßt Leipzig* 1609 8. pl. ½

Rottendorfii (Bernh.) carmen latinum l. p. 560 ſq.

Roy ſ. Regius (*Ludov*) in *traité de la viciſſitude des choſes* l. p. 492

Rumpleri

Rumpleri (Eſaia) carmen germanicum exſtat in fine libri *Schragii : Bericht von Erfindung der Buchdruckerey.*

S

S. S. vid. *Neuverfaſſetes Format-Buch.*

S.P.C.P.S i. e. *Petermanni (Salom.)* ConRectoris Pirnenſis Scholæ *in kurtz und wenigen Zeilen viel und weitgeprieſene Buchdrucker-Kunſt zu Andencken und Ehren den drey löblichen Jünglingen, welche den* 26 *Sept.* 1692 zu Pirn in Meiſſen *bey Hr.* Georg. Balth. Ludewigen *Buchdruckern daſelbſt das* Poſtulat *verſchenckten*, carmen germanicum, *Pirna* in fol. pl. 1

S. W. *Lobſpruch von der edlen freyen Kunſt Buchdruckerey Urſprung, Fortgang und Nutzbarkeit*, exſtat in verſione germanica Ὀρθοτυπογραφίας Hornſchuchii pag. 102 ſqq.

Sabellicus (Marcus Anton. Coccius) in Hiſt. Univerſali I. p. 312 ſq. II. p. 19

SABINUS (GEORG) in Cæſaribus Germanicis I. p. 606 II. p. 193 not. p. 243

Saldenus (Guilh.) de libris varioque eorum uſu II. p. 1139 ſq.

de *Sallengre (Albert Henr.)* in *Memoires de literature* Tom. I. Part. II. pag. 392 ſqq. ubi exſtant *memoires ſur les premieres impreſſions faites à Harlem.*

SALMUTHUS (HENR.) in commentariis ad Pancirolli memorabilia. I. p. 639 ſq. p. 702 ſq. p. 705. II. p. 1096 ſqq.

de Saluſte Sr. de Bartas (Wilh.) vid. *Bartaſius.*

Sanſtleben (Andr.) carmen latinum. I. p. 984 ſqq.
Sardus (*Alexander*) de rerum inventoribus. I. p. 906
Saubertus (*Jo.*) in Hiſtoria Bibliothecæ Noribergenſis pag. 59 ſq. & pag. 106 ſqq. de inventione typographiæ.
Scaliger (Julius Cæſar) in Exercitationibus Exotericis de Subtilitate. I. p. 897
Scaliger (Juſtus Joſeph.) vel Rutgerſius (Janus) in confutatione fabulæ Burdonianæ. I. p. 841 ſqq.
- - in Epiſtolis. I. p. 845 not.
- - in *Scaligeranis* pag. 123 & pag. 206 ſq. de typographiæ origine.
Scardeonius (*Bernardinus*) de Antiquitate urbis Patavii lib. II. claſſ. 6. pag. 133. de origine typographiæ. vid. ejus verba in *Struvii* Bibliotheca antiqua an. 1705 pag. 164.
Schallus (Jo.) in epiſtola dedicatoria Hiſtoriæ Eccl. *Euſebii* II. p. 266 not.
Schardius (Simon) in Lexico juridico. II. p. 292 not.
Schedelius (Herman) in Chronico Norimb. I. p. 328
Schelhornius (*Jo. Georg*) in Amœnitatibus literariis Tom. I. obſ. 1. pag. 1 ſqq. de libro rariſſimo ſub ipſis typographiæ primordiis excuſo. Tom. IV. obſ. 1. p. 239 ſqq. de rariſſimo quodam primigeniæ Tyographiæ monumento & obſ. 2 pag. 300 ſqq. de artis typographicæ originibus. Tom. IX. obſ. 7 pag. 969 ſqq. de primitiis typographicis Harlemenſibus & Uffenbachianis; & in Amœnitatibus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tom. I. obſ. 18 p. 942 ſqq. exſtant notæ in vetus carmen de originibus Typographiæ.

Scheurlius (*Chriſtoph.*) in Oratione in laudem Germaniæ & Ducum Saxoniæ, Lipſ. 1508 pag. 24. allegatur à *Limnæo* Tom. III. de I. P. Imp. Rom. Germ. lib. VIII. cap. 10.

Schilterus (*Jo.*) *in hiſtoriſchen Anmerkungen über* Jac. von Königshoven *Elſaſſiſche und Strasburgiſche Chronicke.* obſ. 1. § 9-12. pag. 441-452. ubi typographiam Argentorati à *Mentelio* inventam eſſe ex *Specklini* Chronico MS. atque *Schragii Menteliique* libris probat.

Schiphowerus (*Jo.*) in Chronico Comitum Oldenb. apud *Meibomium* Tom. II. Scriptorum Hiſtoriæ German. pag. 171 ubi *Rolevinckii* ultima verba in medium profert.

Schlegelii (*Chriſtoph.*) carmen germanicum in *Ge. Baumanni* Carminibus Secularibus de Typographia.

Schleiffentagii (Gabr.) carmen latinum. I. p. 948

Schlüſſelburgius (*Conr.*) in epiſtola dedicatoria libri XI. catalogi Hæreticorum, Francoſ. 1599. 8vo qui pleraque ex *Matthæi Judicis* libello transſcripſit.

SCHMIDII (JO.) *drey chriſtliche Danck-Predigten wegen der im Jahr* 1440, *und alſo vor zweyhundert Jahren durch göttliche Eingebung in Strasburg erfundenen hochwehrten theuren Buchtrucker-Kunſt* &c. latine. II. p. 58 ſqq.

Schoefferus (Jo.) in fine Breviarii hiſtoriarum Trithemianarum. I. p. 273

- - in præf. Livii germanice editi. II. p. 655 pag. 1151 ſq.

Schönbornerus (Georg) in libris Politicorum. I. p. 463

Schopperus

Schepperus (*Hartman*) in Panoplia illiberalium artium, qui allegatur in *Orlandi* origine e progreſſi della Stampa, pag. 248
Schottus (Andr.) in epiſtola dedicat. Tomi I. rerum Hiſpanic. I. p. 619
SCHRAGII (*JO. ADAMI*) *Bericht*, vid. *Bericht*.
Schrevelius (*Theod.*) in Harlemo pag. 270-272 ex *Hadr. Junii* Batavia.
SCHROEDTERI (*ERN. CHRISTIANI*) diſſert. de Typographia, Reſp. *Jac. Frider. Kunado*. II. pag. 614 ſqq.
Schrœeri (Tho.) carmen latinum. I. p. 981 ſq.
Schultzii (Chriſtoph.) carmen latinum. I. p. 989 ſq.
- - carmen germanicum in *Ge. Baumanni* carminibus Secularibus.
Schultzenii (Chryſoſt.) carmen germanicum in *Ge. Baumanni* carminibus Secularibus.
SCHWARTZIUS (*CHRISTIAN. GOTTLIEB*) in Indice novo librorum ſub incunabula Typographiæ impreſſorum. II. p. 1179 ſqq.
Science pratique. vid. *Fertelius*.
SCRIVERII (*PET.*) *Laurecrans voor* Laurens Coſter *van Harlem*, latine. I. p. 209 ſqqq.
- - verſus latini. I. p. 210 p. 252 p. 399 p. 412 p. 444 ſq. p. 502 p. 620. II. p. 1210
- - verſus belgici. I. p. 211 ſqq. p. 217 ſqq. p. 253 p. 374 ſq. p. 417 p. 427 p. 443 p. 446 ſqq.
Semedus (Alvarus) in relatione de monarchia Sinarum italice edita. II. p. 281 ſq.
SERARIUS (*NICOL.*) in rebus Moguntiacis. I. p. 255 ſqq.

Serrau (*Jo.*) in Inventorio hiſtoriæ Francicæ gallice edito. I. p. 646

Sleidanus (Jo.) de IV ſummis imperiis. II. p. 201 not.

SOME OBSERVATIONS concerning the invention and progreſs of Printing, latine. II. p. 979 ſqq.

Sommerlattius (Jo. Frid.) in exercit. de eruditis ſingularis cujusdam libri amatoribus. II. p. 1171

Saulentnerus (*Mich.*) in oratione de ſucceſſione ſtudiorum per Germaniam, pag. 99. quæ exſtat in fine Partis II. Inſtitutionum dialecticarum ab illo editarum. Norimb. 1587

Spachius (Iſr.) in Epiſtola dedicatoria Nomenclatoris Scriptorum Philoſoph. II. p. 1194 ſq.

Spangenberg (*Cyriacus*) in *der Mansfeldiſchen Chronica*. I. p. 610 not.

Spanhemius (Frider.) in Hiſtoria Eccleſiaſtica. II. p. 1138 ſq.

Specklinus (Dan.) in Chronico MS. Argentoratenſi. II. p. 29 p. 264 p. 676

Spiegelius (Jac.) in Lexico Juris. II. p. 198 not. p. 261

- - in commentario in Stauroſtichon *Franc. Pici*. II. p. 260

- - in ſcholiis ad *Rich. Bartolini* Auſtriada. I. p. 318 p. 347. II. p. 285

Spizelius (*Theophilus*) de re literaria Sinenſium pag. 34 ſqq.

Spondanus (Henr.) in continuatione Annalium *Baronii*. I. p. 635 ſq. not.

- - in Epitome Annalium *Baronii*. I. p. 635 ſq.

STARCKE (*PET.*) vid. *Stohrius*.

STARKII

STARCKII (*SEBAST. GOTTFR.*) *kurtze hiſtoriſche Rede von der weltberühmten hochnützlichen Buchtrucker-Kunſt*, latine. I. p. 1014 ſqq.

STEPHANI (*HENR.*) Querimonia artis typographicæ & Epitaphia doctorum Typographorum. I. pag. 41 ſqq.

Stiefelius (Mich.) *in ſehr wunderbarlichen Zeit-Rechnung*. II. p. 1193

Stirii (Wolfgangi) carmen latinum. I. p. 990 ſq.

Stoa (Jo. Franc. Quintianus) vid. *Quintianus*.

STOHRII (*IO.*) diſſertatio de ortu Typographiæ, Reſp. *Petro Starcke* II. p. 456 ſqq.

Stow (*Joh.*) in *Survey of London*. pag. 404. ubi typographiam à *Guttenbergo* Moguntiæ an. 1459. inventam eſſe affirmat.

Strachanus (*Georg.*) in coronide Panegyr. Academiæ Aberdonienſis. II. p. 243 not.

Strada (Famianus) in Proluſionibus Academicis. I. p. 924

Strantzii (*Jo. Jac.*) *Urſprung, Wachsthum und Fortgang der vielbelobten und edlen Buchdrucker-Kunſt, da Hr.* Chriſtian Bittorff, *Buchdrucker, fünf von ſeinen Söhnen binnen anderthalb Jahren das gewöhnliche Poſtulat verſchenckete, in einem teutſchen Carmine mit Anmerckungen. Schleitz.* 1716. fol. pl. 2.

Struck (*Sam.*) vid. *Neuverfaſſtes Format Buch*.

Struvius (*Burchard Gothelf*) in introductione in notitiam rei literariæ cap. XI. de artis typographicæ inventione clariſque Typographis.

Stubritii (*Martini*) ad Senatum populumque Budiſſinenſem ſuper artis atque officinæ typographicæ inſtauratione epiſtola gratulatoria. Budiſſæ 1657. 4. pl. 2

Stumpfius (*Jo.*) in der *Schweitzer-Chronica.* I. pag. 610. not.

Sturmius (Wencesl.) in Chronico univerſali. I. p. 647 not.

Subſcriptiones Librorum primo excuſorum. I. p. 7 ſq not. p. 273 p. 284 ſqq. p. 482 ſqq. p. 686 ſqq. II. p. 325 ſqq. p. 878 ſqq.

Surenus. vid. *Zurenus.*

Sweertius (*Franc.*) in deſcriptione provinciarum Belgii, præfixa Athenis Belgicis. I. p. 616

Synodus Lateranenſis ultima. p. 279.

T

Taillepied (Natalis) in Antiquitatibus urbis Rhotomagenſis gallice editis. II. p. 192 not.

Telleri (Abrah.) carmen latinum. I. p. 949 ſq.

TENTZELII (*WILH. ERN.*) *Discurs von Erfindung der löblichen Buchdrucker-Kunſt in Teutſchland, bey Gelegenheit ihres anſcheinenden fünften Jubel-Jahrs, kurtz und gründlich entworfen*, latine. II. p. 644 ſqqq.

- - *Monatliche Unterredungen* an. 1689 pag. 93-95. an. 1692. pag. 682-699. an. 1693. pag. 663-680. an. 1695. pag. 159-165 & pag. 1012-1014. an. 1697. pag. 977-981. & an. 1698 pag. 662-668 de typographiæ inventione.

Terpageri (*Laur.*) Schedula hiſtorica de Typographiæ

phiæ natalibus in Dania, Reſp. *Jo. Friſio*. Hafniæ 1707. 4.

Thevetus (Andr.) in Hiſtoire des plus illuſtres & ſçavans hommes. I. p. 602

THIBOUST (*C. LUDOV.*) carmen latinum. II. p. 632 ſqq.

- - carmen gallicum. II. p. 1225 ſq.

Tholoſas ſ. *Toloſanus* (*Pet. Gregor.*) de Republica. II. p. 13

Thuanus (Jac. Aug.) in Hiſtoria ſui temporis. II. pag. 49

Thun (*Jo. Nic.*) *Neu verbeſſertes auf der löblichen Kunſt der Buchdruckerey nützlich zu gebrauchendes Format Buch, worin nicht allein alle und jede bisher übliche Formate, ſondern auch viele andere richtig verzeichnet; deme beygefüget ſind etliche Orientaliſche Alphabete* &c. &c. *nebſt dem gebrauchlichen Depoſitions-Büchlein; mit einer Vorrede vom Urſprung der Buchſtaben, Sprachen* &c. *inſonderheit von Erfindung der Buchdrucker-Kunſt von* I. N. F. *Lübeck* und *Leipzig* 1724. 8. Hic liber cum *Struckii Neuverfaſſeten Format-Buche* prorſus convenire videtur.

Tileni (Ge.) carmen latinum. I. p. 996 ſqq.

Timaretes (*Phileleutherus*) in collectione monumentorum Belgii fœderati pag. 37 ſqq. de Harlemenſium Typographia.

TOLANDI (*JO.*) Conjectura veroſimilis de prima Typographiæ inventione. II. p. 904 ſqq.

Törnerus (*Fabianus*) vid. *Alnander*.

Trigaultius (Nicol.) de Chriſtiana expeditione ad

Sinas

Sinus ſuſcepta. I. p. 496 p. 577 p. 627. II. p. 13 p. 415 ſq. p. 608
TRITHEMIUS (*JO.*) in Annalibus Hirsaugienſibus. II. p. 654 ſq.
- - in Chronico Spanheimenſi. I. p. 311
- - in Epiſtolis. I. p. 264
- - in exhortationibus. I. p. 264 p. 586
- - de ſeptem intelligentiis. II. p. 395
TSCHERNINGII (*ANDR.*) epiſtola lat. ad *Aug. Buchnerum*. I. p. 1000 ſqq.
- - *Lob der Buchdruckerey in teutſchen Verſen, Breslau* 1640. 4. pl. 2 & in ej. *Deutſcher Gedichte Frühling* ib. 1642 8. p. 131-148
- - carmen germanicum II. p. 778 ſq. Exſtat etiam in *Ge. Baumanni* Carminibus ſecularibus, & in fine der *wohleingerichteten Buchdruckerey*.
Tüllneri (A.) carmen latinum. I. p. 956
Turſelinus (Horat.) in epitome Hiſtoriarum I. pag. 639
Twynus (Brianus) in Apologia pro antiquitate Academiæ Oxonienſis II. p. 402
Tyrii (Guil.) carmen Sapphicum II. p. 1198 ſqq.

V

Vallæ (Laur.) verſus 4. latini I. p. 98 p. 510
Verdier (Anton.) in *diverſes leçons* II. p. 1029
- - in *Proſopographie* I. p. 518
Vergilius (Polydorus) de inventoribus rerum I. pag. 241 ſq. not. pag. 312 pag. 598

Vergleichung des menſchlichen Lebens mit der edlen Buchdruckerey, carmen germanicum, quod exſtat in fine der *wohleingerichteten Buchdruckerey.*

Vergnügung müſſiger Stunden im VI. Theile pag. 15 ſqq. de inventione & præſtantia artis typographicæ.

Vernulæus (Nicol.) in Diſſ. de peregrinatione I. p. 898 not. II. p. 471 not.

Verronius (Sebaſt.) in Chronico Eccleſiæ & Monarchiarum I. p. 647 not.

Verſus latini in fine Catholici cujusdam I. p. 514 ſq. II. p. 397

- - in fronte elegantiarum *Valla* II. p. 265

- - apud Bergomenſem & Trithemium I. p. 309 II. p. 655

VESTERI (CHRIST.) *Löbliche Buchdrucker-Kunſt nach dero urſprünglichen Erfindung, eigentlicher Zubereitung, vielfältiger Nutzung, dem der Buchdruckerey hochbeförderlichen Leſer zu unterdienſtlicher AufWartung zu Halle zuſammengetragen durch einen Kuſt-Buchdruckerey Verwandten.* Halle in 4. pl. 1. latine II. p. 495 ſqq.

Victorius Reatinus (Marianus) in notis ad S. *Hieronymi* epiſtolam ad *Gerontiam* I. p. 700

Victor (Joh. Lud.) vid. *Redinger (Jac.)*

Vignerius (Nicol.) in Bibliotheque hiſtoriale I. p. 517 II. p. 1088

Vitellius (Regnerus) in notis ad *Guicciardini* deſcriptionem Belgii I. p. 244 not.

Vola-

Volaterranus (Raph.) in Commentariorum Urbanorum libris, I. pag. 206 pag. 275 pag. 359 pag. 512

Voſſius (*Iſaacus*) in variarum obſervationum libro cap. 14. pag. 81 ubi Sinenſium typographiam noſtra multo antiquiorem & præſtantiorem eſſe contendit.

URSTISIUS (CHRIST.) in epitome Hiſtoriæ Baſilcenſis I. p. 352 ſqq. not.

Uthenovii (Car.) carmen græcum II. pag. 935 ſq. pag. 1197

Vulſon de la Colombiere (Marcus) in Science heroique II. p. 1089 ſq.

W

Wagenſeilius (Joh. Chriſtoph.) in Pera librorum Iuven. II. p. 1141 ſq.

Wahlii (Andr.) carmen latinum II. p. 825

WALCHIUS (JOH.) in Decade Fabularum I. pag. 177 ſqq.

Walliſii (*Joh.*) *Account of Printing in Oxfort* exſtat in Rob. Hook's *philoſophical experiments and obſervations* pag. 217 ſqq. Lond. An. 1726 in 8

Wanckewius (*Marcellus*) in epiſtola ad *Berggra*. II. pag. 1048

WANLEJUS (HUMFREDUS) vid. *Bagfordius*.

Wahrhaftige Hiſtoria von Erfindung der Buchdruckerey-Kunſt ex Manuſcriptis Philippi Ludov.

 Authæi

Authæi, *typis* Blaſii Ilsneri 1681 pl. I. Exſtat in *Achillis Auguſti von Lerſner* Chronica der Stadt Franckfurt am Mayn Lib. I. cap. 28 pag. 435 ſq. & convenit proſus cum *Relatione*, quæ reperitur Part. I. noſtræ Collectionis pag. 452 ſqq.

Warmund (Gottlieb) im *Geldmangel in Teutſchland und deſſelben gründlichen Urſachen*. II. pag. 1105 ſq.

Watſoni (*Jac.*)) *Hiſtory of the art of Printing, containing an account of its invention and progreß in Europe with the names of the famous Printers, the places of their birth and the worcks printed by hem, and a preface by the Publiſher to the Printers in Scotland.* Edinburgh 1713 8. In hiſtoria iſta obſervationes *Chevillerii* de origine typographiæ & claris typographis in compendio exhibentur.

Webb (*Joh*) in *Antiqnity of China, or an hiſtorical eſſay endeavoring a probability, that the language of the empire of Chine is the primitive language* pag. 110 ſq. de Sinenſium typographia.

Weberi (Ananiæ) carmen latinum I. pag. 939

- - (Jeremiæ) carmen latinum I. pag. 968 ſq.

Weberus (Immanuel) in diſſertatione, Reſp. *Jo. Theophilo Hagenbruch*, I. pag. 9. ſq.

Weigelius (*Chriſtoph*) in *Abbildung der gemeinnützlichen Hauptſtände* Sect. X. num. 3. pag. 249 ſqq. de typographiæ inventione, apparatu, exercitio & utilitate.

WEISSII (IO. NIC.) Programma ad funus *Magni Dan. Meyeri* II. pag. 1184 ſqq.

Wernsdorfius (*Gottlieb*) in diſſert. de primordiis emendatæ per Lutherum religionis, Reſp. *Jo. Chriſtiano Erneſti*, theſ. V. §. 2. ſqq. pag. 40 ſqq. de artis typograhicæ inventione.

Werthern (*Joh. David*) *Wahrhaftige Nachrichten der ſo alt als berühmten Buchdrucker-Kunſt, in welchen vom Urſprung und Fortgang der Buchdruckereyen von* 1440 *an bis jetzo* 1721 *und den darin eingeführten Gebräuchen auch eingeſchlichenen Mißbräuchen und Unordnungen gehandelt wird.* Franckfurth, 1721 4

Wiederholte Buchdrucker Jubel-Freude II. pag. 1081 ſq.

Wimphelingius (Jac.) in Catalogo epiſcoporum Argentinenſium I. pag. 174 pag. 185 not.

- - in *epitome* rerum Germanicarum I. pag. 173 ſq. pag. 197 not. pag. 307 pag. 586 ſqq. II. pag. 259

- - in Gravaminibus contra Romanam Curiam II. pag. 291

- - epigramma in *Joh. Genſfleiſch* II. pag. 33

Windsbergii (Erhardi) epigramma epiſtolis *Cratetis* præfixum II. p. 255

Wuzſchens (*Joh. Chriſtian*) *Brauch und Mißbrauch der edlen Buchdrucker-Kunſt, als Herr* Joh. Georg Witzſch *dieſer löblichen Kunſt bißher befliſſener den* 25 *May* Anno 1722 *bey Verſchenckung*

Verſchenkung ſeines Poſtulats in die Zahl rechtſchaffener Kunſt-Verwandten in Altenburg *aufgenommen wurde.* carmen germanicum cum notis latinis pl. 1 fol.

Wohleingerichtete Buchdruckerey mit 118 *Teutſch-Lateiniſch-Griechiſch und Hebræiſchen Schriften, vieler fremden Sprachen Alphabeten, muſicaliſchen Noten, Calender-Zeichen und mediciniſchen Characteren, ingleichen allen üblichen Formaten beſtellet (durch* Joh. Henr. Gottfried Erneſti) *und mit accurater Abbildung der Erfinder der löblichen* Kunſt *nebſt einer ſummariſchen Nachricht von den* Buchdruckern *in Nürnberg ausgezieret* (*von* Erhard Reuſchen) *Am Ende iſt das gebräuchliche Depoſitions*-Büchlein *angefüget ſamt etlichen teutſchen Gedichten.* Nürnberg 1721 in 4. & 1733 in 4. conf. *Nützliche Arbeiten der Gelehrten im Reich.* Part. 3. pag. 236 ſqq.

Wolfius (*Joh.*) in Lectionibus memorabilibus l. pag. 647 not.

Woodus (Anton.) in Hiſtoria & antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis ll. p. 1111 ſq.

Wotton (Wilh.) in *Reflections upon ancient and modern learning* ll. pag. 1149. ſq.

Wurfbain (Leonh.) in Relationibus Hiſtoricis, germanice editis ll. pag. 1068

Xylander

X

Xylander (*Guilh.*) in notis ad *Sleidanum* de IV. Summis Imperiis I. pag. 610 not.

Z

Zahnius (*Joh.*) in præfatione Oculi artificialis teledioptrici, de Artis typographicæ præſtantia.

Zamoſcius (Stephanus) in Analectis Daciæ Antiquitatum II. pag. 1033 ſq.

Zeillerus (*Martin*) in der *Epiſtoliſchen Schatzkammer beſtehend von* 700 *Sendſchreiben*, ed. 2. cura *Zacharia Hermanni* Ulm 1683 fol. epiſt. 121 pag. 134 ſqq. & epiſt. 602 pag. 717 a. de Sinenſium typographia, epiſt. 236 pag. 267 de typographiæ utilitate; epiſtola 237 pag. 268 de ejus abuſu; epiſt. 238 pag. 269 ſq. & epiſt. 509 pag. 590 de ejus inventione.

- - in Itinerario Germaniæ Nov-antiquæ germanice edito cap. 14 pag. 314 ſq. atque cap. 20 pag. 446 & in Continuatione hujus Itinerarii pag. 166 ſq. & pag. 244 ſq. de typographiæ inventione.

Zeltnerus (*Joh. Conr.*) in Centuria Correctorum eruditorum pag. 1 ſqq. de artis typographicæ

graphicæ inventione, utilitate, propagatione & abuſu.

von Ziegler und Kliphauſen (*Henr. Anshelmus*) im *hiſtoriſchen Labyrinth der Zeit* num. XVIII. pag. 34 ſqq. de typographiæ inventione.

Zieglerus (Hieron.) in illuſtrium Germaniæ virorum catalogo I. pag. 339 II. pag. 394

ZURENUS ſ. SURENUS (JOH.) in dialogo de prima artis typographicæ inventione I. pag. 246 ſqq. pag. 653

Zweyhundert-jähriger Zeit denckwürdiges Ehren-Lob der Buchdruckerey &c. II. pag. 1075 ſq.

Zwingerus (Theod.) in Theatro Vitæ humanæ I. pag. 339 pag. 577 pag. 596

Zwingeri Theatri Epitome Pariſ. II. pag. 740 ſq.

CON-

CONSPECTUS
SUMMORUM CAPITUM
HUJUS COLLECTIONIS.

Artis Typographicæ adumbrationes & ſimulacra fuerunt

Ageſilai factum. I. pag. 335 not. II. p. 193 pag. 1184

annulus ſignatorius. I. p. 17 p. 182 ſq. not. pag. 900 p. 972 p. 1017. II. p. 936 p. 1184

Auſonii locus. II. p. 936

Boëthii locus. II. p. 936

Caroli M. leges & rhythmi. II. p. 596

chartularum luſoriarum confectio. I. p. 421. II. p. 981 p. 997

Ciceronis locus. II. p. 905 ſqq. p. 1094 p. 1185

cuprearum laminarum inciſio. I. p. 180 not.

Donatus Hollandiæ. I. p. 207 p. 670 p. 898

kalendaria Danorum *Rimſtocke* appellata. I. pag. 423

opera muſiva ſ. teſſelata veterum. I. p. 1055

picturæ veterum. II. p. 1009

ſculptura. I. p. 85 p. 103 p. 179 ſq. not.

prælodia nonnulla typographiæ per tabulas ligneas & typos mobiles ex ligno ſculptos deſcribit *Schwartz* in *Nützlichen Arbeiten der Gelehrten im Reiche*, Part. VI. pag. 469 ſqq.

Artem typographicam inventam eſſe

Argentorati affirmant Antiquitates Britannicæ. I. p. 646 not. *Aufgegangene Briefe*, Tom. I. pag. 314 Beckerus I. pag. 461. Berneggerus, III. pag. 56. Betulius, II. pag. 1155. Bibliander, II. pag. 299 pag. 1022 pag. 1026. Bockenhoffer, II. p. 972. Bœclerus, II. p. 169. Cognatus, II. p. 291 p. 375. Cruſius, I. p. 332 p. 333 not. Danhauerus, II. p. 411. Dreſſerus, I. p. 310. *Edler Greif*, p. 116. Faber, II. p. 1020. Fekno, II. p. 871. *Gaulterus*, I. p. 310. *Gelehrter Criticus*, Tom. I. p. 98. Genebrardus, I. p. 267 not. p. 310. Glaſerus, II. p. 192. Gordonius, I. p. 310. Gutnerus, II. p. 411. Hertzog, II. p. 31 p. 32. Jacobus à S. Carolo, II. p. 1090. *Langius* (*Joach.*) Sect. 2. cap. 2 p. 154. Lilienthal, II. p. 1159. Maierus (Mich.) I. p. 195 not. Matheſius, II. p. 1116 Meibomius, II. p. 1114. Meierus (Jac.) II. p. 575. Mentelius, II. p. 195 ſqq. Mollerus, II. p. 610. Müntzerus, II. p. 31. Naudæus, I. p. 513 p. 518. Normannus, II. p. 573 ſq. Pater, II. p. 717. Pincierus, II. pag. 270 not. *Sardus*, I. p. 906. *Schilterus*, p. 441 ſqq. Schmidius, II. p. 61 p. 67 ſq. Schönbornerus, I. p. 463. Schragius, II. p. 4 p. 28. Serarius, II. pag. 36. Spachius, II. p. 1194. Specklinus, II. p. 676. Spiegelius, I. p. 347. II. p. 262 p. 285. Spondanus, I. p. 636. Stohrius, II. p. 482. Tentzel, II. p. 692 ſq. Vulſon de Colombiere, II. pag. 1089. Wagenſeil, II. p. 1142. *Wernsdorfius*, §. 5. pag. 42. *Werther*, §. 2. p. 2. Wimphelingius, I. p. 173. p.

197 not. p. 586. II. p. 291. Windsberg, II. p. 255 *Zeillerus* ep. 238 p. 269 b. *Ziegler* num. 18 pag. 35 & pag. 36

- - - negant *Maittaire Tom.* I. p. 6. Mallincrot, I. p. 691. *Palmer* cap. 7. p. 63. ſq. Scriverius, I. p. 325. ſqq. Sommerlattius, II. p. 1171

Auguſta Vindelicorum, Cognatus, I. p. 341. p. 350. p. 692. II. p. 311. not. p. 482

Baſilea, nonnulli, *Leipzig. Hiſtor. Lexicon* in *Buchdruckerey*.

à Belgis, affirmant *Bartholinus* pag. 85. Grotius II. p. 1055. Scriverius I. p 217. ſqq. *Timaretes* pag. 37

- - negant *Klockius* lib. I. cap. 19. Mallincrot, I. p. 551. ſq. p. 582. ſq. *Tentzel Mon. Unterr.* an. 1689. p. 95. & an. 1692. p. 685

à *Cataïnis* ſeu *Cathaitanis* in India. *Busbequius*, I p. 897 Iovius, I. p. 268. not. *Nieuhof* Part. II. cap. 3. Zwingerus, I. p. 339. p. 577

Colonia Agrippina, nonnulli. I. p. 457

Dordraci, *Scaligerana* p. 128

à *Gallis*, Campanus, I. p. 259. p. 316. not. p. 345. p. 365. p. 578. II. p. 20. ſq. Omnibonus. I. p. 409. p. 699. II. p. 21

à *Germanis*, Adami, I. p. 321. Andreas (*Jo.*) II. p. 252. *Aufgef. Briefe* T. I. p. 313. Balbinus, II. p. 1217. Barclajus, II. p. 402. Bebelius, II. p. 511. Bergellanus, I. p. 15. Beroaldus, I. p. 173. Beſoldus, I. p. 188. Beyerlinck, I. p. 617. Boterus, I. p. 600. Brantius, II. p. 27. Calcagninus, I. p. 897. Chronicon

nicon Colonienſe, II. p. 27. Cognatus, I. p. 341, not. Colerus, I. p. 994. Duportus, II. p. 1217. Egnatius, I. p. 596. II. p. 739. Ferrarius, II. p. 745. p. 1018. Ficinus, II. p. 1018. Forcatulus II. p. 1019. Gagvinus, I. p. 510. *Gallois* p. 191. *Gelebrter Criticus* Tom. I. p. 85. Grapaldus, I. p. 511. Heuterus, I. p. 633. not. Inſulanus, I. p. 1097. Iovius, I. p. 600. II. p. 739. Iuſtinianus, II. p. 1105. Klockius, II. pag. 747. *Kundman*, p. 706. Langius, (Paul.) I. pag. 512. *Magnus* apud *Tentzelium*, *Maichelius* p. 69. Major, I. p. 978. Majus, I. p. 388. p. 511. II. p. 369. p. 402. Matthæus Lunenſis, I. p. 512. Montanus, II. p. 230. not. *Morhofius*, Tom. I. lib. 4. cap. 2. §. 6. Mylæus, I. p. 796. p. 898. Nauclerus, II. pag. 27. Niger, II. p. 1018. Noviomagus, II. p. 230. not. Palearius, II. p. 1020. *Paſchius*, p. 791. Perottus, I. p. 511. Peutingerus, I. p. 266. Politianus, I. p. 511. Sabellicus, II. p. 27. Sanftleben, I. p. 986. Scaliger, (Iul. Cæſ.) I. pag. 897. Schragius, II. pag. 26. ſq. Spanhemius, II. p. 1139. Spigelius, II. p. 27. Stirius, I. p. 991. Thevetus, I. p. 602. Tſcherningius, II. p. 778. ſq. Turſelinus, I. p. 639. Valla, I. p. 510. Vernulæus, I. p. 898. not. *Vergnügung Müſſiger Stunden* Part. VI. pag. 15. Walchius, I. p. 187. not. *Zeltnerus*, p. 4. Zwingeri theatri epitome, II. pag. 740.

Gouda, Braunius, II. p. 483.

Harlemi, affirmant Accurſius I. p. 441. Barlæus, I. p. 628. Barthius, I. p. 277. not. *Bartholinus diſſ.* 4. p. 85. ſq. Bertius, I. p. 193. not. p. 257. Boxhornius, I. p. 537. ſqq. p. 820. ſqq. p. 866. ſqq. Braunius, I. p.

681. Bremen, I. p. 931. ſqq. Chronicon Colonienſe, I. p. 441. *Codex* MS. apud Maittaire Tom. I. p. 29. Comes, I. p. 313. Coornhertius, I. p. 238. ſq. Elliſius, II. p. 978. Emmius, I. p. 442. Eytzingerus, II. p. 407. *Foreſtus*. Grotius, II. p. 1055. Gvicciardinus, I. p. 240. *Hegenitius*, p. 44. ſq. *de Iudæis*, I. p. 441. Iunius, I. p. 232. ſqq. Kappelier, II. p. 1229. Lanſius, I. p. 618. Lomeier, II. p. 1122. *Mutterannus*, fol. 135. a. Miræus, I. p. 342. Montanus, I. p. 442. p. 617. Obſervationes, II. p. 979. Paſival, II. p. 1134. Petitæus, I. p. 314. not. Pontanus, (Jo. Iſaacius) I p. 632. Quadus, I. p. 442. p. 616. *Rewen* Part. II. cap. 20. p. 558. Romanus, I. p. 442. p. 615. Roſweydus, I. p. 442. *de Sallengre*, Tom. I. p. 397 ſq. Scaliger (Juſt. Joſ.) I. p. 843. *Scaligerana*, p. 206. *Schrevelius*, p. 271. Scriverius, I. p. 217. ſqq. p. 398. ſqq. pag 620. II. pag. 1210. Sweertius, I. p. 616. *Timaretes*, p. 37. Vitellius, I. p. 244. not. Zurenus, I. p. 247. ſqq.

- - - negant Boeclerus II. p. 172. Cerycius, I. pag. 957. *Chevillier* Part. III. cap. 3. pag. 283. ſq. *Gelehrter Criticus* Tom. I. p. 93. Gveintzius, I. p. 1044. *Hager* §. 9. p. 23. ſqq. *Kramerus*, p. 82. ſqq. *Kleckius* lib. I. cap. 19. Maierus, I. p. 192. ſqq. not. *Maittaire* Tom. I. p. 6. Mallincrotius, I. p. 581. ſq. p. 648. ſqq. II. p. 1073. Mentelius, II. pag. 194. pag. 227. ſqq. pag 263. Naudæus, I. p. 503. ſqq. Oudinus, II. p. 874. ſqq. *Palmer* p. 3. ſq. p. 7. & p. 37. *Paſchius* cap. 7. §. 66. p. 785 Rivinus, I. p. 899. ſqq. Salmuthus, I. p. 640. Schragius, II. p. 22. ſqq. Serarius, I. p. 262. p. 269. ſq. Schroedterus,

II.

II. p. 625. Starckius, I. pag. 1022. Tentzelius, II. p. 695. ſq.

ab *Italis*, Cognatus, I. pag. 341. not. pag. 575. Lætus, I. pag. 259. pag. 266. p. 315. not. p. 494. p. 575. II. p. 19. Matthæus Lunenſis, I. pag. 494.

Moguntia, affirmant Althamerus, I. pag. 265. Angelocrator I. pag. 311. Apianus, I. pag. 266 pag. 593. Aventinus, I. pag. 330. B*aker* pag. 212. Barlandus, II. pag. 231 not. Becherus (Joh. Joach.) II. pag. 1136 Bergellanus, I. pag. 14. Bohemus, I. pag. 954. Braunius, I. pag. 268 pag. 617 Bulengerus, I. pag. 642 Buntingius, II. pag. 1196. Callidius, I. pag. 340 pag. 652. Calviſius, I. pag. 310. pag. 347. Carion I. pag. 339. Caſſorius, I. pag. 608. Celtes, I. pag. 268. pag. 344. pag. 516 pag. 590 ſq. Chaſſanæus, I. pag. 602. *Chevillier* p. 3. Chronicon Colonienſe, I. pag. 409. pag. 624. Chronicon Mogunt. MS. I. p. 274. Chronicon Norimb. MS. I. p. 465. Chytræus, II. p. 250 not. Cognatus, II. p. 375. Cramerus, I. p. 952. Cruſius, I. p. 336. Eraſm. Roterod. I. p. 264. Faber, II. p. 1020. Fabricius (Ge.) I. pag. 340. Forcatulus, II. pag. 1019 Franck, II. pag. 32. Frey, II. pag. 191 not. Friſchlinus, I. pag. 608. II. pag. 278 Funccius, I. pag. 595. Gaſſarus, II. pag. 1016. Genebrardus, I. pag. 267. Gilles, II. pag. 395. Goldaſtus, II. p. 1020 not. Gueintz, I. pag. 1043. Guilandinus, II. pag. 1026. H*ager* §. 12. pag. 42 ſq. Heidfeldius, I pag. 645. Helvicus, I. pag. 639. Henelius, I. pag. 971. *Heumannus* cap. 3. §. 23.

Irenicus

Irenicus, I. pag. 597. Kircherus, II. pag. 1093. Kleinwechterus, I. pag. 988. *Kramerus* pag. 59. Langius (Paul) I. pag. 319. Lanſius, II. pag. 1059. Latomus, I. pag. 460. *Leſſerus* cap. I. pag. 28. *Laſcherus* pag. 137. *Magnus* in *Tentzelii Monathl. Unterred.* 1692 pag. 683. *Maichelius* cap. 4 pag. 71 *Maittaire* Tom. I. pag. 7 ſq. & pag. 4. edit. 2. Mallincrotius, I. pag. 683 ſqq. II. pag. 1073. *Marchand* pag. 4. ſq. Maſſæus, I. pag. 332. Mendoza, II. pag. 12. Meſſias, II. pag. 1028. Middendorpius, I. pag. 615. *Molinetus*, Mollerus, I. pag. 607. Munſterus, I. pag. 337 pag. 460. Mutius, I. pag. 330. Natolinus, II. pag. 911. Nauclerus, I. p. 329. Nigrinus, I. pag. 459. Opmærus, I. pag. 633. Oudinus, II. pag. 877. *Palmer* cap. 3 p. 8 ſqq. Palmerius (Matth.) I. p. 601. Pontanus (Jac.) II. p. 1087. Præfatio ad *Livium* germanice editum 1505. II. p. 655. Rivinus, I. p. 874. p. 880. p. 1034. Roccha, I. p. 298. Rolevinck, I. p. 327 p. 348. Rottendorf, I. p. 561. Sabellicus, I. p. 313. Sabinus, I. p. 607. Salmuthus, I. p. 639. II. p. 1098. *Scardeonius* p. 133. Schedelius, I. p. 328. *Schiphowerus* in *Meibomii* Tom. I. p. 171. Schottus, I. p. 619 Serarius, I. pag. 255 ſq. Starckius, I. pag. 1023. *Stow* pag. 404. *Struv* cap. 11 §. 6 pag. 911 ſqq. Subſcriptiones librorum antiquiſſimorum I. p. 7 ſq. not. p. 273 p. 284 ſqq. p. 482 ſqq. p. 686 ſqq. II. p. 327 ſqq. p. 878 ſq. Taillepied, II. p. 192 not. Thevetus, I. p. 602. Thibouſt, II. p. 642 Trithemius I. p. 264 p. 311 p. 586 II. p. 395 p. 655

p. 655. Verdier, II. p. 1029. Vergilius, I. p. 242 not. Urſtiſius, I. p. 352 not. Weber, I. p. 10. Zieglerus, I. p. 339.

- - - negant Boeclerus, II. pag. 172. Mentelius, II. pag. 323. Schragius, II. pag. 35. ſqq. Scriverius, I. pag. 282. ſqq.

Regiomonti, Ramus & Zwingerus, II. pag. 323.

Romæ, Volaterranus, I. pag. 206. pag. 268. not. pag. 512.

Ruſſenburgi, Irenicus, I. pag. 315. not. pag. 345. pag. 598.

à *Scythis*, Zamoſcius, II. pag. 470. pag 1033.

à *Sinenſibus*, affirmant de Acoſta, II. pag. 278. pag. 280. *Antonius*, II. pag. 1172. *Arnold* Part. I. pag. 392. b. *Barrus*, I. p. 576. not. *Bayerus*, Tom I. pag. 80. ſq. *Boterus*, II. pag. 414. pag. 462. *Bouhours*, *Bulſingerus* in append. §. 26. *Chevigny* Part. I. append. *Completus* pag. 65. *Franciſci* lib. IV.. Guicciardinus, I. pag. 244. not. Guillandinus, II. pag. 1027. *Halde* Tom. II. pag. 299. ſq. ab Horto, I. pag. 188. II. pag. 12. Hugo, I. pag. 626. Iovius, I. pag. 188. pag. 896. II. pag. 14. pag 271. Kircherus, II. pag. 1093. Linſchotanus, I. pag. 188. pag. 323. II. pag. 13. Maffejus, I. pag. 187. II. pag. 12. pag. 14. pag. 413. pag. 1064. Mendoza. I. pag. 188. II. pag. 12. pag. 35. Mercator, II. pag. 462. Mercure galant, II. p. 1117. ſqq. *Metellus*, II. p. 13. *Mullerus*, II. pag. 1143. Oſorius, I. pag. 258. ſq. pag. 938. not. *Palmer* cap. 2. pag. 5. *Paludanus*, I. pag. 896. Pancirollus, I. pag. 187. pag. 463. ſq. *Panſa* pag. 15. Parival, II. pag. 1134. Roccha, I.

pag. 297. Rogerius, I. pag. 297. *Spizelius*, pag. 34. ſq. *Tholoſas*, II. pag. 13. Trigaultius, I. pag. 577. *Voſſius* cap. 14. pag. 81. *Wanckemius*, II. pag. 1048. *Webb* pag. 110. ſq.

- - negant Bagford, II. pag. 995. Beſoldus, I. pag. 183. ſqq. Bockenhofferus, II. pag. 968. *Bödikerus*, *Bullartius* Tom. II. pag. 245. Cerycius, I. pag. 957. *Gelehrter Criticus* Tom. I. pag. 87. *Hottingerus* pag. 47. ſq. *Kramerus* pag. 90. ſqq. Maierus, I. pag. 198. ſq. not. Mentelius, II. pag. 195. ſq. not. pag. 269. ſqq. Natolinus II. pag. 912. Naudæus, I. pag. 496. ſq. *Nautonnier*, II. pag. 195. *Orlandus* pag. 8. *Pincierus* lib. III. cap. 27. pag. 412. Relatio, I. pag. 458. Salmuthus, II. pag. 1099. ſq. *Tentzelius Monatl. Unterred.* an. 1695. pag. 160. & an. 1697. pag. 979. ſq. Thevetus, I. p. 603. ſq. Walchius, I. pag. 184. ſq. not. pag. 187. not.

in *Tanguth*, regione *Cataja*, Cluverus, II. p. 193. not. Maginus, I. pag. 579. not. *Montanus* pag. 183.

a *Themiſtaneis*, Genebrardus, I. pag. 259. Thevetus, I. p. 577. pag. 604. II. pag. 463.

Locum, ubi inventa fuerit Typographia, incertum eſſe

Statuunt *Bullartius* Tom. II. pag. 242. Hartus I. pag. 628. Heurerus, I. pag. 633 not. Hugo, I. pag. 627. Middendorpius, I. pag. 612 ſq. Pontanus, I. pag. 630

Typographiam inventam eſſe

An. 811 tradit Licimander, II. p. 596

An. 1411 *Bartholinus pag.* 85

An. 1420 Boxhornius, I. p. 537 p. 695

An. 1428 vel 1430. Scriverius, I. pag. 402 ſq. pag. 695

An. 1430 Inſcriptio, I. pag. 694 II. pag. 978. Obſervationes, II. p. 979

An. 1440 Althamerus, I. p. 265. Angelocrator, I. p. 311 *Arnold* Part. I. p. 392 b. Beckerus, I. p. 461. Bitſchius, I. p. 315 not. Boeclerus, II. p. 169. Bucholcerus, I. p. 635. Bulengerus, I. p. 642. Buntingius II. p. 1196. Cæſius p. 4. Calviſius, I. p. 347. Chronicon MS. Argent. II. p. 28. Chronicon Colon. I. p. 409. Chytræus, II. p. 250 not. Cognatus, II. p. 375. *Edler Greif.* p. 116. Fekno, II. p. 869. Franck, II. p. 32. Fulgoſus, I. p. 309. II. p. 20. Funccius, I. p. 595. Gaſſarus, II. p. 1016. Genebrardus, I. p. 267 not. p. 310. Gueintzius, I. pag. 1043. Gutnerus, II. pag. 410. Haræus, I. pag. 628. Hegenitius, I. p. 506 not. Helvicus, I. p. 639. Hertzog, II. p. 31. Heuterus, I. p. 633 not. Irenicus, I. p. 597. Iudex, I. p. 85. Kleinſorgius, II. p. 491. *Kramerus* p. 59. Krauſius, II. p. 702. Latomus, I. p. 460. Leſſerus cap. I. p. 39 ſqq. Maierus, I. p. 195 not. *Maittaire* Tom. I. p. 4 & p. 1 ſq. ed. 2. Matheſius, II. p. 1116. Meibomius, II. p. 1114. Meierus, II. p. 575. Mentelius, II. p. 331. Middendorpius,

I.

I. p. 615. Miræus, I. p. 340. Mollerus, II. p. 610. Munſterus, I. p. 460. Muntzerus, II. p. 31. Nauclerus, I. p. 329. Nicolſius, II. p. 1218 not. Nigrinus, I. p. 459. Normannus, II. p. 578. Opmerus, I. p. 634. *Orlandus* p. 6. *Palmer* p. 68. Palmerius, I. p. 601. Pancirollus, I. p. 463. Pantaleon, I. p. 334 not. Pater, II. p. 717. Petavius, I. p. 646 not. *Pincierus* lib. III. cap. 27 p. 409. Pontanus (Jac.) II. p. 1087. Pontanus (Joh. Iſ.) I. p. 632 not. Pontier, II. p. 1132. Regkman, I. p. 454 not. Rivinus, I. p. 880 p. 1037. Salmuthus, II. p. 1098. Schedelius, I. p. 328. Schmid, II. p. 67. Schönbornerus, I. p. 463 Schragius, II. p. 25 Spachius, II. p. 1194 Spangenberg, I. p. 459 Specklinus, II. p. 676 Spondanus, I. p. 635 Starckius, I. p. 1026 Stohrius, II. pag. 491 *Struvius*, cap. 11. p 929 Tentzelius, II. p. 657 Turſelinus, I. pag. 639 Urſtiſius, I. pag. 352 Weberus, I. pag. 10 *Werther* §. 2. pag. 2 Wimphelingius, I. pag. 173 p. 586 *Zeilnerus* p. 2

An. 1442 Alſtedius, I. p. 629. de Colle, I. p. 694 Jacobus à S. Carolo, II. p. 1090 Mentelius, II. p. 195 p. 236 Natolinus, II. p. 911 *Panſa* p. 13 Roccha, I. p. 297 p. 298 Spiegelius, II. p. 262 p. 285 Thevetus, I. p. 602 Verderius, II. p. 1029 Vergilius, I. p. 242 not. Walchius, I. p. 179 not.

An. 1444 Spiegelius, I. p. 318 p. 347

An. 1445 Tolandus, II. p. 905

An. 1446 Cruſius, I. p. 333 not. Hedio, I. p. 595 p. 694 Stumpſius, I. p. 694

An. 1447 Bertius, II. p. 23 Gebwilerus, II. p. 25 p. 268 Junius II. p. 22

An. 1448 *Scaligerana* p. 207

An. 1450 Adami, I. p. 320 Aventinus, I. p. 330 Bergellanus, I. p. 330 Breviarium, II. p. 966 *Caille* p. 10 Catherinot, II. p. 935 Chronicon MS. Norimb. I. p. 465 Cluverus, II. p. 489 Cruſius, I. p. 336 Fabricius, I. p. 340 Gaſſarus, I. pag. 485 Hedio II. pag. 41 Hertzog, II. p. 32 Iudex, I. p. 97 Rolevinck, I. p. 327 *Saubertus* p. 61 Schöffer I. p. 273 II. p. 655 p. 1152 Tentzelius, II. p. 653 ſqq. Trithemius, I. p. 311 II. p. 395 Zieglerus, I. p. 339 Zwingerus, I. p. 339

An. 1452. Platina, I. pag. 387.

An. 1453. Apianus, I. pag. 266. pag. 593. pag. 694. Braunius, I. p. 268. Comes, I. pag. 314 Genebrardus, I. pag. 267. Langius, II. pag. 1017. Trithemius, II. pag. 395.

An. 1454. Callidius, I. pag. 340. p. 694 Langius, I. pag. 318. pag. 694.

An. 1455. Catherinot, II. pag. 935.

An. 1457. Boſſius, II. pag. 192. not. p. 268. not.

An. 1458. Bergomenſis, I. pag. 309. p. 694. Gilles, II. p. 395. Mendoza, II. p. 12. p. 35.

An.

An. 1459. Faber, II. pag. 1020. Naudæus, II. pag. 330. not. Stow, pag. 404. Woodus, II. pag. 1111.

An. 1460. Cruſius, I. p. 306. *Molinetus. Walliſius* apud *Harris* in lexici Technici Vol. II. in *Printing*.

An. 1464. Hegenitius, I. pag. 506. *Scardeonius* pag. 133.

An. 1465. Paſquier, I. pag. 1038.

An. 1466. Ramus, II. p. 490.

An. 1478. nonnulli. I. pag. 458.

Inventorem primum Typographiæ fuiſſe

Carolum M. affirmat Licimander, II. pag. 596.

Caſtaldum, Corno, II. pag. 1164.

Coſterum, affirmant Obſervationes, II. pag. 979. *Bartholinus diſſ.* 4. pag. 85. ſq. Bertius, I. p. 257. Boxhornius, I. pag. 537. pag. 821. ſqq. p. 866. ſqq. Brehmen, I. pag. 931. ſqq. Coornhertius, I. pag. 238. ſq. Ellifius, II. pag. 978. Grenaille, II. pag. 1132. Grotius, II. pag. 1055. Hegenitius, I. pag. 506. not. Iunius, I. pag. 232. ſqq. pag. 398. ſq. Kappelier, II. p. 1229. Laët, I. pag. 628. Lomeier, II. pag. 1122. *Meteranus fol.* 135. a. Miræus, I. pag. 342. Parival, II. pag. 1134. Petitæus, I. pag. 314. not. Pontanus, I. pag. 631. not. *Rawen* Part II. cap. 20. pag. 558. Saldenus, II. pag. 1141. Schrevelius, pag. 271. Scriverius, I. p. 217. ſqq.

pag. 398. ſq. pag. 620. Timaretes pag. 37. Vitellius, I. p. 244. not.

- - negant *Maittaire* Tom. I. pag. 6. Mentelius, II. pag. 229. not. pag. 263. pag. 294. not. Naudæus, I. pag. 503. ſqq. *Palmer pag.* 4. Pater, II. pag. 717. pag. 718. ſq. Rivinus, I. pag. 899. ſqq. Schragius, II. p. 22. ſqq. Starckius, I. pag. 1022. Stohrius, II. pag. 477. Tentzelius in *Monatlichen Unterr.* 1692. pag. 685. Walchius, I. p. 177. ſq. not.

Fauſtum, affirmant Accurſius, I. p. 299. Adami, I. p. 320. Althamerus, I. p. 265. not. Apianus, p. 266. p. 593. Aventinus, I. p. 330. *Authaeus*, apud Lersnerum lib. I. cap. 28. pag. 435. Brehmen, I. pag. 933. Bruin, I. pag. 268. Carbachius, II. p. 1191. Carion, I. p. 339. Cognatus, II. p. 375. Cramerus, I. p. 952. Cruſius, I. p. 336. Eraſmus Roterod. II. p. 1190. Fauſtus, II. p. 1085. Friſchlinus, I. p. 608. II. p. 278. Funccius, I. pag. 595. Gaſſarus, I. p. 485. II. p. 1016. Genebrardus, I. p. 267. Iudex, I. p. 85. p. 100. p. 102. *Klockius lib.* I, cap. 19. *Maeaus*, I. p. 517. Mallincrotius, I. pag. 662. pag. 682. p. 691. p. 706. ſq. II. p. 1073. Naudæus, II. p. 330. not. & in *Maſcurat pag.* 133. Nigrinus, I. p. 459. Opmerus, I. p. 633. p. 634. *Palmer*, pag. 8. ſqq. Pantaleon, I. pag. 334. not. *Paſchius pag.* 786. ſqq. Pasquier, I. p. 517. Platina, I. p. 387. Polus, II. p. 408. not. Preibiſius (Chriſtoph) I. p. 939. Preibiſius (Jo.) p. 956. Privilegium

Cæſareum *Livio* præfixum II. 332. Piitnerus, I. p. 963. Ramus, I. pag. 906. Relatio, I. pag. 456. p. 467. p. 482. Rivinus, I. p. 873. p. 877. p. 908. Salmuthus, I. p. 697. p. 702. not. *Sanbertus*, pag. 61. & p. 110. Schoefferus, I. p. 273. Schultzius, I. pag. 990. *Senleutnerus*, Starckius I. pag. 1024. Stumpſius, I. p. 697. Subſcriptiones librorum, I. p. 284. ſqq. Tſcherning, II. p. 778. Weber (Jer.) I. p. 968. Weber (Imman.) I. p. 10.

Fratris duos (Conr. Schweynheim & Arnold Panuartz) Balbinus, II. p. 1217. Fulvius, II. p. 1192. Volaterranus, I. p. 206. p. 275. p. 359. p. 512.

Gensfleiſchium, Franck, I. pag. 401. II pag. 32. p. 299. Reglman, I. p. 454. not. Wimphelingius, I. p. 174. p. 185. not. p. 595.

Grefmundum, Victorius I. p. 700. II. p. 476

Guttenbergium affirmant *Adami in einem teutſchen Gedichte.* Alſtedius, I. p. 629. Angelocrator, I. p. 311. *Baker*, p. 212. Beckerus, I. p. 461. Bergellanus, I. p. 16. p. 27. Betulius, II. p. 1155. Beyerlinck, I. p. 617. Bibliander, I. p. 518. II. p. 1022. p. 1024. p 1025. p. 1026. *Bödickerus in einem teutſchen Gedichte*, Böhmerus *in der abgeſonderten Bibliothec Part.* VIII. p. 666. Boſſius, II. p. 192. not. p. 268. not. Brodæus, II. p. 394. *Bruſchius*, I. pag. 516. Bucholcerus, I. pag. 635. Bulengerus, I. 642. *Cæſius pag.* 6. & pag. 14.

Caille pag. 8. Calviſius, I. p. 310. p. 547. Carolides, I. p. 999. Catherinot, II. p. 935. Cerycius, I. p. 957. *Chaſſanaus,* I. p. 602. *Chevillier pag.* 4. Chronicon Colonienſe, I p. 410. p. 624. II. p. 35. Chronicon Mogunt. I. 274. Chronicon Norimb. I. p. 465. Chytræus, II. p. 250. not. Cognatus, II. p. 375. *Colle,* I. p. 696. Comes, I. p. 314. Cruſius, I. p. 332. p. 333. not. *Dietzel in einem teutſchen Carmine,* Dreſſerus, I. p. 310. *Edler Greif,* Faber II. pag. 1020. Fauſtus (Jo. Frid.) II. p. 1151. Forcatulus, II. p. 1019. Franckenberg, I. p. 972. Fulgoſus, I. p. 308. II. p. 20. p. 34. *Garzonius* diſc. 129 *Gaulterus,* I. p. 310 Genebrardus, I. p. 267 not. p. 310 Glaſerus, II. p. 392 Goldaſtus, II. p. 1020 not. *Gordonius,* I. p. 310 Gueintz, I. p. 1043 Guilandinus, II. p. 1026 *Hagerus* §. 12 p. 49 *Hedio ad An.* 1450 Helvicus, I. p. 639 Heneſius, I p. 971 Hertzogius, II. p. 31 *Hertfelder* apud *Struvium* cap. 11. p. 917 *Hoſpinianus* Tom. I. Opp. p. 370 Irenicus, I. p. 597 Kircherus, II. p. 1093 *Kraemerus pag.* 59 & *pag.* 80 Krauſius, II. p. 702 *Kundmann pag.* 706 *Lancelloti* p. 145 *Langius* (*Joach.*) p. 154 Langius (Paul) I. p. 319 II. p. 1017 Lanſius, I. p. 906. II. p. 1059 Latomus, I. pag. 406. II. pag. 1017 *Lerner,* pag. 437. *Leſſer,* p. 35. ſqq. Licimander, II. p. 597 Lilienthal, II. p. 1159 *Loeſcherus pag.* 139 & p. 141. *Maichelius,* p. 71 Maierus, I. p. 192 not. p. 395 not. *Marchand pag.* 4. ſq. Matheſius, II. pag. 1116 Meierus, II. p. 575 Mendoza, II. p. 12 Meſſias, II.

II. p. 1028 Middendorpius, I. p. 615 *Molinetus*, *Moxeus*, Munſterus, I. p. 337. p. 460 Muntzerus, II. p. 31 Natolinus, II. p. 911 Naudæus, I. p. 518 Nicolſius, II. p. 1218 not. Oudinus, II. p. 877 ſqq. Palmerins, I. p. 601 *Panſa* pag. 14 Paradin, I. p. 465 Pasquier, II. p. 1088 p. 1089 Pater, II. p. 712 Petavius, I. p. 646 not. *Pincierus* lib. 3 cap. 27 p. 409 Pontanus, II. p. 1087 Pontier, II. pag. 1132 Regkman, I. pag. 454 not. *Reimman Part.* III. p. 206 *Reuſch* b. 4 b. Roccha, I. p 298 Sabellicus, I. p. 313 p. 517 II. pag. 19 Salmuthus, II. p. 1098 Sardus, I. p. 906 *Scardeonius pag.* 133 Schoeffer, II. p. 655 pag. 1152 Schönbornerus, I. p. 463 Schröderus, I. pag. 981 Serarius, I. p. 272 p. 282 Sommerlatius, II. pag. 1171 Spachius, II. p. 1194 Spondanus, I. p. 636 *Stow*, p. 404 *Strauchius*, *Struvius cap.* 11. p. 914 Tentzelius, II. p. 661. ſqq. & in *Monatl. Unterr.* an. 1698. pag. 666. Thevetus, I. pag. 602. Trithemius, I. p. 311. II. p. 654. Tulſnerus, I. p. 955. Verdierius, I. p. 518. II. p. 1029. Vergilius, I. p. 242. not. Veſterus, II. p. 496. Urſtiſius, I. pag. 352. not. Wahrmund, II. pag. 1106. *Watſon pag.* 9. Weiſſ, II. pag. 1187. *Wernsdorfius* §. 5. *pag.* 42. Wimphelingius, I. pag. 173. pag. 197. not. pag. 315. not. p. 586. Wood, II. pag. 1111. Zieglerus, II. pag. 394.

‹ - negant Mallincrotius I. pag. 706 ſq. Relatio I. pag. 472 p. 482. Salmuthus, I. p. 704 II. p. 202 not. Scriverius, I. p. 290

Hahn ſ. *Gallum*, Campanus, I. p. 259 p. 318 not. p. 345 p. 365 p. 578 II. p. 20 ſq. Irenicus, I. p. 344 p. 578

Ienſanium nonnulli, I. p. 309 p. 457. Bergomas, I. p. 699. Omnibonus Leonic. I. p. 409 p. 657 p. 699 II. p. 21

Mentelium, affirmant Bockenhoffer, II. pag. 972. Boclerus, II. pag. 169 pag. 173. C. Z. M. *in einem teutſchen Gedichte*, Calvinus, II. pag. 292. Chronicon MS. Argentor. II. pag. 28 pag. 173. Cognatus, II. pag. 291. Danhauerus, II. pag. 411. Fabricius, II. pag. 292. Feckno, II. pag. 869. Gebwilerus, II. pag. 29 pag. 354 ſq. *Gelehrter Criticus* Tom. I. pag. 96. Gurnerus, II. pag. 411. Jacobus à S. Carolo, II. pag. 1091. Mentelius, II. pag. 198 p. 239 pag. 285 pag. 324 ſq. Mollerus, II. pag. 610. Normannus, II. pag. 563. Schardius, II. pag. 292 not. *Schilterus* pag. 441 ſqq. Schmidius, II. p. 69. Schragius, II. pag. 28 ſqq. pag. 38. Schrödterus, II. pag. 626. Specklinus, II. pag. 676. Spigelius, I. pag. 318 pag. 347 II. pag. 262 pag. 334 not. Stobæus, II. pag. 480 ſq. Vulſon de la Colombiere II. pag. 1089 Wagenſeilius, II. pag. 1142. Werther, §. 2. pag. 2. Wimphelingius, II. pag. 259. ſq. pag. 291. *Zeillerus epiſt.* 238. pag. 269. b. *von Ziegler num.* 18. pag. 35. & pag. 36.

- - - negant *Hagerus* §. 11. *pag.* 38. ſqq.

Pater

Pater, II. pag. 715. *Struvius cap.* 11. pag. 927. ſq. Tentzelius, II. p. 677. ſqq.

Regiomontanum, *Duretus pag.* 982. Pater, II. pag. 711. pag. 822. pag. 1180. Purbachius, I. pag. 292. Ramus, I. pag. 292. pag. 520. pag. 699. II. pag. 476. Zwingerus, I. p. 596.

Saturnum, Cognatus, I. pag. 341. not. pag. 575. Lætus, I. pag. 259. pag. 266. pag. 315. not. pag. 494. pag. 575. II. pag. 461. p. 968. Matthæus Lunenſis, I. pag. 494. Minutius Felix, II. pag. 196. not.

Schoefferum, nonnulli I. pag. 184. not. pag. 461. pag. 871. pag. 906. p. 1073. II. p. 39. ſq. Cognatus, I. pag. 341. not. pag. 692. Irenicus, I. p. 698. Langius, II. pag. 1032. Loos, I. pag. 271. not. Pantaleon, I. p. 334. not. Vergilius, I. pag. 312. pag. 697. II. pag. 355. Walchius, I. pag. 184. not.

Coſterum & *Guttenbergium* Alſtedius, I. p. 629 Bandeco, II. p. 1167. Betulius, II. p. 1153. *Bierlingius*, *Boeckerus*, *Chevillerius*, Janus, II. p. 1176. Joly, II. p. 1135. Jonſtonus, II. p. 1056. *Langius* (*Joach.*) pag. 154. *Nutbertus*, Pöllnitz, II. pag. 1189. Pontanus, I. p. 632. not. *Reimman Part.* III. pag. 206. *Struvius* §. 5. pag. 908. *Watſon* pag. 8.

Fauſtum,

Fauſtum, *Guttenbergium* & *Schoefferum*, Bergellanus, I. pag. 2. p. 22. Chronicon Mogunt. I. pag. 459. Judex, I. pag. 85. *Maittaire* Tom. I. pag. 8. Mallinctotius, I. pag. 709. pag. 800. II. pag. 322. Mollerus, I. pag. 941. Naudæus, I. pag. 520. Rivinus, I. p. 877. pag. 880. pag. 1035. ſq. Serarius, I. pag. 272. pag. 282. Trithemius, I. pag. 2. II. pag. 655 Zweyhundertjähriger Zeit &c. II. pag. 1079

incertum eſſe, ſtatuunt nonnulli, I. pag. 513 ſq. Adami, I. pag. 321 Antiquitates Brit. I. pag. 646 not. *Arnold* Part. I. pag. 392 b. Bergomas, I. pag. 309 Bitſchius, I. pag. 315 not. Boterus, I. pag. 600 pag. 894 not. *Bullartius Tom.* II. pag. 247 & pag. 252 Cellarius, II. pag. 1144 Clemens II. pag. 1058 *Cleſſen cap.* 1 pag. 24 & pag. 52 Evelyn, II. pag. 1105 Falſterus, II. p. 1173 Fekno, II. pag. 869. *Gallois pag.* 190. *Gerber cap.* 37. *pag.* 684. *Gimma cap.* 35. *pag.* 419. Haræus, I. p. 628. Heuterus, I. p. 633. not. Hugo, I. p. 627. Karl, II. p. 1147. Leſcaloperius, II. p. 1095 *Linnaeus Tom.* III. *lib.* 8 c. 10 §. 3 Loctius, I. p. 643 Loos I. p. 271 Middendorpius, I. p. 614 Miræus, I. p. 342 Narratio II. p. 1037 *Orlando* p. 9 ſq. *Paſchius* cap. 7 p. 791 Peuterus, I. p. 633 not. Poëta quidam in fine Catholici I. p. 514 Pöllnitz II. p. 1189 Pontanus, I. p. 630 Regkman, I. p. 454 not. Rhædus, II. p. 201 not. Roccha I. p. 298 Romanus, I. p. 615 Saldenus, II. p. 1140 ſq.

Sanfleben, I. p. 968 Schönbornerus, I. p. 463 Spanhemius, II. p. 1138 ſq. Tolandus, II. p. 906 Wurſbain, II. p. 1068 *Zeillerus* cap. 14 p. 314 & in *Continuat*. p. 166 ſq. *Zeltnerus* pag. 4

Typographia laudatur

propter apparatum inſignem I. p. 86 p. 107 ſq. p. 796 ſq. p. 997 II. p. 47 ſq. p. 144 ſq. p. 182 p. 199 not. p. 275 ſqq. p. 418 ſq. p. 497 ſq. p. 611 ſq. 626 ſqq. p. 635 ſqq. p. 719 ſqq. p. 756 ſq. p. 938 p. 1022 ſq. p. 1046 ſq. p. 1053 ſq. p. 1083 ſq. p. 1206 ſqq. ab *Alſtedio* lib. 30 p. 1914 b. *Aufgef. Briefen* Tom. I. p. 315 ſq. *Beyerlinck*, *Bircken* p. 527 ſq. *Caſio* p. 9 ſq. *Comenio* p. 89 ſqq. *Edlen Greif* p. 119 ſqq. *Francois* cap. 38 p. 303 ſqq. *Guten Calendermacher*, *Harris* Tom. II. in *Printing*: *Lancelloti diſ*. 8. *pag*. 146 ſq. *Menſchlichen Leben*, *Orlando pag*. 218 ſq. *Pexenfeldero pag*. 310. *Zeilero epiſt*. 237 *pag*. 268

propter celeritatem, I. p. 23 p. 75 p. 99 p. 172 p. 487 ſq. p. 891 ſq. p. 954 p. 969 p. 970 ſq. p. 976 ſq. p. 981 ſq. II. p. 47 ſq. p. 182 p. 421 p. 631 p. 1031 p. 1103 p. 1137 *François cap*. 38 *pag*. 302 ſq.

propter dignitatem, I. p. 25 ſq. II. p. 598 ſqq. p. 631 p. 910 p. 923 ſq. p. 932 ſq.

propter elegantiam, II. p. 578 ſq. p. 975

propter jucunditatem, II. p. 140 ſqq.

propter neceſſitatem, I. p. 338 p. 953 II. p. 602 ſqq. p. 634 p. 763 ſq. p. 929 ſq. p. 1031 p. 1060 p. 1087 p. 1114 ſq.

propter utilitatem, I. p. 24 ſqq. p. 86 ſqq. p. 171 ſq. p. 177 not. p. 200 ſqq. not. p. 242 not. p. 244 not. p. 296 p. 324 p. 327 p. 887 ſqq. p. 936 ſqq. p. 1027 ſqq. p. 1041 ſq. II. p. 49 ſq. p. 84 ſqq. p. 178 ſq. p. 420 ſqq. p. 499 ſq. p. 504 ſqq. p. 600 ſqq. p. 631 p. 633 ſq. p. 870 p. 914 ſqq. p. 953 ſqq. p. 976 ſq. p. 1028 ſq. p. 1057 p. 1075 ſq. p. 1096 ſq. p. 1144 p. 1149 ſq. p. 1167 ſq. p. 1171 p. 1176. ab *Adami im teutſchen Gedichte*, *Beyerlinck* in Theatro, *Bircken pag.* 529 *Caille pag.* 1 ſq *Cleſſen cap.* 2 *pag.* 95 ſqq. *Cramero pag.* 60 ſqq. *Dietzel im teutſchen Gedichte*, *Gundlingio* Vol. I. p. 419 ſqq. *Hagero pag.* 1 *ſqq.* *Köhlero im teutſchen Gedichte*, *Leſſero cap.* 5. *pag.* 277 *ſqq.* *Limnaeo Tom.* III *lib.* 8 *cap.* 10 §. 2 *Læſcherus pag.* 134 *ſq.* *Maittaire pag.* 2 *ſq.* *Nutberto*, *Palmer* p. 1 ſqq. *Panſa* p. 13 ſq. *Roth im teutſchen Gedichte*, *Strautz im teutſchen Gedichte* *Stubritio* in epiſtola, *Tſcherning im teutſchen Gedichte*, *Watſon pag.* 1 *ſqq.* *Witzſchen im teutſchen Gedichte*, *Zeilero epiſt.* 236 *pag.* 267

- - *in S. Bibliis divulgandis*, I. p. 200 ſq. not. p. 949 p. 975 p. 1027 ſq. II. p. 84 ſqq. p. 586 ſq. p. 658 p. 915 ſq. *Gerber* in *unerkannten Wohlthaten* Part. 1. p. 938 ſqq. & Part. 3 pag. 686 ſqq.

in

- - *in puriore doctrina ſacra propaganda* I. p. 74 p. 86 ſq. p. 99 ſq. p. 201 ſq. p. 872 ſq. p. 895 pag. 1028 ſq. II. pag. 131 ſqq. pag. 699 pag. 1025 ſq. pag. 1177 ſq. a. *Gerbero* in unerkanten Wohlthaten, Part. III. pag. 694 ſq. *Hoſpiniano* Tom. I. Opp. pag. 70 b. *Maichelio cap.* 4 pag. 73 *Nutberto im teutſchen Gedichte, Zeltnero* pag. 5 *ſqq.*

- - - *in ſcientiis & Artibus omnibus* I. pag. 86 ſq. pag. 202 ſq. pag. 975 ſq. II. pag. 88 ſq. pag. 146 ſqq. pag. 587 ſqq. pag. 600 ſq. pag. 916 ſq.

Typographiæ abuſus

exponitur I. pag. 29 pag. 49 ſqq. pag. 76 ſq. pag. 89 ſqq. pag. 202 not. pag. 276 ſqq. pag. 300 ſq. pag. 346 pag. 410 pag. 1046 ſqq. II. pag. 53 ſqq. pag. 72 ſq. p. 185 ſq pag. 429 ſqq. pag. 591 ſq. pag. 952 ſq. pag. 1017 pag. 1029 pag. 1040 ſqq. pag. 1050 ſq. pag. 1116 pag. 1170 pag. 1210. a *Cleſſenio cap.* 3 pag. 144 ſqq. a. *Gerbero* in *unerkanten Wohlthaten*, Part. III. pag. 696 ſqq. à *Morhofio* Tom. I. lib. IV. cap. 2 §. 6 à *Tentzelio* in Monatl. Unterred. an. 1693 pag. 679 ſq. à *Zeillero* epiſt. 237 pag. 268 à *Zeltnero* pag. 19 ſqq.

- - *reſpectu Bibliopolarum*, I. pag. 29 pag. 31 ſq. pag. 300 II. pag. 120 ſqq. pag. 128 pag. 856 ſqq. à *Böhmero in der abgeſonderten Bibliothec* Part. 8 pag. 673 ſqq. à *Gundlingio* Vol. I. pag. 459 ſq. in *Gundlingianis* Part. 45 pag. 160 ſqq.

reſpectu

- - *reſpectu Cenſoris librorum*, I. pag. 77 ſqq. pag. 91 ſq. pag. 110 ſqq. pag. 614 not. II. pag. 439 pag. 445 ſq. pag. 515 ſq.
- - *reſpectu Correctoris librorum*, I. pag. 44 pag. 52. pag. 55. ſq. pag. 300. pag. 301. pag. 346 pag. 613 ſq. not. pag. 765 ſq. II. pag. 123 ſq. pag. 128 pag. 439 ſq. pag. 537 ſqq. pag. 931 à *Böhmero* in der abgeſonderten Bibliothec Part. VIII. pag. 677 ſq. à *Zeltnero* pag. 26 ſqq. & pag. 40 ſqq.
- - *reſpectu Lectorum*, II pag. 125 pag. 128
- - *reſpectu librorum*, I. pag. 32 ſq. pag. 89 ſq. pag. 201 ſq. not. II. pag. 436 ſq.
- - *reſpectu Magiſtratuum*, I. pag. 38 ſq. pag. 92 pag. 113 ſqq. pag. 118 ſqq. pag. 127 ſq. pag. 431 pag. 518
- - *reſpectu Scriptorum*, I. pag. 29 pag. 34 ſq. pag. 1064 ſqq. II. pag. 114 ſq. pag. 126 ſq. pag. 432 ſqq. pag. 444 ſq. pag. 952 pag. 959 ſq. pag. 1127 ſq.
- - *reſpectu Typographorum*, I. p. 29 p. 42 ſqq. pag. 53 ſq. pag. 90 ſq. pag. 203 not. pag. 300 pag. 916 ſqq. pag. 1048 II. pag. 122 ſq. pag. 430 pag. 437 ſqq. pag. 453 ſq. pag. 535. ſqq. pag. 930 pag. 953 à *Gerbero in unerkanten Sünden Part.* II. *pag.* 526 *Lancelloto*, *Zeillero epiſt.* 237 *pag.* 268 *Zeltnero pag.* 18. ſqq.

DE

* De

CHALCOGRAPHIÆ
inventione

Poëma Encomiaſticum,

Johanne Arnoldo Bergellano
auctore.

Reverendiſſimo & illuſtriſſimo Principi ac Domino, Domino ALBERTO Cardinali, Archiepiſcopo Moguntino &c. Marchioni Brandenburgenſi, Johannes Arnoldus Bergellanus
S. D.

Cum ſuperiori tempore, PRINCEPS CLARISSIME, nonnullas ad Rheni littora poſitas civitates negotii cujusdam gratia adirem, diverti (licet infelici auſpicio,) & ad tuæ ditionis Mo-

 gun-

* Exſtat in *Ant. Verderii* Supplemento Bibliothecæ Geſnerianæ, in *Wilh. Ern. Tentzelii* Bibliotheca curioſa ger-

guntiam: quæ, ut pluribus Germaniæ civitatibus antiquitate præfertur, ita quoque auguſtiſſimis Veterum heroum monumentis reliquiisque, ſeſe oculis meis multis modis ſuſpiciendam offerebat: ut ea prætermittam, quæ publice privatimque cum ſacris, tum profanis negotiis magna illic laude geruntur. Inter cætera vero admiranda rerum monumenta, (quorum non parva copia erat) incidi in *Johannis Tritbemii* proximi ſæculi hiſtoricos libros, in quibus elogium quoddam de *Chalcographia*, ejusque inventione deprehendi, qui Moguntinæ urbis incolæ equeſtris dignitatis virtutisque nobiliſſimo, *Johanni Gutenbergo* primo auctori, ejusque coadjutoribus, *Johanni Fauſto*, *Petroque Schafero* hujus admirabilis artificii certis formulis libros excudendi, acceptam refert. Id quod & à nonnullis Moguntiæ civibus mihi poſtea in familiari colloquio, cum ea de re mentio inter alia incideret, certo certius relatum eſt. Accedit & hoc, quod & hodie vetuſtiſſima quædam, in eum uſum ab auctoribus comparata, quæ vidi, inſtrumenta ibidem extant. Qua equidem arte totus hic orbis

manicæ edita An. 1704. pag. 986-1002. in *Georgii Chriſtiani Ioannis* Tomo Novo ſive Tertio Scriptorum Hiſtoriæ Mogunt. p. 429-440. & a verſ. 1-160. in *Laur. Beyerlinck* magno Theatro vitæ hum. v. *Typographia* Tom. VII. pag. 235. ſq.

orbis nihil nobilius unquam vel vidit, vel produxit: cui quoque & aurum, & argentum, gemmæque & quæcunque apud mortales in magno pretio ſunt, merito cedunt. Hanc ſingulari quadam benevolentia (ut auguror) Deus Opt. Max. Germanis largitus eſt. Quæ ſi priſcis temporibus extitiſſet, dii boni, quem nunc theſaurum, quas clariſſimorum auctorum bibliothecas in manibus haberemus, qui proh dolor, ob iniquæ ſortis injuriam, e conſpectu noſtro ſublati ſunt. Quos apud Judæos *Eſdras* Scriba, apud Græcos *Piſiſtratus* Athenienſium tyrannus, apud Romanos vero *M. Varro, Pollioque*, nec non præterea multi Reges proceresque diverſarum gentium, inſtructis magnificentiſſimis bibliothecis, multo labore, ingentique ſumtu, tanquam in locuplete penu, pro viribus ab interitu vindicare conati ſunt. Proinde committere non potui, (rumpantur ut ilia Momis,) quin artem illam divinam, adeoque nunquam ſatis laudatam, encomio quodam, alternis numeris compoſito, utcunque illuſtrarem. Quicquid autem id opellæ eſt. PRINCEPS ILLUSTRISSIME, hoc tuæ Celſitudinis patrocinio, quaſi Palladis ægidi, tuendum dedico: & quod fauſtum felixque ſit, apophoreti xeniique loco transmitto, vel eam maxime ob cauſam, quod in ea civitate ſummam imperii tenes, intra cuius parietes

ars ea nata eſt. Munus quidem parvum, quod offertur, res verò maxima eſt, & perpetua memoria digniſſima, quæ repreſentatur. Precor itaque, quo tua manſuetudo hos meos conatus æqui bonique conſulat. Vale Moguntiæ, ad divum Victorem 1541.

Præfatio
Georgii Chriſtiani Ioannis
pag. 423-428.

I. Erat mihi in animo, cum ſpem facerem, carmen hoc, quod *Ioannes Arnoldus Bergellanus* ſub medium fere ſæculi XVI. in *laudem artis chalcographices* ſcripſit, ac in publicum edidit, *Scriptoribus hiſtoriæ Moguntinæ inſervientibus* inſertum iri, peculiari disquiſitione de *utiliſſima hujus ac prope divinæ artis inventione ac ortu* agere; uti quidem id ſatis indicavi lib. I. rerum Moguntiacarum in adnotatione ad cap. XXXVI. Serarii p. 113. Sedenim, cum publice hæc inter innotuerit, celeberrimum virum, & non uno ingenii monumento de re litteraria præclare admodum meritum, *Ioannem Davidem Kælerum*, Politices & Hiſtoriarum in inclita Altdorffina P.P.O. documenta quædam antiquiſſima & primigenia *Moguntiæ* adeptum, propediem hac

hac de re integro tractatu acturum, a) rationibus probe conſideratis, conſultius duxi, incepto abſtinere, quam exequi, quod mihi deliberatum erat, propoſitumque.

II. Prius tamen, quam ipſum hoc carmen dem, juvabit paucis huc, quæ tum ad *Gutenbergii*, tum *Fauſtii* vitam, tum *artis* hujus *inventionem* ipſam, aliquo modo facere videntur, inſerre. Quod quin bona viri doctiſſimi, mihique a pluribus iam annis amiciſſimi, pace faciam, nullus dubito.

III. *Illorum* autem primum eſt, quod *Gutenbergius* ultimis vitæ annis inter aulicos *Adolfi* II. Archiepiſcopi Moguntini egerit, ac anno MCCCCLXVIII. circa feſtam D. *Matthiæ* Apoſtoli memoriam non amplius fuerit in vivis. *Illud* manifeſtum faciunt *Adolfi* hac de re litteræ, quæ ſic ſe habent: ADOLF -- *bekennen — das wir haben angeſehen annemige und willige dienſt, die uns und unſern Stift unſer lieber getruwer* IOHAN GUDENBERG *getan hait --- Darumbe und von beſundern gnaden wir ine zu unſerem dhiener und hoffgeſindt uffgenommen und entphaben --- Wir ſollen und wollen ime auch ſolichen dienſt, dwile er lebet, nit uffſagen, und uff daſs er ſolichs dienſtes deſte bas geneſen moge, ſo wollen wir ime alle iar und eyns iglichen iahrs, wan wir unſern*

a) vid. *Schelhornius* Tomo IV. *Amœnit. litter.* obſerv. 2. p. 301.

gemeinen hoffgeſind kleyden werden, zu iglichen zyten glich unſern Edelen, kleyden, und unſer hoffkleydung geben laiſſen, und alle iare eins iglichen iars zwenzigk malter korns und zwey fuder wins zu gebrauchung ſines huſſs, doch das er die nit verkeuffe oder verſchencke, fry ane ungelt, nydderlage und weggelt in unſer Statt Menze *ingeben laiſſen, ime auch, dwile er lebt, und unſer dhiener ſin und bliben wurdet, wachens, vollgedienſt, ſchatzung und andrer in gnaden erlaiſſen. Und hat uns daruber der egen* IOHAN GUDENBERG *in truwen gelobt.* --- Eltvil *am Dornſtag* Sant Antonien *tag* 1465.

Hoc produnt litteræ *Cunradi Homery*, Iurium Doctoris, quæ in hæc extant verba: *Ich* Conrad Homery, *Doctor, bekenne mit dieſem brief, ſo als der Hochwurdige Furſt, myn gnediger lieber Her, Her* ADOLFF, *Erzbiſchoff zu Menze, mir etliche formen, buchſtaben, inſtrument, gezuge, und anders zu dem truckwerck gehorende, das* Iohan Gudenberg *nach ſinem tode gelaiſſen hat, und myn geweſt iſt, und noch iſt, gnediglich folgen laiſſen hat: das ich dargegen ſynen Gnaden zu eren und zu gefallen mich verpflichtiget han, und verpflichtigen mit dieſem brief, alſo, wer es, das ich ſoliche formen und gezuge zu trucken gebruchen werde, nu oder hernach, das ich das thun will und ſall bynnen der Statt* Menze, *unde nyrgent anderſwoe; desglichen, ob ich ſie verkeuffen, und mir eyn burger daver ſo viel geben wolte, als eyn fremder; ſo will und ſall ich das dem ingeſeſſenen burger zu* Menz *vor allen fremden gonnen und folgen laiſſen. Und han des alles zu urkun-*

kunde wyn Secret zu ende dieſer ſchrifft getruckt, der geben iſt des iars als man ſchrieyb nach der geburt Chriſti unſers Hern MCCCC. *und* LXVIII. *iar uff Frytag nach Sant Mathys tag.* De cetero *Gutenbergium* patria Moguntinum fuiſſe, familia nobilium, qui *Gensfleiſch* de *Sorgenloch* dicebantur, ortum, atque adeo *Ioannem Gutenberg* & *Ioannem Gensfleiſch* unum eſſe eundemque, non eſt, quod moneam, cum id genuinis è documentis vel maxime iam oſtenderit laudatus *Schelhornius* l. d. adnotatione lit. a) ſignata, p. 304.

IV. *Alterum* eſt, quod *Ioannes Fauſt*, ſive ut tum ſcribi ſolebat, *Fuſt*, iisdem temporibus deceſſiſſe videatur, qvandoqvidem libri, qui anno MCCCCLXVIII. & ſequentibus pro-

b) Non alienum, ut reor, fecero, ſi id uno alterove oſtendam exemplo. Sic autem legere eſt in calce *Inſtitutionum* ibidem anno MCCCCLXVIII. impreſſarum: *Preſens* Inſtitutionum *preclarum opus alma in urbe Maguntina, inclite nacionis germanice, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine, donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre, illuſtrare dignatus* (*l. dignata*) *eſt, non atramento communi, non plumali canna, neque erea, ſed artificioſa quadam adinvencione imprimendi ſeu characterizandi ſic effigiatum, & ad euſebiam Dei, induſtrie conſummatum, per* Petrum Schoyffer *de* Gernsheim *anno dominice incarnacionis mileſimo* CCCCLXVIII. *viceſima quarta die menſis Maji.* Et in calce opuſculorum *Sophronii, Euſebii* &

diere, ſolo *Schæfferi* nomine, notati ſunt; b) non ut antea, iſtius & hujus ſimul. c)

V. Ter-

Hieronymi an. MCCCCLXX. ibidem editorum: *Eſt autem preſens opus arte impreſſoria feliciter conſummatum, per* Petrum Schoyffer *de* Gernsheym, *in civitate nobili Moguntina, cujus nobilitati vir reverendus* Ieronimus *ſcribens ad* Agerunciam *de* monogamia, *teſtimonium perhibet ſempiternum ejusdem in eccleſia pro fide catholica ſanguine proprio laureatus*:

Huic laudatori reddit Maguntia vicem,
Tot ſua ſcripta parans uſibus Eccleſie.

Anno Domini MCCCCLXX. *die ſeptima menſis Septembris, que fuit vigilia nativitatis Marie Da gloriam Deo.* Tum vero in calce *Decreti*, quod vulgo *Gratiani* appellatione venit, anno MCCCCLXXII. ibidem excuſi: *Anno incarnacionis dominice* MCCCCLXXII, *Idibus Auguſtis. ſanctiſſimo in Chriſto Patre ac Domino, Domino* Sixto *Papa quarto, Pontifice maximo, illuſtriſſimo nobiliſſime domus Auſtrie* Friderico *Romanorum Rege glorioſiſſimo, rerum Dominis, nobili nec non generoſo* Adolpho *de* Naſſau, *Archiepiſcopatum gerente Maguntinenſem, in nobili urbe* Maguntia, *que noſtros apud majores* aurea *dicta, quam divina etiam clementia dono gratuito pre ceteris terrarum nationibus arte impreſſoria dignata eſt illuſtrare, hoc preſens* Gratiani Decretum *ſuis rubricis non atramentali penna cannave, ſed arte quadam ingenioſa imprimendi, cunctipotente adſpirante Deo,* Petrus Schoiffer *de* Gernsheym *ſuis conſignando ſcutis feliciter conſummavit.*

c) Uti videre eſt in *Guilh. Durandi* Rationali an. MCDLIX. ibidem evulgato: *Preſens rationalis divinorum codex officiorum venuſtate capitalium decoratus rubricationibusque diſtinctus artificioſa adinvencione imprimendi ac caracterizandi: absque calami exaratione ſic effi-*

V. Tertium, eſt, qvod prima artis hujus inventio in veteri quodam *Familia Fauſtiana* hac de re manuſcripto non *Gutenbergio*, ſed *Fauſto* & *Schaeffero* adſcribatur. Sic enim in diſſertatione ſolemni, quam anno MDCCXI. Gieſſæ Haſſorum quinque Philoſophiæ Candidati, præſide *Immanuelo Webero*, ICto clariſſimo examini ſubiecere n. 5. §. 12. p. 14. ſq. *Ioannes Theophilus Hagenbruch*; *Artis typographicæ inventorem alii perhibent* Iohannem Fauſtium, *Moguntinum*; *alii* Petrum Schöfferum, *Gernsheimen-*

A 5

giatus. Et ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatus. Per Iohannem Fuſt *civem Maguntinum &* Petrum Gernsheym, *Clericum diocesis ejusdem Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono. Sexto die Octobris.* Et in Codice ſacro ibidem an. MCCCCLXII. in lucem edito: *Preſens hoc opus finitum & completum, & ad euſebiam Dei induſtrie in civitate Maguntinenſi per* Iohannem Fuſt *civem &* Petrum Schoifher *de* Gernsheym *Clericum Dioceſis ejusdem eſt conſummatum. Anno incarnacionis dominice* MCCCCLXII. *in vigilia aſſumptionis glorioſe virginis Marie.* Ceterum eſt, qvi conjecit, vix eſſe dubium, quin *Fauſtus* anno MCCCCLXXIII. naturæ conceſſerit, cum in *Necrologio* FFr. Ordinis D. *Dominici*, conventus Moguntini a. d. *Valentini* martyris honori ſacrum, legantur ſequentia: *Anniverſarium* Iohannis Fuſt & Margaretæ *uxoris & ſuorum*; *pro quo Conventus recepit Epiſtolare* Ieronimi & Clementinas *à Venerabili* Petro Gernsheim, *impreſſore, ſuo genero, anno* MCCCCLXXIII. Vtrum bene, nec ne, non adeo difficulter colligi poteſt.

heimenſem, *alii denique* Iohannem Guttenbergium *itidem Moguntinum. Res breviter ex vero ita ſe habet*: Iohannes Fauſtius *an*. MCCCCXL. *Moguntiæ libellum* ABCdarium *primo & deinde* Donatum, *ut vocant*, *impreſſit*, *& quidem litteras initio in integris columnis ligneis efformavit*, *ſicque impreſſit*: *poſt vero ſeorſum ſingulas ex ligno ad impreſſionis uſum confecit. Id quum admodum laborioſum & incommodum cerneret famulus ejus*, *homo ingenioſus*, Petrus Schöfferus, *invenit modum formandarum litterarum ex fuſili metallo*, *quales hodie habemus*: er hat die art erfunden, wie die buchſtaben in pontzen zu ſchneiden und nachzugieſſen. *Hi duo itaque junctis operis ſucceſſive artem noviter inventam magis magisque excoluerunt. Adſcitus quoque fuit tandem in ſocietatem* Iohannes Guttenbergius Fauſti *vicinus*: *ſed poſt lites inter eos exortas* Guttenbergius, (*quem* Matthæus Palmerius, *Piſanus*, in continuatione chronici Euſebiani, zum Iungen *& Equitem Moguntinenſem vocat*,) *Argentinam conceſſit*, *& artem typographicam ibidem exercuit. Deſumta hæc ſunt ex* relatione *ipſius* Iohannis Fauſtii, *fide digniſſima*, *ab ejus poſteris*, *qui Francofurti diu floruerunt*, *diligenter aſſervata*, *cujus copiam videre licuit apud Conſultiſſimum Præſidem.* Sed enim, cum nullum mihi dubium ſit, hoc omne pro ſingulari ſua eruditione judiciique acrimonia curate expenſurum, ac ſub examen revocaturum doctiſſimum *Koelerum*, ſine lon-

longiori ambage ad carmen hoc ipſum nunc progrediar.

VI. Eſt id *Ioannis Arnoldi Bergellani*, d) qui Moguntiæ illud ſcripſit, ac anno MDXLI. publicæ luci ibidem commiſit. Quis autem ille domo fuerit; unde gentium venerit *Moguntiam*, quamdiu in vivis egerit, ac id genus alia, juxta cum ignariſſimis me neſcire, lubens fateor.

VII. Exſcripſit autem illud typis *Franciſci Behem*, apud D. *Victoris* extra moenia Moguntina ædem; quam typographeo ab invento artis chalcographices initio ad annum usque MDLII. (quo collegialis illa ab *Alberto* Brandenburgico, una cum domiciliis circumjacentibus, injecto igne, penitus devaſtata eſt) inſtructam fuiſſe, obſervavi in *Chronico* illius ſectione I. §. XLIV. p. 611.

VIII.

d) Si conjecturæ locus, putarim, à patria ſe *Bergellanum* ſcripſiſſe, qvum nomine gentilitio vocaretur *Arnoldus*. Quod Moguntiæ, (quam *infelice auſpicio* ſe adiiſſe dicit) aliqvandiu egerit; ceterum vero ad victus ſubſidia ſibi paranda in officinis typographicis neſcio chalcographicæne arti an corrigendis operarum mendis (qvippe obſcurius paullo loqvitur) operam curamque impenderit, ipſe nobis prodit. *Illud* quidem in *Dedicatoria* hujus poëmatis ab initio; *hoc* vero v. 165. carminis ipſius ac ſeqq. Correctoris illum obiiſſe partes vult *Mallinkrot* diſſertatione *de ortu & progreſſu artis typographica* cap. XV. p. 96. *Tenzelius* infra ad locum modo citatum, *Zelmerus* lib. *de claris Correctoribus* p. 79.

VIII. Quamvis autem longe infra *Greſemundi* ſit elegantiam, lectu tamen dignum eſſe, immo habere quædam, quæ alibi non ita facile inveneris, nemo forte diffitebitur. *Egregium* certe jam olim vocavit *Walchius* in decade fabularum p. 182. *Groſchuffius* in præfatione ad *librorum rariorum collectionem* pag. 30. *non invenuſtum*; Cl. *Tenzelius* vero multo quæſivit ſtudio; faſſus ex omnibus, qui de re typographica ſcripſere, neminem ſibi occurriſſe, qui enarratius majorique veritatis ſtudio de ea egerit, quam *Arnoldum* noſtrum. e)

IX. Quo factum, ut *Antonius Verdier* id anno MDLXXXV. quamvis fide non optima, (ut infra videre eſt,) Supplementis *Bibliothecæ Geſnerianæ* ſubjunxerit; Clariſſimus vero Vir, *Wilhelmus Erneſtus Tenzelius* anno MDCCIV. ſecundum primam editionem recuſum, partem *Bibliothecæ ſuæ curioſæ* f) facere haud dubitavit.

X. Quam præter editionem (exteris tamen parum cognitam) cum vix haberi poſſit, atque adeo, ut *Zeltnerus* l. d. non male ſcribit, *rariſſimum* ſit, illud *Scriptoribus ad rerum Moguntinarum notitiam facientibus* inſerendum duxi.

Secu-

e) in libello vernacula ſcripto, von *Erfindung der löblichen Buchdrucker Kunſt*, p. 50. ſq.

f) Tomo quidem I. ſigillatim vero *Repoſitorii I. loculamento* X. p. 986-1032.

Secutus autem ſum editionem iſtam *Tenzelianam*, *Verderiana* qvippe potiorem, hoc tamen obſervato diſcrimine modoque, 1) ut adnotatiunculas auctoris *Arnoldi* litteris italicis; *Tenzelii* vero antiquis, ut vocantur, exſcribi curarem. 2) ut lectiones quæ operarum negligentia evidenter prorſus depravatæ erant, correxerim; eas vero, quæ dubiæ mihi videbantur, (per ſtellulam indicatæ,) quæ verior mihi viſa, notarim.

Encomion
Chalcographiæ.

Inclyta laudantur ſæcli monumenta prioris,
Artifici quæ ſunt elaborata manu,
† Hæc, quia fixa manent operoſæ pondere molis,
Et ſumptus Crœſi vix gravis arca feret:
Illa ſed excoluit mira labor improbus arte,
Lucidus & rabido carpere dente timet.

Sic

† Apud *Beyerlinck* non exſtant v. 3-16. ſed illorum loco legitur hoc diſtichon:

Laudemus merito arte nova coeloque magiſtro
Doctum opus, ut volitet cuncta per ora virûm.

Sic ſua Pyramidum jactat miracula Memphis,
Sic Epheſus Triviæ Dædala fana capit.
Æratis Babylon muris ſic alta ſuperbit,
Regia Mauſoli ſic quoque buſta micant.
Non referam ſimulacra Iovis, Rhodiumque Coloſſum,
Non, quod mortales deliciasque vocant,
Non hortos, thermas, non Cæſaris Amphitheatrum,
Sed cedat, magno quicquid in orbe nitet.
Artis namque novæ natum eſt opus, arte magiſtra:
Id quod divini numinis inſtar erit.
Conflatis docuit libros quæ cudere ſignis,
Et preli dociles † exprimit * apte typos.
(1) Hic, ubi poſtremo deſcendit gurgite Mœnus,
Excipit & ſocias littore Rhenus aquas;
(2) Hanc peperit captis antiqua Moguntia muris,
Horrida dum triſtis fata canebat avis.

Et

† *exprimere.* apud Beyerlinck.
* f. arte.
(1) *Chalcographia primum Moguntiæ prodiit.*
(2) *Hic tangitur hiſtoria de capta Moguntia.*

Et lupus infrendens hoſtili percitus irâ,
Innocuas ſeptis dilacerabat oves.
Viperaque ut prodit, corroſo ventre parentis,
Factus ſic portis ars patefacta fuit.
Sæcula bis ſeptem numerabant ordine fati
Chriſtigenæ, hinc illis luſtra decemque dabant,
(3) Tertius ac orbis Friedericus frena regebat,
Candida qui placidæ nomina pacis habet.
(4) Littera de rigido quia nunc deducitur ære,
Chalco illam *graphiam* Græcia gnara vocat.
Teutonicæ gentis decus, immenſusque theſaurus,
Tempore qui priſco nullius uſus erat.
Quem non damnoſo tineæ corrumpere dente,
Neque ſitus turpi perdere labe, valent.
Auctorem quærunt, primos qui repperit † huius
Archetypos artis, primaque puncta tulit.
Decertantque duæ non parvi nominis urbes,
Quælibet artificem vendicat usque ſibi.
Anna-

(3) *Tempore* Friderici III. *Typographia eſt inventa.*
(4) *Unde Chalcographia nomen eſt ſortita.*
† humo. apud Beyerlinck.

Annaleſque tuos quidam, Germania, torquent,
 Bullatas nugas hac quoque parte vomunt.
Sed te ne fallat mendacis opinio vulgi,
 Illius referam quæ ſit origo rei:
(5) Clarus *Johannes* en *Gutenbergius* hic eſt,
 A quo ceu vivo flumine manat opus.
Hic eſt Aonidum cuſtos fidiſſimus; hic eſt,
 Qui referat latices, quos pede fodit equus.
(6) Quam veteres nobis argenti voce notarunt,
 A puero fertur ſuſtinuiſſe virum.
Illa ſed huic † civis largita eſt munera grata,
 Cui clarum nomen Mogus habere dedit.
Primitias illic cœpit formare laboris,
 Aſt hic maturum protulit artis opus.
Stemmate præſtabat, vicit virtute ſed illud,
 Dicitur hinc veræ nobilitatis Eques.

(7) An-

(5) Joh. Gutenbergus *primus typographiæ inventor.*

(6) *Chalcographia Argentinæ primum attentata & incepta, ſed Moguntiæ Colophonem accepit.*

† cujus, mendoſe apud *Beyerlinck.*

(7) Annulus in digitis erat illi occaſio prima,
Palladium ut cælo ſollicitaret opus.
Illum tentabat molli committere ceræ,
Redderet ut nomen littera ſculpta ſuum.
Reſpicit archetypos, auri veſtigia luſtrans,
Et ſecum tacitus talia verba refert:
Quam belle pandit certas hæc orbita voces,
Monſtrat & exactis apta reperta libris.
Quid, ſi nunc juſtos, æris ratione reducta,
Tentarem libros cudere mille modis?
(8) Robora proſpexit dehinc torcularia Bacchi,
Et dixit, preli forma ſit iſta novi.
Ac poſtquam nunc hac, illa nunc parte moratus,
Supplicibus votis ſidera celſa petit:
Magne pater ſuperum, verbo qui cuncta gubernas,
Elice, ſunt animo quæ meditata meo:
Namque potes, nec erit, quod non tua dextera poſſit,
Arguit hoc ingens mundus, inane Chaos.

(7) Inſignia aurei annuli prima occaſio chalcographiæ inveniendæ fuere.
(8) Preli typographici forma & unde occaſio ſumta.

Et liceat plenis pelagus tranſcurrere velis,
Littus ad optatum, quo rate tutus ero.
Te duce Pieridum conabor ſcandere rupes,
Tu modo luctanti porrige ſæpe manum.
Te ſine mens nil noſtra potis conarier unquam,
Flamine ni præſens pectora cœca regas.
Sit fas, æratos calamos vulgare per orbem,
Atque novas edant prela futura notas.
Dixit, & à læva tonitru reſonabat Olympus,
Iuppiter & voluit pondus habere preces.
Comprobat hoc Phœbus cithara, celebrisque Minerua,
Annuit & dulci turba novena chely.
Talibus auſpiciis divinos concipit ignes,
Ac iterum manibus ſedulus urget opus,
Et nunc ſollicitum curvo caput ungue retractat,
Nunc varias graphio luſtrat ubique vias.
Qualiter & negligit crudos ſine imagine natos
Urſa, * Calidonio monte relicta parens,

Quos

* l. Caledonio,

Quos tandem repetit, lambendo effingit, alitque,
Et fovet in tepido pignora blanda ſinu.
Sic auctor loca ſola petit, tacitosque receſſus,
Ac faſtiditum ſæpe relinquit opus.
Pœnitet & facti, retro veſtigia flectit,
Adque rudes fœtus fertque refertque pedem.
Hos colit, hos format, hos digerit ordine certo,
Ardet & inceptæ perficere artis opus.
Neque erat ulla dies Eoas vecta ſub auras,
Qua non ſit vigili littera ſculpta manu.
Atque † notas vocum finxit de duro orichalco,
Nobile Phœnicum quas dedit ingenium.
(9) Altera ſed rebus ſuccreſcit cura renatis,
Inventis uti mens generoſa nequit.
Implorat placidos Zephyros, & carbaſa pandit,
Hæret & in ſcopulis neſcius auxilii.

† novas. mendoſe apud *Beyerlinck*.
(9) *Magnæ typographiæ inveniendæ difficultas.*

Cumque illi ſtarent cælata toreumata magno,
Et labor anguſtas attenuabat opes.
Artis nec poterat certos * extundere fines,
Inceptum ſtatuit iamque relinquere opus,
(10) Conſiliis tandem FAUSTI perſuaſus amicis,
Viribus exhauſtis qui tulit auxilium ;
Addidit ac operi lucem, ſumptumque laboris,
FAUSTUS, Germanis munera fauſta ferens.
(11) Et * lævi ligno ſculpunt hi grammata prima,
Quæ poterat variis quisque referre modis.
Materiam bibulæ ſupponunt inde papyri,
Aptam quam libris littore Nilus alit.
Inſuper aptabant, mittit quas ſepia guttas,
Reddebat preſſas ſculpta tabella notas.
Sed

* l. extendere.

(10) Iohannes Fauſtus, *primi inventoris coadjutor.*

(11) *Experientia artis iam incepta circa tabulas ligneas, literis per ordinem inſculptis.*

* f. Ex.

Sed quia non poterat propria de claſſe character
Tolli, nec variis uſibus aptus erat,
(12) Illis ſuccurrit PETRUS cognomine SCHÆFFER,
Quo vix cælando promptior alter erat.
(13) Ille ſagax animi præclara toreumata finxit,
Quæ ſanxit *matris* nomine poſteritas.
Et primus vocum fundebat in ære figuras,
Innumeris cogi quæ potuere modis;
Hic nova ſpes oritur, redit in præcordia ſanguis,
Exultant animo, pectoris inque ſinu.
Abdita tecta petunt, agitur res teſtibus abſque,
Ne fieret populo ſordida præda levi.
Nata rudi primum res eſt tentata labore,
Mox vicit latebras ærea vena ſuas.
Ac horum poſtquam mordax eſt addita lima,
Omnibus hæc numeris reddidit illud opus.
† Fontibus e parvis creverunt flumina magna,

(12) Petrus Schæfer, *alter* Gutenbergi *adjutor*.

(13) *Vulgo* matrices *nominantur*.

† apud *Beyerlinck* v. 139-162. non exſtant.

Quæ nunc vix ſitiens Tibridis ora capit.
Atque rigant ſacro Germanos gurgite campos,
Sirius * excuſſit quos face ſæpe gravi.
Imparibus numeris cœleſtia numina gaudent,
Hoc opus exegit ſic quoque ſancta (14) Trias.
Illo primus erat tunc GUTENBERGUS in albo,
Alter erat FAUSTUS, tertius OPILIO.
Hic quoque tres aderant Charites, Iovis inclyta proles,
Laude celebrantes mentis & artis opus.
Hinc inter ſeſe magnis hi viribus inſtant,
Atque opus exercent nocte dieque novum.
Componunt certo certas pars ordine voces,
Pars forti torquent prela ſonora manu,
Emittunt varios, cudunt quos ære, libellos,
Queis nihil in vaſto gratius orbe fuit.

(15) Hos

* l. exuſſit.

(14) In *editione Verderiana* ita legitur; ſed in prima Moguntina eſt *Dryas*; ſenſu diverſiſſimo. *Tenzel.*

(15) Hos ſtupet Eous, miratur & Heſperus illos:
Gratantum plauſus ſidera celſa † ferit.
Antea nec tales vidit binominis Iſter.
Merces, nec Rhenus cornibus ipſe tulit.
Has quoque doctrinæ ſuſpexit Achaia mater,
Prætulit ac illas † Attalicis opibus.
† Nunc agiles manibus digitos librarius arctet,
Detque locum argutis vilis arundo typis.
Prelo nam plures deſcribunt unus & alter
Chartas, quam calamis officioſa cohors.
Res operoſa quidem eſt, blandis ſed grata Camœnis,
(16) Et nobis victum per tria luſtra dedit.
Utque molæ Plautus, lympharum ut ſæpe Cleanthes,

(15) *Magna artificii hujus admiratio.*
† petit apud *Beyerlinck.*
† Achaicis mendoſe apud *Beyerlinck.*
† Reliqua deficiunt apud *Beyerlinck.*
(16) Hinc diſcimus, *Arnoldum* ipſum per quindecim annos Correctoris in typographia onus ſuſtinuiſſe, quod *Mallincrot* aliique de eo annotarunt. *Tenzel.*

Illius *Arnoldus* ſic tulit æris onus.
Quid non paupertas, & rerum triſtis egeſtas
Imperat? innocuos impietate premit.
(17) Hæc ars e tenebris Muſas, vatesque reducit,
Certaque transacti temporis acta refert,
Senſibus hæc aperit cæcis oracla ſophorum,
Explicat & ſummi juſſa ſacrata Dei.
Detegit hæc artes, ac horrida fulmina mundi:
Depingit bullas illius atque leves.
Et tibi reſtituit tandem Germania lumen,
Argo centoculo ut cautior eſſe queas.
Purus & ut Phœbus tranſcendens climata mundi,
Illuſtrat radiis pectora quæque ſuis.
Pontigenam Cous tabula depinxit Apelles,
Et tulit hinc ſummum perpetuumque decus;
Multorum hæc oculos in ſe convertit & ora,
Tam fuerat docta linea ducta manu.
Con-

(17) *Laus Chalcographiæ.*

Conſpicuis ſignis Lyſippo gloria parta eſt,
His quoque paſcebat lumina vulgus iners.
Praxiteles Pario vincebat marmore plures,
Et multos alios vindicat artis honos.
Hæc monumenta licet ſolertia finxit ad unguem,
At nomen reſtat præter inane nihil.
Quid, niſi ſunt multis operata toreumata ſignis,
Et cinis, & rapidis attenuata notis?
Reſpice præterea naturæ ditia dona,
Et rerum varias rite videbis opes,
Frugifero tellus cornu quas parturit alma,
Inque ſinu fida ſedulitate fovet.
Sunt, quas extollit medica Podalyrius arte,
Hæc regum menſis digna, ſed illa Deûm.
Commendat nobis nonnullas rarior uſus,
Nonnullæ varia conditione juvant.
Dotibus innumeris ſylvæ, campique redundant,
Eminet & multa nobilitate mare.
Utilis uſus adeſt plantis, & gratia gemmis,
Munus Erythræi littoris eximium.

Quem non ſollicitant Pactoli littora rubri,
Stulti quæ referunt impia vota Midæ
At nemo cauſas rerum, & cum fœnore merces
Naturæ cunctas enumerare poteſt.
Scilicet eſt natis non parva potentia rebus,
Maxima ſed prelis, ingeniique bonis.
Namque animo præbent vires, & pectora formant,
Uſus at illarum corporis eſſe ſolet.
Aſtrææque vias poſſunt oſtendere certas,
Itur queis rutili lucida ad aſtra poli.
Spiritus ut corpus longo diſcrimine vincit,
Hæc bona ſic ſuperant, quicquid in orbe viret.
Hæc quia perpetuo florent monumenta vigore,
Solaque Phœnicis ſæcula longa vident,
Illos exſtirpat morſu curioſa vetuſtas,
Horridus ac illis Auſter & aura nocent.
Quæ tellus gignit, fortunæ injuria tollit;
Aſt horum poterit juris habere nihil.
Fertur & alma parens caput erexiſſe gravatum,
Atque hos inſolita voce dediſſe ſonos:

Quis Deus aſtrorum dedit hæc miracula mundo?
Non mea ſunt, ſed ſunt munera rara Deûm.
Vix ea finierat, ſequitur reſonabilis Echo,
Reſpondens matri, munera rara Deûm.
Sed quæ lingua poteſt juſta hæc extollere laude,
Queis nihil utilius maximus orbis habet?
(18) Æternas igitur grates tibi, GUTENBERGE,
Olim perſoluet vivida poſteritas.
Auricomum ut ſolem ſemper ſplendere videmus,
Sic tuus æterna laude nitebit honos.
Ibis ad Elyſios ornatus tempora campos,
Et tua nobiſcum fama perennis erit,
Atque omnis cantabit Jo tibi turba ſororum,
Ardua Pierii quæ juga montis amant.
Prima quidem laus eſt, niveo quoque digna lapillo,
Tradere ſi primus, quæ latuere, potes.
Eſtque minor virtus, inventis addere lucem,
Eruere at fontes, hoc opus artis erit.

Non

(18) *Laus* Joh. Gutenbergi *primi inventoris.*

Non tamen eſt Fauſti ſtudium, Petrique tacendum,
Sed dignus grata eſt poſteritate labor.
Hic dum cernebant raras procedere merces,
Sanxerunt dextris fœdera pacta ſuis:
Quæ Deus, aut fortuna dabit, communia ſunto;
Æqualis noſtrum ſitque laboris onus.
Fœdera ſed lucri raro concordia nutrit,
Indiga ſunt pacis, diſſidioque patent.
Sic poſtquam auctores quæſtus ſpes cœpit habendi,
Ad lites vertunt pectora capta leves.
In partes abeunt, ſinceraque pacta reſoluunt,
Et promiſſa cadunt irrita ſitque fides.
Cuilibet ut propriis ſerviret pergula prelis,
Et ſibi multijugas quisque pararet opes.
Non tulit injuſtas mens Gutenbergica rixas,
Teſtatur ſuperos fœdera rupta Deos.
Cauſa fori tandem pavidi defertur ad ora,
Scribitur ac illis dicta nefanda fori.
Tempore ſed longo res eſt tractata dicaci
Lite, hodie pendet iudicis inque ſinu.

Quæ

Quæ Deus in largos mittit mortalibus uſus,
Ad damnum vertit ſortis iniqua parens:
Utilitate ſcarent calidiſſima dona Promethi,
Hæc ſi quis licita commoditate ſovet:
Attamen egregias urbes hæc perdere cernis,
Longo quas ſtruxit tempore laſſa manus.
Quem latuit, rigidum præbet quæ commoda ferrum?
Sed pereunt illo millia multa virûm.
(19) Sic quæſtus ſtudio nunc quisque typographus atque
Bibliopola libros vendit, emitque novos.
Nec curæ eſt ulli, qua ſit liber arte politus.
Fœnoris ad fructus ſpectat auara cohors.
Sunt, quibus ingenii dotes natura negavit,
Et ſteriles merces iunxit Apollo quibus,
Hi negligunt ſancti quicquid veneranda vetuſtas

Pro-

(19) *Chalcographiæ librorumque abuſus,*

Prodidit, effingit normam ea turba novam:
Quidquid & his offert furor, atque licentia paſſim,
Exponunt populo ſæpe legenda rudi.
Fabricat hic nugas, hic rixas ſeminat atras,
Spargit & in vulgus quam vomit ipſe luem.
Barbariemque rudem major pars ructat in auras,
Commiſcent rebus ſicque profana ſacris.
Hos non dexteritas, nummi ſed cura doloſi
Allicit, ut tractent munera Pieridum.
Inſignes titulos alius præfigere gaudet,
Atque tibi imponit nomine ſæpe novo.
Neſcio quos auri montes promittere geſtit,
Mentem ſed fallunt aurea dicta tuam.
Pluraque nonnunquam promittit fronte libelli,
Quam quæ vix ingens bibliotheca daret.
Cætera pars quid agit? Prægnantia plauſtra papyri,
Invitis Muſis, commaculare ſolet.
Et piperis tortos diſcit curvare cucullos,
Chalcanto turpi quos laceravit iners.

Hos indignatur peregrinis mittere terris
Mœnus, & illorum ferre recuſat onus.
(20) Vendicat ac præſens ætas inſignia libris,
Et prima facie conſpicienda locat:
Sphingis & adhærent variis ænigmata linguis,
Solvere quæ ſolers Delius ipſe nequit.
Fatali hic framea vacuas diverberat auras,
Neſcio quas ſtrages hacque minatur idem.
Forſan, ut afflictis Pygmæum rebus in armis
Succurrat contra Strymonias volucres.
Aut, ut terreſtres mures, ranasque paluſtres
Sterneret armatus, Marte favente, furor.
Alter at Herculei nectit curvamina nodi,
Siſyphidi nunquam diſſoluenda duci.
Nonnullus niveum chartis aſciſcit olorem,
Anſeris at clangor per loca multa ſtrepit.
Exhibet Hyblæos flores hic mille colorum,

(20) *De typographorum inſigniis.*

Pro quibus accreſcit lappa ſubinde tenax.
Velaque dant ventis hi, quæ Fortuna gubernat,
Queis cupidos agitat per freta ſalſa viros.
Quilibet hoc fuco libris accedere lucem
Augurat, & fœdi ſpem capit inde lucri.
Sed quod picta refert chartis præfixa figura,
Poſſeſſor factis abnegat usque *piis.
Nemo virtutis præfert inſignia, nemo
Iuſtitiæ juſta corripit arma manu.
(21) Fronteque perfricta (tanta eſt inſania quæſtus)
Affigunt ſchedis hæc quoque iura ſuis.
Noſtra hæc meſſis erit, pandas hic contrahe falces;
Et noſtras ſegetes ſit tetigiſſe nefas.
Hic niſi cautus eris, grandi multabere pœna,
Hoc jubet Auguſti Cæſaris auctoritas.
Cæſaris auctoritas tales ſed vendere fumos
Edicto cavit, caſtaque ſcripta probat,

Quæ

* ſuis.

(21) *De typographorum privilegiis.*

Quæ non offendunt Curios caſtasque Sabinas,
Et redolent Samii dogmata dia ſenis.
(22) Adde, quod hæc furtis agitur res ſæpe nefandis,
At nihil intactum gens male ſana ſinit.
Hic nova dum rerum verſat volumina prelis,
Somnia monſtroſæ quæ novitatis habent,
Surripit hæc alius, jam vix incude retacta,
Subjicit & prelis turpia furta ſuis.
(23) Quin etiam volitant, ut noctua nocte, libelli,
Qui lucem fugiunt, nominibusque carent:
Cornua fronte gerunt, armata eſt dextera ferro,
Et tabo linguæ candida corda petunt.
His non juſtitiæ, nec recti candor in ore eſt,
Conviciis horum pagina nulla vacat.
Ut nova ſola placent ſtolidi mendacia vulgi,
Sic vitiis fervet mundus ubique novis:

C Has

(22) *De impoſturis typographorum.*
(23) *Anonymi libelli.*

Has lector, ſi pectus habes, fuge, diffuge Syrtes,
Et portus tuti littora tuta lege.
Ac patulas aures, exemplo fortis Ulyſſis,
Summove, ne blando detineare ſono.
(24) Inter ſed cunctos, queis candida prela laborant,
Emeruit primas Aldus, in arte potens.
Adſerit hanc laudem celebri candore laboris,
Fundat & Euganeas anchora ſacra rates.
Hunc vigili ſequitur ſtudio domus alta Frobeni,
Regia quam gremio fert Baſilea ſuo.
Huic albo confer *Schæferos*, artis avitæ
Cudendi libros quos pia fama manet.
Omnibus his junges, ſimili queis ære moneta
Exit, & incudes conſona ſcripta dabit.
Barbara turba vale, quæ nil niſi ſomnia vendis,
Flectis & a recto limite ſæpe pedes.
(25) Iactat & indoctos e plebe Philautia Momos,
Audent qui ſcriptis cuncta movere loco.

Pro-

(24) *Qui noſtri ſæculi præcipui typographi.*
(25) *De prelatariis ſcriptorculis, deque libellis famoſis.*

Protulit haud unquam tot fertilis Africa monſtra,
Scriptores quot nunc tempora noſtra leves.
Nec tot ſufflatas Lyciæ dant flumina ranas,
Ranas, quas viridis pœna coërcet aquæ.
Materies horum ronchi, nugæque canoræ,
Et quod mens agitat criminis omne nefas.
Affectant vitiis famam, virtute repoſta,
Ventoſo ut ſemper plebis in ore ſient.
Haud ita diſſimiles multum huic, qui templa Dianæ
Diruit, ardenti Mulciberique dedit.
Impia, ſub ſpecie veri, mendacia miſcent,
Atque ſtruunt tacito pectore mille dolos.
Hic ducibus barbam vellit, populique furorem
Excitat, & Furiis mœnia quæque petit.
*) Hinc alii contra gaudent obtrudere palpum,
Pectora plus iuſto qualibet atra probant.

*) f. Huic.

Blanditiis tollunt ſævos & ad aſtra tyrannos,
Nigraque dejiciunt Ditis ad antra pios.
Efflant ex uno, quod dicitur, ore calorem,
Atque gelu, & nimia garrulitate ſcatent.
Illudunt ſacris, applaudunt ſæpe profanis,
Fingitur ac albus, qui modo fuſcus erat.
Et quod quisque videt cæcæ per ſomnia noctis,
Mane per extremas ſpargit ad usque plagas.
Perque Deos jurat ſuperos, & numina terræ.
Eſſe crucifixi ſumma decreta Dei.
Omnia dente petunt, fœdant ſpurcaque ſaliva,
Digni qui Anticyræ præmia ſana ferant.
A quibus & Nemeſis turpiſſima facta repoſcat,
Quo meritas pœnas improba turba luat.
Principis ac princeps lacerat caput, atque tacenda
Conſilia in chartis vendere quisque ſolet.

De

(26) Libelli famoſi ſunt cauſa omnis ſeditionis.

De rebus magnis populi ſuffragia vana
Captant, quæ ſemper mens animoſa fugit.
Quid non audebit furioſa licentia vulgi,
Talia ſi primi dant documenta Duces?
Quæ non his oritur funeſta Tragœdia nugis?
Accendit quas non hæc quoque flamma faces? (27)
Ruſtica ſeditio belli cur cornua ſumpſit?
Chartæ pellaces hoc docuere nefas.
*) Has quoque Gorgoneo perfudit ſacra cruore,
Progenies vulgi, quam nova ſecta tenet.
Quæque Numam ſimulat modo relligione profana,
Et geminos fertur ferre ſub aure polos.
Omnia confundit, vertit ſurſumque deorſumque,

(27) His integrum diſtichon inſeruerat *Arnoldus*, quod mala fide *Verderius* expunxit:

Perfidus his fretus Gallus bella aſpera movit,
Hæc princeps Getici cauſa furoris erat.

Et gloriatur tamen *Verderius*, ſe Arnoldi carmen candori ſuo reſtituiſſe. Egregium vero candoris Gallici ſpecimen, quem tunc etiam Imperatori *Carolo V.* probavit *Franciſcus I.* Galliæ Rex, ab *Arnoldo* his verſibus notatum. *Tenzel*

*) f. His.

Ac gerras præter nil ſua ſylva crepas.
Hæc cauſa eſt Aquilæ Romanæ vellere pennas,
Atque aras magni commaculare Dei.
Non adeo lædunt Bombardæ fulmina dira:
Nil præter clades ſit licet illa tonent:
Nec tantum nocuit cuiquam vis ſæva cicutæ,
Quantum famoſi ſtigmata nigra libri.
His & mille modis eſſent hæc ſæpe notanda,
Aſt iter immodicum noſtra Thaleia fugit.
Nec molles Elegos, pugnacem at poſcit Jambum
Res, Satyræ & tetrico carmine digna foret.
(27) At tu, quem viridis, *Præſul clariſſime*, laurus,
Et toga plus pacis, quam fera bella iuvant,
Aſpice, famoſis læduntur ut omnia chartis,
Luditur his juvenis, decipiturque ſenex.
Utque ſonus volucrem, piſcem ut cibus unctus ineſcat:
Præſtigiis harum ſic cadit omnis homo.

Crede

(28) *Apoſtrophe ad Albertum Præſulem* &c.

Crede mihi, *Princeps*, harum ſpes maxima rerum,
Expugnant animos ſcripta retorta pios.
Ne dedigneris lapſis ſuccurrere rebus,
Hoc Pæan rogitat, Theſpiadumque chorus.
Præſidium mittet præſens tibi (29) *Carolus* ingens,
Inter Germanos gloria prima duces.
Nec minus illarum rerum negotia tractat,
Quam Solymi ut redimat ſacra ſepulchra ſoli:
Quove modo nunc corda ducum compeſcat iniqua,
Fœdera qui rumpunt pacis, & arma fremunt.
Et Deus omnipotens audentis facta juvabit,
Atque dabit ventis vela ſecunda tuis.
Elige Ariſtarchos, quorum cenſura, obelusque
Latrantes corvos arguat, atque notet.
Eiice degeneres animoſo pectore haliætos,
Legitimæ ut prolis conſpiciatur honos.

(29) *Carolus quintus.*

Dulciſonisque locum cygnis det garrula pica,
Audiat ac auris nil, niſi dulce melos.
Magnus Alexander, magnum qui terruit orbem,
Detentus tali ſæpe labore fuit.
Audebatque ducis vultus depingere nemo,
Præter Apelleas, arte juvante, manus.
Ne labor effigiem non veram redderet orbi,
Dedecus & pareret turpis imago duci.
Sic nec turpe puta, ſimili ratione cavere,
Barbarus ut docto cedat ubique viro.
Spongia famoſis incumbat ſæpe libellis,
Et cuſtos ornet lucida gemma libros.

Finis.

Moguntiæ ad Divum Victorem excudebat
Franciſcus Behem.
M. D. XLI.

*) ARTIS TYPOGRAPHICAE QUERIMONIA

De illiteratis quibusdam Typographis, propter quos in contemptum venit,

Auctore

HENRICO STEPHANO.

Epitaphia Græca & Latina doctorum quorundam Typographorum ab eodem ſcripta.

Anno MDLXIX.

Excudebat *Henricus Stephanus.*

(in 4to pl. 4½.)

Henr. Stephanus lectori bonis litteris bene cupienti S. D.

S*cribimus indocti doctique Poëmata paſſim*, exclamat *Horatius*, poſtquam dixit agendæ navis ignarum non audere eam agere; medicos, quod medicorum eſt, promittere,

 fabros

*) Extat cum pleriſque epitaphiis in *Mich. Mattairii* Tomo I. Hiſtoriæ Stephanorum pag. 293-303. abſque illis in *Theod. Ianſonii ab Almeloveen* diſſert. de vitis Stephanorum pag. 138-147. & præfatio ſola in *Sim. Maioli* Diebus Canicul. Tom. II. Colloq. VI. pag. 786. ed. Mogunt. 1615. fol.

fabros fabrilia tractare. In eandem vero ſententiam & alibi canit:

Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis,
Indoctusque pilæ, diſcive trochive, quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ:
Qui neſcit, verſus tamen audet fingere.

Hoc autem quam verum noſtra etiam ætate comperiatur, quotidie teſtantur miſera poëmata, quæ deferri videmus in *vicos vendentes thus & odores*, (ut hic quoque verba Horatiana uſurpem,) *& piper & quicquid chartis amicitur ineptis.* Sed quod ille de iis dixit, qui γράφουσι, multo etiam juſtius de iis dicemus, qui τυπογραφοῦσι poëmata, quamvis aliena, nec poëmata duntaxat, ſed alia aliorum quorumlibet ſcripta. Quid? doctrinam typographi & ejus, qui poemata ſcribit, parine in lance expendendam cenſes? Non equidem: ſed utrosque, ſi indocti ſint, æque ſuo in genere (ut ita loquar) indoctos eſſe & cenſeo & affirmo. Quantum enim multi hujus ſeculi verſificatores ab ea doctrinæ abſunt menſura, quam vel mediocris poëſis, (ſi liceret mediocribus eſſe poëtis,) deſiderat, tantum pleroſque typographos ab ea, quam ars illorum poſcit vel flagitat potius, abeſſe dico: ut de iis taceam, qui non ſunt indocti, id eſt, parum docti, aut etiam minus quam parum docti, ſed ne digni quidem ſunt, qui indocti vocentur, quum ſint prorſus analphabeti. Quid? (dicet

(dicet fortaſſe quispiam) quum tot librorum agmina ex tot typographorum officinis prodeant, quos omnis doctrinæ expertes eſſe conſtat, an ita neceſſariam illis eſſe litterarum cognitionem exiſtimas, ut a ſuis fertiliſſimis alioquin prelis, in quibus conſenuerunt, tanquam Ariſtophanicos Strepſiadas, ad tam ſeram ſcholam vocare, & veluti Pelias quosdam recoquere velis? Atqui ſi ideo typographicæ arti doctrina non eſt opus, quod multi eam indocti exerceant, ac de iis queri minime debeo: itidem certe poëticæ non eſſe neceſſariam, quod ab indoctis etiam multa proficiſci poëmata videamus, ideoque de illis immerito queſtum eſſe *Horatium* pronunciabimus. Niſi forte poëticæ quidem neceſſariam omnino eſſe poëticam, at typographicæ arti non item, dicet aliquis. Sed quo id ore dici a quoquam poterit? Itane vero librorum editio pro dignitate ab iis elaborari poterit, quibus nihil cum Muſis commune eſt? Itane vero artem, cuius velut tutelæ ac fidei litteræ hoc ſeculo commiſſæ ſunt, fideliter tractare litterarum imperitus poterit? Ecquid obſecro dicturum putamus *Aldum*, ſi nunc reviviſcens videat, ſucceſſiſſe ſibi typographos, quorum non minima pars vix pene aliud in libris, quam quomodo alba pagina diſcernenda ſit a nigra, intelligit? (Nam qui tantum profecerunt, ut Græca litterarum elementa poſſint a Latinis, Hebraica a Græcis diſcer-

diſcernere, atrocem ſibi fieri injuriam exiſtiment, ſi in numero indoctorum habeantur.) Quid vero dicturos M. illum *Muſurum* & *Ianum Laſcarin* putamus, in quibus primis Græcia reviviſcere cœpit, & qui principes in pandendo nobis ad linguæ adyta itinere fuerunt? quid inquam dicturos remur, ſi, quum ipſi tantum honoris arti typographicæ detulerint, ut non indignam exiſtimarint, cui ſuam operam navarent, fungentes munere correctorum; (liceat enim de rebus typographicis typographice loqui,) eo rem deveniſſe videant, ut ſi quis tria Latinæ linguæ verba totidemque Græcæ norit, typographicæ illius correctioni nobiliſſimi quique utriusque linguæ ſcriptores committantur? Quid enim obſecro aliud eſt, hanc in illos ſcriptores poteſtatem ejusmodi hominibus permittere, quam gladios furioſis in manus tradere? Eorum ego e numero quendam olim cognovi, illo correctoris munere tam crudeliter fungentem, ut omnibus locis in quibus vocem *precor* inveniebat, plagas infligeret, *percas* nimirum in locum illius ſubſtituens: itidemque ubi verbum *Exanimare* occurrebat, ipſum in *Examinare* mutaret: (adeo quidem ut & apud *Horatium* legeret: Cur me querelis examinas tuis?) quod nimirum hæc vox pariterque illa (ſicut aliæ prope infinitæ, in quas eandem tyrannidem exercebat,) Latinitatis eius terminos excederent, peregrinitatisque

da-

damnandæ ei viderentur. Porcos enim (ajebat) ſcio eſſe animalia quædam ſic vocata: at procos nec animalia, nec aliud in Latino ſignificare puto: interim malo vocem, de qua certus ſum, pro ea reponere. Alii ſunt, qui neque, quid nomen *Proci*, neque quid verbum *Exanimare* valeat, ignorent, ac Latina eſſe minime negent, in aliis item perinde tritis non hæſitent; ſed quum paulo iſtis rariora vocabula in eorum oculos incurrunt, ad ipſa tanquam monſtra quædam obſtupeſcant, atque adeo procul unum quodque hujusmodi vocabulum abigant, aliud ſibi familiare in eius locum advocantes, vel potius obtorto (ut ita dicam) collo pertrahentes. Exemplum autem ex multis unum, ſed valde inſigne, proferam. Quum dixiſſet *Horatius* epiſtola 2. libri prioris: *nunc adbibe puro pectore verba puer*, ad verbum hoc *adbibe* attonita frequens hujusmodi correctorum turba in *) *adhibe* mutavit: non unum una in voce, ſed multiplex erratum admittens, ut cuilibet, (qui modo illorum ſimilis non ſit,) manifeſtum eſſe poteſt. Et tamen in pluribus quam triginta diverſis editionibus præclaram illam

*) In una voce contra Syllabarum tempus bis peccavit Corrector, quali forſan uſus eſt Almeloveenius in ſuo notarum ad Rutilii fragmentum ſpicilegio, ubi (v. 76.) pro *nobilitate* reponitur *ferocitate*, tanquam melior lectio. *Maittaire.*

lam *) emendationem me videre memini. Ac certe vix tandem Lugdunenſi cuipiam correctori perſuaſi, ut poſthac inemendatum *Horatium* eo in verſu eſſe ſineret, id eſt ſuum *adbibe*, quod mendoſum ille putabat, et relinqueret. Viden' lector, viden' cum quibus nunc hominibus negotium ſit antiquis illis Latinæ linguæ ſcriptoribus? Nam de Græcis quid attinet dicere? Græcæ linguæ penetralia ingreſſi ſunt ſcilicet, qui Latinam vix a limine ſalutarunt: aut ab illis multum ſperandum eſt, qui ipſis librorum frontibus ignorantiæ ſuæ imaginem ad vivum expreſſam præfigunt. Sic nuper ex quadam Germanica officina (urbis enim nomini parco) prodiit Græcus liber, in cuius fronte quum diligentiam in eo adhibitam commendare vellet is, cui hanc prouinciam demandarat typographus, in eo ipſo verbo, quo emendatum ſignificare voluit, tribus fœdiſſimis erravit modis, non typographicis quidem illis, id eſt, non ex operarum incuria, ſed ex mera linguæ Græcæ ignorantia aperte profiſciſcentibus. Atque ita miſer typographus, dum honorifico titulo commendatam eſſe editionem ſuam exiſtimavit, contra ſuo ipſemet

*) At quis non miretur in Horatio typis regiis 1642. excuſo legi: *adhibe*? Lambinus in ſuis notis hanc vitioſam notavit ſcripturam, & Cruquius monet in omnibus ſcriptis codicibus haberi: *adhibe*. *Mattaire*.

met præconio (tanquam ſuo ſe gladio iugulans) illam infamavit. Quod vero omnium maxime ridiculum eſt, videmus paſſim typographorum epiſtolas Latinas, interdum & Græcas, quorum plurimi ne primum quidem earum verbum intelligere, nonnulli ne legere quidem illas poſſunt. Quam multa vero inſuper mala hæc typographorum ignorantia invehat, alias erit fortaſſe dicendi locus. Sed interim, (quum hunc tam miſerum tamque calamitoſum artis typographicæ ſtatum ſæpenumero mecum deploraſſem,) continere me non potui, quin omnibus, qui Muſas eo proſequuntur & amore & honore, quo merentur, luctum meum teſtatum relinquerem, vel potius illos in eius partem, (tanquam de meo tantundem detracturus,) vocarem. Qui tamen multo certe libentius vindices tantæ miſeriæ & injuriæ quam deploratores advocaturus eram, ſi quos usquam gentium repertum iri exiſtimaſſem. Hinc tandem erupit illa, quam nunc edo, querimonia, inter innumeras occupationes a me ſcripta, nec tamen ex ullo odio, vel ex invidia, (eſt enim DEI beneficio, cur invidear ab ὁμοτέχνοις, potius quam cur invideam,) ſed ex animo gravi indignatione percito profecta. Verum dicet quiſpiam, Heus tu, non meminiſti verſus Horatiani, quem initio huius epiſtolæ protuliſti? *Scribimus indocti, doctique poëmata paſſim:* annon & in tuum poëma eundem iactatum

tum iri exiſtimas? Immo vero & memini, & me primum omnium in illorum, non in horum numero colloco, ſed ut aggredi illuc auderem, fecit hic alius Satyrici verſus; *Si natura negat, facit indignatio verſum.* Vale.

Artis Typographicæ Querimonia

De illiteratis quibusdam Typographis, propter quos in contemptum venit,

Auctore
HENRICO STEPHANO.

Illa ego quæ quondam, cœlo ut delapſa, colebar,
Illa ego, quæ multis numinis inſtar eram:
Quam comitem addiderant mundi miracula ſeptem,
Quæ decima Aonidum ſum numerata ſoror:
Deliciæ humani generis vocitata per orbem,
Quæ vocitabar amor deliciæque Deûm:
Heu mihi, nunc miſeram contempta ingloria vitam,
(Si tamen hæc vitæ eſt nomine digna,) traho.

Nunc

Hinc traho quod ſuper eſt, per mille opprobria, vitæ,
 Sicque meæ laudi vivo ſuperſtes ego.
Vos, quorum animos vulgi non faſcinat error,
 Nec ſua credulitas credere falſa jubet,
Me (quæſo) indicta damnari expendite cauſſa,
 Nec peragi juſti judicis ore ream.
Crimina multa quidem ex omni me parte laceſſunt:
 (Fœta ſubinde novis pectora livor habes)
Sed duo præcipue noſtram oppugnantia famam,
 Implerunt acri quæ mihi bile jecur.
Me veterum auctorum clamant peſtemque luemque,
 Sacrilega hos clamant me violare manu.
Sentinamque operum dicunt proferre novorum,
 Quam piper & triviis ſalgama nota manent.
Nimirum hæc ea ſunt, quæ me duo crimina vexant,
 Inque odium reliquis quæ rapuere magis.
At non jure in jus me dico fuiſſe vocatam:

Nam quæ non pecco, * quare luenda mihi?
Non peccare autem, ſuffragia veſtra probabunt,
  Si patiens auris, candida mensque ſinat.
Namque age, Mavortis ſi quis ſibi ſumſerit arma,
  Sed qui non itidem Martia corda gerat;
Si capiti galeam laterique accommodet enſem,
  Si parma & telis inſtruat ille manum:
Vixque tamen viſis vertat terga hoſtibus idem,
  Parmam cum telis excutiente metu;
Iſtane Mavortis culpa eſt? num portio laudis
  Idcirco Marti deperit ulla ſuæ?
Sive lyram pulſet lyricæ qui neſcius artis,
  Et miſeras aures enecet usque ſonis,
An Phoebus debet culpam aut præſtare Camœnæ?
  Aut lyricæ hoc artis dedecus eſſe poteſt?
Si chartas nunc ergo meas, ſi prela typosque,
  Inſtrumenta operis quotquot miniſtra mei
Turba ne docta malos indocte vertit in uſus,

Num

* Sic Henr. Stephanus in ſua editione. Almeloveenius bene repoſuit *ſuntne.*

Num merito in partem criminis ipſa vocer?
Siccine ſim adjutrix illis fautrixque putanda,
Quos cane quos odi pejus & angue palam?
Atque adeo quod velle licet, ſi poſſe daretur,
Jam factis odium teſtificata forem.
Sed quid agam? quæ dii tolerant, tolerare recuſem?
At faſtu dicar nunc tumefacta novo.
Optavi quoties, tenebris adoperta laterent?
Quæ mea nunc lucem munera cunque vident.
Nec ſolum hoc, aliis oneravimus æthera votis:
Omnia quæ celeres diripuere Noti.
Iidem debuerant etiam rapuiſſe dolorem,
Qui menti requiem ſurripit usque meæ.
Hei mihi quod propriis patior nunc vulnera telis,
Armaque me contra ſunt fabricata mihi.
Nam queis barbaries a me proſternitur armis,
Quotquot & errorum turpia monſtra latent:
Denique queis fœdas expello mente tenebras,
Me dominam illa ſuam nunc male ſana petunt.

Vulnera forſitan hæc dices non eſſe cruenta,
Eſſe cruenta quidem vulnera, & ipſa nego:
Nobilitate animus ſed quanto corpore præſtat,
Vulnera tanto animi quis graviora neget?
Utque bono patri dolor ingens improba proles,
Objicit hanc illi qui tamen, ille gravat:
Vulnera ſic per ſe ſunt noſtra graviſſima, linguæ
Sed multo reddunt aſperiora malæ.
Me miſeram: incipiunt quoties effundere virus,
Et probris nomen dilacerare meum,
Terra mihi toties opto mihi terra dehiſcat:
Horror ad has voces pectora tantus habet.
Nam veterum auctorum quum ſim columenque ſalusque,
Illorum labes perniciesque vocor.
Turba equidem (fateor) me multa profeſſa magiſtrum,
In ſcripta illorum perpetrat omne nefas:
Atque manu illota quæ ſunt ſacrata profanat,
Quam vel ſacrilegam dicere jure queas.
Sed gregis iſtius ſi dicor iure magiſtra,
Si tanti ſceleris conſcia credor ego,
Nempe

Nempe fugax itidem eſt miles, Mavortis alumnus,
Eſt itidem trepidæ conſcius ille fugæ.
Et quicunque malus toto citharœdus in orbe,
Scilicet illius, Phœbe, magiſter eris.
Sic mala dicetur textrix a Pallade doctâ,
Vulcanusque malum ſic docuiſſe fabrum.
Dicendusne meus, quicunque typographus audit,
Et chartas graphicis implet ubique typis?
Atqui turba iſto titulo nunc multa ſuperbit,
Quæ porcos fuerit paſcere digna magis.
Vix norunt ipſas multi de nomine Muſas,
Vix norunt Muſis aut Helicona ſacrum.
Quid dico; pudet his longe graviora profari,
Atque magis poſſint quæ ſuperare fidem:
Proh pudor, haud rarus numero reperitur in illo,
Nominis ignorans ipſa elementa ſui.
I nunc, & veterum fœdata volumina multis
Mirare ac multis contemerata modis:
Agmina ſcriptorum graphicos & multa novorum

(Hoc eſt, nugarum plauſtra) dediſſe typos.
Quid mirum? ut cœcus diſcernit nemo colores,
Horum diſcernit ſic quoque turba nihil.
(Fallor ego, atra ſciunt quæ pagina, quæque ſit alba,
Hac, fateor, cæcos re ſuperare queunt)
Audio ſæpe illas & veſtro ex ore querelas,
O queis lingua in me felle madere ſolet.
Qualia ſed de illis vos audio ſæpe querentes,
Talia de vobis diſcite quisque queri.
Namque (quod indignum eſt) numero cenſetis eodem
Artificesque malos, artificesque bonos.
Atqui noſtrum equidem decus hi cenſentur: at illi
Sunt mihi, ſunt ſeclo dedecus atque pudor.
Hi nempe eſſe mei merito dicentur alumni,
Hi mea cura viri, deliciæque meæ:
Grexque adeo meus hi; (per totum ſi tamen orbem
Quinque decet vel ſex nomen habere gregis.)
Illos contra oculi mihi ſunt animusque peroſi

Exoſa

Exoſa illorum nuda vel umbra mihi.
Inſtrumenta quidem mea nunc famulantur & illis:
Eſſe ſed hæc prædam, non mea dona, puta.
Artifices appello malos (ne neſcius erres)
Non quo vulgus eos more vocare ſolet:
Sed jejuna quibus doctrinæ pectora, quorum
Ad Latios auris ſtat ſtupefacta ſonos.
Artifices hos nempe malos ego conqueror eſſe,
Hos fidei artifices conqueror eſſe malæ:
Ornamenta licet conquirant undique libris,
Quæ dare cunque poteſt ulla perita manus.
Namque quod humano mens eſt in corpore, quod mens
Præſtare humano corpore clauſa poteſt.
Hoc opere in noſtro præſtat correctio: (voci
Fas uſum veteri ſit tribuiſſe novum)
Hæc fugata ſcriptis tenebras, lucemque reducit,
Una hæc cum mendis aſpera bella gerit,
At taurus ſumtis carpet prius aëra pennis,
Aut liquidas pinnis ille natabit aquas,

Et prius in ſylvas prorumpet ab æquore delphin,
Notaque ſetoſis gramina tundet apris,
Illo tam inſigni quam munere fungier unquam,
Et ſacro Muſis, turba profana queat.
Lumina ſunt nobis aliena vicaria, dicunt,
Seque ſat armatos hac ratione putant.
Atqui oculo alterius nolle in re fidere parvâ,
In tanta eſt quantus fidere velle furor?
Resne typographica eſt (mihi cor exæſtuat ira)
Vilis ita ut cuivis poſthabeatur equo?
Namque oculum domini (cunctis res prodita ſeclis)
Pinguis ut evadat, poſcere fertur equus.
Sed quid ego hæc fruſtra? canitur nam fabula ſurdis,
Et ſi quid ſurdis ſurdius eſſe poteſt.
Ergo libet noſtras tandem finire querelas,
Et tandem dicto claudere multa brevi.
Ut quidam e Sophiæ fertur dixiſſe magiſtris,
Mille auditorum eſt unicus iſte loco:
Sic prudens judex, recti ſtudioſus & æqui,
Multorum nobis unicus inſtar erit.

ΕΠΙΤΑΦΙΑ ΤΥΠΟΓΡΑΦΩΝ
τινῶν εὐπαιδεύτων.

EPITAPHIA
DOCTORUM QUORUNDAM
TYPOGRAPHORUM
Auctore
HENRICO STEPHANO
Typographo.

Ἄλδου Μανουτίου Ἐπιτάφιον.

Ἄλδος ὅδ᾽, ὃς τέχνης φάος ἦν μέγα βιβλοδο-
τείρας,
Ἄλδος, ἔρεισμα τέχνης καὶ μέγ᾽ ὄνειαρ ἐών.
Παιδείης γὰρ ἐῆς καμάτοισι καὶ ὄλβου ἀφειδῶν
Οὔτε τελυγετὴν τὴν δ᾽ ἀτίταλλε πάϊν.
Βίβλων ἦν τέχνη πολίων τελέθεσκε δότειρα,
Ἄλδος δ᾽ αὖ τέχνῃ ἦν βιόδωρος ἐῇ.

Aldi Manutii Epitaphium.

Tam clarum quod nomen habent totum-
que per orbem,
Sunt vaga Graiorum tot monimenta vi-
rûm:
Hoc debent Aldo muſarum quotquot alumni,

Qui graphicis primus tradidit illa typis.
Utque illi decus hoc nullis labefiat ab annis,
Providet Aonii ſedula turba chori.
Doctrinæ eſt dum nunc in paucos prodiga tantæ,
Quanta ejus graphicos eſt comitata typos.

Ἰωδώκου a) Βαδίου ἐπιτάφιον.

Κεῖνος ὁ καὶ Μούσαις καὶ Ἄρηϊ περισσὰ πονήσας,
Παρισίῳ Βάδιος κεύθεται ἐν δαπέδῳ·
Βίβλους μὲν Μούσαισιν, Ἄρηϊ δὲ ἄρσενας υἱούς,
Ἔργανα b) εἰρήνης, ἔργανα c) καὶ πολέμου.
Καὶ τάχα δ' ἔτκε πατὴρ ἴσων παίδων τε βίβλωντε,
Εἰ, ὅτε βιβλοτοκεῖν, ἤρξατο παιδοτοκεῖν.

Jodoci Badii Epitaphium.

Hic liberorum plurimorum qui parens,
Parens librorum plurimorum qui fuit,
Situs *Jodocus Badius* eſt *Aſcenſius.*
Plures fuerunt liberis tamen libri,
Quod jam ſeneſcens cœpit illos gignere,
Ætate florens cœpit hos quod edere.

Ejusdem aliud.

Hac tumulatus humo, ſibi qui, jam feſſus ab annis,
Spon-

a) Exſtat apud *Maittaire* l. c. p. 109.
b) & c) Ὄργανα apud *Maittaire.*

Sponte typographicum congeminavit o-
nus.
Luci dum libros libriſque ferentia lucem
Scripta ſui fœtus tradidit ingenii.
Quæ digna eſſe ſua nobis eſt laude fatendum,
Digna ſuo ut ſeclo nemo negare poteſt.

Κονράδου d) Βαδίου ἐπιτάφιον.

Ἐνθάδε Κονρᾶδον Βάδιον κατὰ γαῖα καλύπτει
Χαλκογράφον, Μουσῶν καὶ θεράποντα μέγαν.
Ἔπλετο γὰρ Μούσαις πεφιλημένος ἔξοχα πατρὸς,
Ἔξοχα καὶ δώροις τῶν δ' ἐκέκαςο πατρός.
Ἀλλ' ὅσσον δώρων ὅγε πλείονος ἔλλαχε μέτρου,
Ἥσσονα ἡ γενετὴρ ἔλλαχε μέτρα βίου.

Conradi Badii Epitaphium.

Quod patri haud dederant rudioris tem-
pora ſecli,
Addiderant large tempora noſtra tibi.
Doctrinæ hæredi tibi nam *Conrade* paternæ
Acceſſit cultus gratia magna novi.
Sed ſuperi dotes tibi quantum auxere pater-
nas,
Tantum ævi fines diminuere tui.

Κον-

d) Extat apud *Maittaire* l. c. p. 191.

Κονράδου *) Νεοβαρίου ἐπιτάφιον.

Καὶ σὺ τυπογραφικῆς μόλες ἂν ποτὶ πείρατα τέχνης,
Εἴγε πρόωρόν σοι μὴ πέρας ἦλθε βίου.
Ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἀτελεῖς τοὺς σοὺς προλέλοιπας ἀέθλους,
Ἐσσὶ γ᾽ ὅμως τελέου ἄξιος ἐσσὶ κλέους.
Οὐκ ἀπὸ γὰρ κάμνοντα μόρος σ᾽ ἕλεν, ἀλλ᾽ ἄρα μέσσου,
Ὥσπερ ἀεθλητὴν ἥρπασεν ἐκ σαδίου.

Ἄλλο.

Ἐνθάδε Κονρᾶδος κεῖμαι, οὗ πολλὰ καμόντος,
Μάρτυρα τῶν καμάτων οὐκ πόρεν ἔργα βίος.
Μάρτυς δ᾽ ἐστὶν ἐμοὶ καμάτων μόρος· ἢ γὰρ ἐκείνους
Τοὺς καμάτους βιότῳ συγκατέμαρψεν ἐμῷ.

Ἄλλο.

Κύδιμος ἐκ καμάτων ἄλλοις βίος, οἱ δ᾽ ἐμοὶ ἄρδην
Οἴχονται, θάνατον μοῦνον ἐφελκόμενοι.

Conradi Neobarii Epitaphium.

Doctrina paucis, nulli probitate *e*) ſecundus,
Conradus fato hic accelerante jacet.
Namque typographicæ labor hunc, labor improbus artis
Inco-

*) Exſtat apud *Maittaire* pag. 301.
e) pietate, apud *Maittaire*.

Incolumem Muſis noluit eſſe diu.
Sed tandem, longo capitis comitante dolore,
Illum, Muſarum ſpem pariterque rapit.

Λουδοΐκου Τιλετάνου ἐπιτάφιον.

Καὶ οὗδε ταῖς Μούσαις φίλον ἦν κάρα, ὃς φιλεύσας
Ἀντιφίλει, τούτων ἄξιον ἦθος ἔχων.
Ἀλλὰ τυπογραφικῆς λίπεν ὅσσα ποιήματα τέχνης,
Οὐκ ἄρα τῆς κείνου ἄξια εὐφυΐης.
Καὶ γὰρ ὑπὲρ δύναμιν τολμάντι φοβούμενος ἔργον,
Οὐ μεγάτολμος ἔην οὐδέγε καδδύναμιν.

Ludovici Tiletani Epitaphium.

Notus & hic Muſis, charus fuit hic quoque Muſis,
Et dignus Muſis huic quoque candor erat.
Non ſat digna illis tamen hic monumenta reliquit,
Judiciove ſuo digna, vel ingenio.
Dum ſiquidem majora timet ne viribus auſit,
Auſus viribus eſt illa minora ſuis.

Ἀδριανοῦ f) Τουρνέβου ἐπιτάφιον.

Τιμηθεὶς Μούσαις, τιμήσας Τούρνεβε Μούσας,
Τιμὴ καὶ τέχνης ἦσθα τυπογραφικῆς.

Ἀλλὰ

f) Extat apud *Maittaire* l. c. p. 112.

Ἀλλὰ τέχνην κατέλυσας, ἀγνῶν προςάγματι πειθεὶς
Μουσάων, τιμῆς αἲ Φθίνεοι γε τόσης.
Ὡς δ᾽ ἔτι καὶ σοφίης Φθόνεον σῆς ἄμμιν ἐκεῖναι,
Καὶ βίοτον σοφίῃ συγκατέλυσας ἄφαρ.

Adriani Turnebi Epitaphium.

Muſarum multis jam functus honoribus ille
Turnebus, ſacri maxima cura chori.
Ferre typographica voluit quoque nomen ab arte:
Nomen ei potius ſed dedit atque decus.
Calliope invidit prela hanc geſtare coronam:
Protinus ergo artem deſinat ille jubet.
Mox eadem toti *Turnebum* invidit & orbi:
Sic cum vita artem deſiit ille ſuam.

Libuit & hæc epigrammata in Turnebi laudem à me ante aliquot menſes ſcripta præcedentibus epitaphiis adjungere. Eſt autem ea ſcripturæ g) diverſitas, quem in ejus nomine vides, petita ex libertate ſive licentia illa, qua in hujusmodi nominibus uti poëtæ conſueverunt.

Τουρ-

g) Τούρνεβος, Τούρνηβος, *Turnĕbus*, *Turnēbus*. Lege *Adriani Turnebi* tumulum excuſum apud F. Morel. 1565. Ipſe tamen ſe ſcribebat Τούρνεβου Lege epiſt. præfixam Æſchylo, Sophocli, Syneſio, Philoni, *Maittaire*.

[illegible]βεω b) μὲν πρὶν κλέος ἔπλετο οὐρανόμηκες,
  νῦν δ' αὐτοῦ, ψυχὴ οὐρανοῦ ἐνναέτις.
Καὶ γὰρ ἐπιχθονίης σοφίης δεδαημένη ἄκρα,
  ἤλθε. καὶ οὐρανίης ἄκρα δαησομένη.

In Adriani Turnebi Tumulum.

In manes ingrata tuos hæc ora feruntur,
  Quod taceant te, à te quæ didicere loqui.
Sed reus hujus agi malo, chariſſime, laudes
  Ingenii culpa quam tenuare tuas.
Ergo alii laudent: ego tantum epigrammate teſtor,
  Laudibus haud ullum par epigramma tuis.

In eundem.

Cur placuit cunctis *Turnebus?* cur tot amici
  Illi, vix hoſtes unus & alter erant?
Cur placuit cunctis? tot linguis lingua diſerta
  Tome illi potuit conciliare viros?
Cur placuit cunctis? an quos certare videbant
  Judicii dotes dotibus ingenii?
Cur placuit cunctis? cunctas placuitne quod artes
  Excoluit Grajas, excoluit Latias?
Cur placuit cunctis? an quod totusque lepores

Spira-

b) Ad calcem Epiſtulæ præfixæ Herodoto 1566.

Spiraret, totus quod lepidosque ſales?
Cauſæ equidem ſunt hæ, ſed & hæc eſt maxima cauſa,
Is placuit cunctis, quod ſibi non placuit.

Ἰλέρμου i) Μωρελίου ἐπιτάφιον.

Ἔμμουσος κἀν οὗτος ἀνὴρ, ᾧ καίπερ ἄμετρος,
Ἔσκε τυπογραφικῆς εὐκάματος κάματος,
ἔσχατα δὲ πρώτοις παρομοίϊα οὐ πέλεν ἔργα,
Ἀλλ' εὐτεχνίῃ ἦν πάμπολυ λειπόμενα,
ἐξ οὐ γὰρ Χριστῷ κεῖνος παναπιστος ἐτύχθη,
Ὀυκέτι ἡ τέχνη πιστὴ ἀπίστῳ ἔην.

Guilielmi Morelii Epitaphium.

Doctus & hic quondam, magni patiensque laboris,
(Auxilia hæc artis magna typographicæ.)
Sed quod non hujus reſpondent ultima primis,
Ars bene fida prius, nec bene fida manet.
Ne mirare, fidem quod & ars ſua fregerit illi:
Namque datam Chriſto fregerat ille fidem. k)

Ιωάν.

i) Exſtat apud *Maittaire* l. c. p. 562.

k) Ex his verſibus conjicit *Mich. Maittaire* l. c. pag. 362. eum à religione reformata ad papiſticam tranſiviſſe.

Ἰωάννου *) Ὀπωρίνου ἐπιτάφιον.

Τοῦ δὴ πόνοι Μουσεῖα τετεύχασι μυριόβιβλα,
Ἐς γὰρ φῶς βίβλων ἤγαγε μυριάδας,
Ἀρχαίων καινῶν τε ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε·
Πολλῶν θ' εἰς σκοτίην ἔπρεπεν, οὐχὶ φάος.
Οὐμὴν δ' σκαιὸς καὶ ἀγράμματος ἔσκε τυπωτὴς,
Κρῖνε δὲ (φεῦ) λῶον, πάντα τυπῶν ἀκρίτως.

Ioannis Oporini Epitaphium.

Hic dum librorum donat tot millia luce,
Poſcat ut his orbem bibliotheca novum,
Luce etiam dum dat nigris mage digna tenebris,
Doctrinæ haud rudis eſt, judiciove caret.
Sed cum delectu libros committere prelis,
Et cum judicio, judicat eſſe nefas.

Ῥωβέρτου †) Στεφάνου ἐπιτάφιον.

Ῥωβέρτου δίζῃ Στεφάνου τάφον, ὦ παροδῖτα;
Ἐνθάδε οὐ δίζῃ, ἀλλαχοῦ ἐστι τάφος.

E Ἀλ-

*) Exſtat apud *Maittaire* p. 302.

†) Exſtat apud *Maittaire* l. c. p. 106. ſq.

Ἀλλαχοῦ ἐςὶ τάφος καὶ πολλαχοῦ, ὦ παροδῖτα,
　'Οσσαχοῦ αἱ Μοῦσαι ναιετάουσι δόμους.

Ἄλλο.

Τὸν μόχθοις ἀδάμαςον ἐτῶν ἀδάμαςον ἀνάγκη,
　Κὴρ ἡ πανδαμάτωρ νῦν ἐδάμασσεν ἐμέ.
Ἀλλ' ἀδάμαςα μένει καὶ ἀγήρατα, ὅσσ' ἐμόγησα,
　Χάρματα τοῖς ἀγαθοῖς, ἄλγεα τοῖς φθονεροῖς.

Ἄλλο.

Πάντ' ἐγὼ ἔν τε πόνοις ἐπέρων βίον ἔν τε μερίμναις,
　Πρὸς Μούσας ἄπονον προξενίων ἀτραπόν·
Νῦν δ' εὗρον κατάπαυμα πόνων, κατάπαυμα μεριμνῶν,
　Εὗρον ὅτ' αἰδρανίος καὶ κατάπαυμα βίου.
Ἀλλὰ πόνων τέκνοις καινῶν ταμιεῖα λέλοιπα,
　Ὄφρα πονῶσ' ἔτι νῦν ἀντ' ἐμοῦ οἱ ἀπ' ἐμοῦ.

Ἄλλο.

Τυτθὸς ἐγὼ τόγε σῶμα, μεγάψυχος δέ τυ ἔσχον
　Καὶ μεγαλουργὸς ἀνὴρ, ὃν μεγαληγόρος ἦν.
Σώματος ἡμετέρου καὶ ψυχῆς μάρτυρες ἔςων,
　Τοῦ δὲ μὲν, οἱ ἀπ' ἐμοῦ, τῆς δὲ, καὶ οἱ μετ' ἐμέ.

Ἄλλο.

Οἱ Στέφανος Στεφάνου ςεφάνῳ Στέφανον ςεφανῶσιν,
　Εἴη καὶ Στεφάνους νῦν Στέφανον ςεφανοῦν.

Roberti *) Stephani Epitaphium.

Si poſſet calamis, ſi chartæ ſenſus ineſſe,
Sique typographicis ſenſus ineſſe typis:
Atramentum ullis eſſet ſi ſenſibus auctum;
Jam pridem in lachrymas hæc liquefacta forent.
In lachrymas liquefacta forent, ſuperata dolore,
Concepto ex chari funeribus *Stephani.*
Sed bene quod ſalvi nobis calamique typique,
Officio fungi nunc meliore queunt:
Ut *Stephano*, per quem tantum ſunt nomen adepti,
Reddant, tollentes nomen ad aſtra, vicem.

Aliud.

Ars inventa quidem, verum imperfecta manebat,
Et rudis, ut multæ ars artis egeret adhuc.
Roberti ſed in arte rudi ſolertia fecit,
Lambendo fœtus quod facit urſa ſuos.
Sic decus huic tulit ars, ſed & hic decus attulit arti:
Jamque uter utri plus debeat, ambiguum eſt.

*) Extant apud *Mattaire* l. c. p. 103, ſq.

Aliud.

Quo labor aſſiduus penetret comes additus arti,
Roberti ante omnes arſque laborque docent.
Nec mirum, artifices quod tot ſuperaverit unus,
Quot tulit hæc ætas, & quot avita tulit:
Namque labori alios dare brachia victa videmus:
At labor huic contra brachia victa dedit.

Aliud.

Hujus in æternum monimenta operoſa loquuntur,
Sparſa per auricomi ſolis utrumque latus;
Egregiæ quantum Naturæ Ars addita poſſit,
Et cum Natura junctus & Arte labor.

Aliud.

Qui fuerat Pylios caneſcere dignus in annos,
Illius viridis fata ſenecta ſubit.
Deſerit imperfecta illum vita, ille viciſſim
Imperfecta artis deſerit acta ſuæ.
Ne qui alios primis vitæ ſuperavit in annis,
Fiat in extremis victor & ipſe ſui.

Aliud.

Ergo typographicæ princeps celeberrimus artis
Occidit, & periit nobilis artis honos.

Occi-

Occidit heu! luſtris bis ſex nondum ille peractis,
Cumæos dignus qui geminare dies.
Occidit? imò equidem vivit, vivetque per orbem,
Dum fuerit Muſis ullus in orbe locus.
Quique rogo eripuit libros medioque ſepulchro,
Per libros buſtis ille ſuperſtes erit.

Aliud.

Donec in Hebraïcis perarata oracula chartis
Sunt manſura, (viris maxima cura piis,)
Donec erunt Græci ſcriptores atque Latini,
Præco tuæ laudis maximus orbis erit.

Aliud.

Regius emerui (me noſce) Typograpus eſſe,
Franciſco & dignos Rege tenere typos.
Munificam Regis dextram, cor Regis amicum,
Tutricem emerui Regis habere manum.
Regia quin etiam, plusquam quoque Regia nobis
(Teſte vel invidia) mens animusque fuit.
Sic Regis ſpe magna etiam majora reliquit
Ars mea, verum animo cuncta minora meo.

Aliud.

Vivere contentus potuiſſem rure paterno,
Carpere & in patriis otia grata bonis.
Sed mihi Muſarum juveni placuere labores,
Vani autem juvenum diſplicuere joci:
Dulcia ſpreviſſet quumque otia noſtra juventus,
Hæc eadem ſprevit noſtra ſenecta magis.
At tu poſteritas noſtro gratare labori,
Per quem pinguia ſunt otia parta tibi.

HENRICUS STEPHANUS

Lectori.

Cui ſuſpecta mei mea ſunt præconia patris,
Præconesque alios illius eſſe cupit;
Saltem oculos adhibens teſtes ad facta parentis,
Non mihi, non alii, credat at ille ſibi.

Ioannis Frobenii Typographi celeberrimi Epitaphia ideo in hunc locum reſervavi, quod mea non ſint, ut cætera, ſed *Deſiderii Eraſmi* Epiſtolarum libro XXIII.

Epi-

Epitaphium *) Ioannis Frobenii,

per *Deſiderium Eraſmum Roterod.*

Arida *Ioannis* tegit hic lapis oſſa *Frobeni*,
Orbe viret toto neſcia fama mori.
Moribus hanc niveis meruit ſtudiisque juvandis,
Quæ nunc mœſta jacent, orba parente ſuo.
Rettulit, ornavit veterum monumenta Sophorum,
Arte, manu, curis, aere, favore, fide.
Huic vitam in cœlis date numina juſta perennem
Per nos in terris fama perennis erit.

Ejusdem in eundem Græce.

Ἄδ' Ἰωάννης καθεύδει τυπογράφος Φροβένιος.
Οὐδὲν ἄλλῳ πλέον ὀφείλει τῶν λόγων σπουδάσματα.
Μὴ νεκρὸν θρηνεῖτε· ζῆ γὰρ καὶ πνεύσων αἰεὶ,
Τοῦτε ψυχῇ τοῦτε φήμῃ, τοῖς τε βίβλων λειψάνοις.

*) Exſtat apud *Maittaire* p. 303.

DE TYPOGRAPHIÆ INVENTIONE, ET DE PRÆLORUM LEGITIMA INSPECTIONE, LIBELLUS BREVIS ET UTILIS,

PER

MATTHÆUM IUDICEM.

COPPENHAGII,
Excudebat Iohannes Zimmerman.
Anno 1566.

pag. 3. Nobili & Clariſſimis Viris Domino
EBERHARDO A THANNA,
& Doctori
PETRO PREM,
& Doctori
SIMONI SCHARDIO,
& Domino Doctori
LAMPERTO FREDELANDO,
Dominis, & Patronis ſuis
obſervandis.

Forte non pauci mirabuntur, me in iſto meo exilio de Typographia, & de prælorum illiberali, & inſidioſa oppreſſione, & de inſpectionis abuſu, tam anguſto, & con-

conciſo ſermonis genere ſcribere, cum ea res non imbecillem & exulem, ſed vel magnum aliquem Oratorem, qui grandi ſermonis genere, & vi verborum ſaxea illa malorum corda abſterreret ab eo incepto, aut potius ſingulare, & potens, & miraculoſum Dei auxilium, qui propemodum clava ſua, aut fulmine repreſſis illis hoſtibus, prӕla in priſtinam vindicaret libertatem, deſiderare videatur.

Breviter ergo mei facti rationes exponam, quas qui expenderit, haud facile temeritatis me accuſaverit.

Dona Dei agnoſcere, & celebrare pios decet, quia Deus id poſtulat a nobis, ac in eum finem ſuis beneficiis genus humanum cumulat, ut iis fruentes autorem cognoſcamus, & celebremus. Ac adeo deteſtatur ingratitudinem & cӕcitatem, qua munera ſua negliguntur aut contemnuntur, ut ſӕpe iis ſublatis ſubſtituat mala, quӕ de bonis amiſſis, eorumque autore, & largitore nos p. 4.
magna cum moleſtia, & dolore commonefaciant. Inter alia autem dona & ornamenta, quӕ Deus generi humano dedit, haud infimum locum tenent artificium ſcribendi, quod ſane antiquum eſt, & primis patribus tribuitur, & artificium typographicum, quod ultra quinquies mille quadringentos & duodecim annos ignoratum, ſeculo ſuperiori ab

 homi-

homine germano non ſine Dei conſilio, & munere eſt inventum.

Jure igitur a me, & quidem ab omnibus bonis donum illud Dei agnoſcitur & celebratur, idque eo magis, quod infinita commoda ſecum affert, quemadmodum ſolent munera divinitus conceſſa πολύκαρπα, & fructuoſa eſſe.

Nam ut de aliis commodis, quibus res literaria per typographiam aucta eſt, & adhuc indies cumulatur, tot voluminibus auctorum vetuſtiſſimorum in lucem editis in omni genere diſciplinarum & facultatum, nihil dicam, illud certe divinum & immortale eſt, quod ea plurimum promovit inſtaurationem puritatis doctrinæ, & revelationem Anti-Chriſti, & regni ejus deſtructionem. Nam unum in eo genere libellum ceu telum, aut globum quendam ad feriendum Antichriſtum per Angelum & virum Dei Doctorem Martinum Lutherum, & alios ejus συνέργυς directum, & vix in uno aliquo loco ejus ſocios icturum, typographia ceu ampliſſima quædam machina tormentaria excepit, & brevi tempore multiplicavit, & quaſi denſiſſimam grandinem ejaculata eſt, & plurimis in locis zizania papiſtica contrivit, & errores & corruptelas, & ἐθελοθρησκείας, & idolomanias
p. 5. Antichriſti deſtruxit & abolevit, & veram doctrinam propagavit, & ubique fere locorum membra Eccleſiæ effecit eos, qui antea

in

in tenebris; & umbra mortis ſedebant. Nec potuit Antichriſtus ulla aſtutia, aut induſtria, aut etiam vi ſuum regnum tutum ab illis telis efficere, neque doctrinam Evangelii tanta librorum copia exundantem in orbem terrarum, reprimere.

Etſi autem donum linguarum, quo ſpiritus Dei Apoſtolos eorumque diſcipulos ad propagationem Evangelii per omnes nationes, & linguas hominum ornavit, quiddam præſtantius videtur, tamen non inepte, quod ad celeritatem attinet, typographia cum eo confertur. Sicut enim eo inſtructi Apoſtoli quovis terrarum excurrerent, niſi ſigillatim a ſpiritu Dei in aliquo loco juſſi eſſent tacere, cœperunt doctrinam Evangelii promulgare, & Eccleſias colligere, ac brevi temporis ſpacio multos auditores ad agnitionem veritatis adduxerunt, qui ſuis popularibus eadem lingua præditis amplius magnalia Dei annunciare, & propagare non ceſſarunt, donec paulatim integræ gentes, & nationes Chriſtianiſmo ſunt imbutæ, vanis idolorum cultibus, & gentili ſuperſtitione abjecta, & radicitus evulſa. Ita etiam per Typographiam pura doctrina libro inſcripta, & brevi temporis ſpacio magno numero per exemplaria divulgata, & hinc inde diſperſa plures ſortiuntur lectores, quos Deus accendit veritatis agnitione, qui poſtea eandem doctrinam in ſuam linguam transſerentes, iterum typo-

typographiæ beneficio, per multa exemplaria diffundunt, ut innoteſcat plurimis, & tan-
p. 6. dem integra regna, principatus & ducatus vera religione occupantur, abjectis erroribus, & idololatricis cultibus. Et non eſt dubium, quin Deus propter repurgationem Eccleſiæ his poſtremis temporibus faciendam, quæ a Chriſto fulguri, ſeu coruſcationi confertur propter celeritatem, Mat. 25. multa paſſim prælа, & officinas typographicas curavit inſtitui, ut doctrina ſyncera revelata divinitus, longe lateque per omnes orbis terrarum partes, levi opera, & brevi tempore diffunderetur, in præjudicium omnibus nationibus: Hæc beneficia memoria, & gratiarum actione digna ſunt, quam Deo meo pro mea virili hac qualicunque commentatione volui præſtare.

Accedit & illud, quod vidi præclarum illud Dei opus & donum, ut aliis plerisque ſolet accidere, multiplici abuſu contaminari, & inſidioſa occupatione a Diabolo, & impiis divexari cum magno detrimento Eccleſiæ, veritatis & poſteritatis, quæ ut nemo bonus probare poteſt, & recte a piis omnibus redarguuntur, ita ſpero nec mihi vitio verſum iri, ſi quæ non recte fiant in hoc genere, obiter indicem, & quaſi digitis Dialectica ratione, absque verborum ornatu nude & breviter demonſtrem, idque publici boni gratia, quod quisque etiam privatus tenetur promovere.

Quia

Quia vero non ſum ejus autoritatis & roboris, ut poſſim præla a fœda illa ſervitute & oppreſſione plurimorum magnatum, neopapalem ſedem juxta Lutheri vaticinia, confuſa Eccleſiaſtica, & politica poteſtate machinantium, liberare, excitandi mihi fuerunt homines literati, & eruditi, ut tanquam duces, & veterani milites, acie bene inſtructa, in prælium Domini veniant, & ſegnitia ac p. 7
ſocordia pene amiſſam prælorum libertatem, divinum implorantes auxilium, ore, ſtylo, & juſto labore, ac certamine arduo recuperent, & in integrum reſtituant.

Ac per Deum omnes pios & literatos homines, maxime vero Theologos, qui ſunt miniſtri Dei, & cuſtodes non modo doctrinæ veræ, ſed etiam libertatis Eccleſiaſticæ, quam Chriſtus ſuo ſanguine comparavit, oro & obteſtor, ut in timore Domini oculos aperiant, & videant, quomodo non modo Papiſtæ, ſed etiam aulæ, ſeu ut vocant Cancellariæ, curiæ, & improba συνέδρια, ſeu Conſiſtoria, quæ in Lutheranorum Eccleſia, ut vulgo appellatur, inſtituuntur, ſub prætextu inſpectionis librorum edendorum Eccleſiam ſuo jure & libertate, & poteſtate judicii defraudent, ſibique ſolis arrogent, & decretis ſuis inauditam & immanem vim prælis inferant, eaque neceſſariis & utilibus ſcriptis ad veritatis aſſertionem, & errorum refutationem, & peccatorum redargutionem occludant,

dant, & erroneis, & blaſphemis, & Eccleſiæ Dei, ac veritati nocentibus ſcriptis patefaciant, adeo etiam ut ſynceros Dei miniſtros eam ſolam ob cauſam in exilium ejiciant, ſi nolint conſentire in illegitima & inſidioſa mandata.

Cogitent ſinguli, qui pietatem & veræ religionis propagationem, & conſervationem amant, quem tandem exitum ſortitura ſit res iſta, nimirum quod ſicut officinæ typographicæ prius, cum inſpectio non tantum penes politicos, ſed penes Eccleſiam, ejus-
p. 2. que doctores, quibus judicium de doctrina eſt commiſſum, eſſet, ſervierunt Chriſto, ejusque veritati propagandæ, ita nunc, cum ſoli aulici librorum Theologicorum Inſpectores, & cenſores erunt, ſervitura ſint Antichriſto, & mendaciis, dum neceſſariis, & utilibus veritatis defenſionibus, & errorum & corruptelarum refutationibus, & ſeriis pœnitentiæ concionibus excluſis & relegatis, operam ſuam navabunt erroribus propagandis & defendendis, & novis decretis contra veram religionem promulgandis, & conviciis & calumniis in bonos & innocentes effundendis.

Hæc vero qua conſcientia veri Doctores & fideles miniſtri Eccleſiæ poſſint ſilentio aut diſſimulando præterire, aut non admodum reclamando comprobare, aut etiam adulando adjuvare, quisque pro ſua conſcientia viderit.

derit. Equidem non ignarus ſum, quosdam mutos canes, & vigiles dormientes parum moveri, ſi videant prælorum oppreſſionem & abuſum, & exiſtimare, parum id ad ſe pertinere, ſive reprehendant, ſive probent talia facientes, eo ſeſe conſolantes, quod ipſi nihil in animo habeant edere typis. Verum ſi iſti non cæci eſſent, doceri poſſent, ad ipſorum officium pertinere, vigilare pro libertate Eccleſiaſtica conſervanda, & abuſus donorum Dei taxare, & ſcandala & damna Eccleſiæ præcavere, & quæ mala fiunt, damnare.

Nullus certe eſt præfectus aut pedaneus, qui non terminos dominii, & iurisdictionis *ſui Domini* gnaviter cuſtodiat & defendat, & ſi vicinus eos tranſeat, ſi non poteſt prohibere, certe poteſtationem opponat de ſalvo jure ſui domini. Pudeat ergo Theologos, & Eccleſiæ Miniſtros metas juris, & libertatis *p. 9.* Eccleſiæ non ſumma diligentia obſervare, & vigilanter cuſtodire, & eas invadentes, & ſibi arripientes non arguere, & de pœnitentia monere. Aulici & politici vigilantiores ſunt in tuenda ſua poteſtate politica, neque immerito: Si enim quis ex Theologis & miniſtris Eccleſiæ id affectat, quod ad politicam poteſtatem pertinet, graviter repellitur, ac pedem in ſuggeſtum referre jubetur, niſi malit ferre infortunium. At multi ex noſtris, licet ſentiant Aulicos ſeſe extra metas ſuæ vocationis efferre, ac ſeſe Dominos ſuper

ver-

verbum Dei, & Eccleſiam, & miniſterium conſtituere, ac ſibi ſolis cenſuram ſumere de libris edendis, eamque ita exercere, ut veros, neceſſarios & ſalutares libros impediant, & opprimant, propemodum exemplum Joachim imitantes, qui librum Jeremiæ a Baruch exceptum comburebat, cum applauſu & conſilio aulicorum ſuorum, Jerem. 36. tamen quaſi canes muti, ne mutire quidem audent contra violatores, & raptores juris Eccleſiæ, & contra tam tetra & nocentia peccata & ſcandala.

Sed reddent illi aliquando rationem ſuæ villicationis & diſpenſationis illi Domino, qui Eccleſiam ejusque jura, ſanguine ſuo redemit, ac illos vigiles & cuſtodes eorum conſtituit. Mihi ſatis eſt pro meo talento hæc monuiſſe, & occaſionem cogitandi aliis piis præbuiſſe.

Deinde & hæc non poſtrema eſt cauſa, ob quam hanc de typographia, & de inſpectione methodum dialectice propono, ut nimirum in Eccleſia Dei, cujus indignus ſum miniſter,
p.10 innotuerit, me propterea, quod libellum de mandato Dei, exite, Apocal. 18. ediderim ſine aulæ juſſu, quæ integrum annum ejus libelli exemplar detinebat ſine reſponſo, & adhuc quidem habet, in exilium pulſum eſſe, & omnes pii videant, quibus de cauſis neque ego, neque alii mei Collegæ conſentire potuerimus, in illud edictum, quod nobis primum, poſtquam

quam meus libellus impreſſus erat, contra priorem conventionem, & vocationis conditiones, latum eſt, ne quid externis prælis ederemus, non prius ab aulicis juxta ſententiam hujus mundi approbatum, & conceſſum. Legitimam inſpectionem eorum, apud quos noſtra imprimenda fuerunt, nunquam detrectavimus, ſed in talia decreta, quæ hamum veritati, ad quam dicendam a Deo vocati ſumus, injiciunt, & novam ſervitutem de externis prælis, qualis non eſt audita & uſurpata, dum mundus ſtetit, aut litera vel ſyllaba ſcribi cœpit, rei literariæ imponunt, & Eccleſiam ſuo jure privant, & judicium de doctrina ad aulæ placita, & non ad normam verbi divini, & ad homines dono diſcernendi Spiritus carentes alligant, conſentire non ſine ſcelere & impietate potuiſſemus. Neque ea in re præfracte quicquam egimus, ſed noſtris rationibus propoſitis petivimus conſcientias noſtras liberari, & ex verbo Dei probari, talia decreta pia eſſe, & a nobis bona conſcientia approbari poſſe. Verum qui nos meliora voluiſſet docere ex verbo Dei, nemo fuit, ſed illa voce, Nolumus vobiſcum diſputare, Item, ſic volo, & non aliter, repulſi ſumus. Quare nunc ad Eccleſiam Dei appellandum cenſui, cujus judicio hunc totum meum libellum de typographia lubens ſubjicio, meliora ex verbo Dei edoctus veritati, Deo me guber- p. 11
nante, cedam, gratias acturus eam monſtranti.

F Vobis

Vobis autem, viri nobiles & clariſſimi, hanc methodum inſcribere & dedicare volui, quia ſcio vos non tantum prudentia juris claros, ſed etiam veræ pietati deditos, ac ſpero vos Dei gratia recte exiſtimare, præla dona Dei eſſe, ac inſpectionem & judicium librorum Theologicorum non ſolis aulicis, qui alioquin ſatis habent, quod agant, ſed Eccleſiæ, ejusque ſynceris, & dono diſcernendi ſpiritus præditis Miniſtris competere, nec probare decreta, & conſtitutiones contrarias, & multiplices abuſus, multo minus, ut eam ob cauſam miniſtri Dei, quorum neque doctrina, neque vita culpabilis eſt, affligantur.

Deus, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, regat vos ſuo Spiritu ſancto, ut in eorum numero ſitis, qui dolent ſuper contritione Joſeph, & abhorrent ab omnibus, quæ verbo Dei, & gloriæ ac regno Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſaluti Eccleſiæ adverſantur, & magis Deum quam homines timeatis. Valete. Wismariæ in exilio, die Paſchatis, Anno Domini 1564.

MATTHÆUS IUDEX

V.

Obſervantiſſimus.

DE

DE TYPOGRAPHIA

PARS PRIOR, CONTINENS SIMPLICEM METHODUM.

APPELLATIONES.

CAPUT I.

Nomina ſunt typographia, chalcographia, ars impreſſoria, ſeu excuſoria, & per ſynecdochen præla.

AN SIT?

CAPUT II.

Quod ſit quoddam artificium typographicum, probatione non indiget hac noſtra ætate. Res enim ipſa in omnium oculis verſatur, & longe lateque per orbem terrarum ante annos non ita multos divulgata eſt, ac in frequenti uſu habetur.

QUID SIT?

CAPUT III.

Typographia eſt artificium ab induſtriis hominibus in Germania ſingulari Dei beneficio inventum, mirabili quadam ratione literarum typos connectendi, referentes & exprimentes integras voces & ſententias, & uno ſyſtemate facto, multa millia exempla-

rium, levi opera, mediocribus impenſis ex-
cudendi, à Deo poſtremis temporibus, ad
veritatis Evangelicæ propagationem, & mul-
p.13 tiplicium errorum refutationem, & Eccleſiæ
ædificationem conceſſum.

QUÆ SPECIES?

CAPUT IIII.

Species ratione ſubjecti plures ſunt. Alia
eſt, qua literæ, ſive Latinæ, ſive Græcæ, ſive
Ebraicæ, ſive Arabicæ, ſive aliarum gentium,
quæ ſuis quibusdam utuntur characteribus
in ſcriptione; Alia, qua picturæ ſeu imagines
variarum rerum; Alia, qua notæ muſicæ, vel
numeri exprimuntur.

Item alia vetus, alia recentior ratio im-
preſſionis eſt. Nam illa quidem rudior, &
ſimplicior fuit, Hæc vero excultior & or-
natior eſt.

QUÆ CAUSÆ?

CAPUT V.

Efficiens remota Deus eſt. Nam tot ſeculis
ab initio mundi ignorata eſt typographia, &
hodie etiam occulta nobis eſſet, niſi Deus
ſingulari beneficio eam generi humano
oſtendiſſet, ac largitus eſſet. Plerique auto-
res artem ipſam literariam & ſcriptoriam,
qua ſenſus animorum quibusdam characte-
ribus mirabiliter ſane exprimuntur, refe-
runt

runt Deo acceptam etiam inter gentes. Cum autem hæc typographica longe expeditior ſit, quis dubitat Deum autorem fateri, præſertim cum ſcriptura teſtetur, omnia bona & utilia dona eſſe a patre luminum.

EFFICIENS.
PROPINQUA.

Sunt ejus artificii primi inventores, Johannes Fauſtus, civis Moguntinus, & ſocii ejus Petrus *) Schafferdes Garenſcheimenſis, & Johannes Guttembergicus. p. 14

Pro occaſione autem ejus inventionis quidam aſſignant, Fauſtum aurifabrum ſculpſiſſe alphabetum in metallum, & obducto atramento impreſſiſſe in chartam. Cum autem videret exprimi literas, animum intendit homo ſolers, & indagavit, annon conjunctis literis integræ ſententiæ poſſint excudi, quod cum effici poſſe deprehenderet, longius progreſſus, per induſtriam, & diligentiam, & aſſiduitatem id artificium excoluit circiter annum Domini 1440. ſub Friderico tertio, ut Nauclerus annotat volumine ſecundo. Aventinus vero aſſerit anno 1450. inventam eſſe eam artem, & primum clam habitam, ſociis ad ſilentii fidem jurisjurandi religione obligatis. Verum decennio poſt Johannem Guttembergicum Argentoratenſem Fauſti Miniſtrum in Germania evulgaſſe.

*) leg. Schæfferus Gernsheimenſis.

INSTRUMENTALIS.

Inſtrumenta ſunt charta, typi literarum, ſive ex argento, ut Aldini, ſive ex ſtanno, ſive ex plumbo chalybe indurato, ſive ex orichalco, ſive alio idoneo metallo fuſi, atramentum, prælum, & ſimilia, quæ in officinis cernere licet; Item miniſtri, locatores, impreſſores, correctores & alii.

QUÆ CAUSA FORMALIS?

p.15 Ad formalem cauſam totum artificium pertinet, nimirum literarum collectio, & collocatio in juſtum σύςημα, applicatio ad prælum; typorum per atramentum tinctio, chartæ impoſitio, & præli compreſſio.

QUÆ FINALIS?

Hos ob fines Deus generi humano videtur id munus conceſſiſſe, ut res literaria juvaretur, & expeditius libri & autores imprimerentur.

Ut viliori precio vendi, & emi poſſent monumenta veterum & recentium autorum.

Ut artium, jurisprudentiæ, & medicinæ ſtudia, quæ ſeculis prioribus ſatis erant obſcura, excolerentur.

In primis vero, ut puritas doctrinæ Evangelii, quæ erat his poſtremis ſeculis revelanda contra Antichriſti corruptelas, citius, faci-

facilius, longius & latius per orbem terrarum propagari poſſet.

Ut corruptelæ & errores, quos Sathan per ſua organa ad novam Evangelii lucem obſcurandam inveniret ad decipiendum etiam electos, a piis Doctoribus refutati, maturius innoteſcerent paſſim.

Ut etiam aliæ gentes ſuperſtitionibus deditæ, aut Mahometiſmo captæ, facilius poſſent ad agnitionem Chriſtianæ religionis adduci.

Ne monumenta illuſtrium virorum, quos Deus hac poſtrema ætate excitavit, ita ſubito, ut quibusdam ex veteribus accidit, interirent.

Ut verbum Dei abundanter inter homines habitaret; ne Epicureiſmus, proprius noviſſimi ſeculi morbus, ſeu potius veternus, nimis multos corriperet, propter librorum inopiam & caritatem; ideo Deus voluit viliſſimo pretio libros extare, & quaſi omnia replere, ne quis ſuæ inſcitiæ, aut ignaviæ juſtam cauſam prætexere poſſet. Col. 3, 16

Ut Deus etiam pro hoc mirabili artificio celebraretur.

QUI EFFECTUS?

CAPUT VI.

Effectus fere cum cauſa finali coincidunt, de qua in præcedentibus dictum eſt. Deinde etiam verus Typographiæ uſus & com-

moda huc pertinent. Uſus autem ſunt varii, & quidem ordinati.

Primus autem & præcipuus eſt imprimere & edere illa, quæ pertinent ad propagationem, illuſtrationem & conſervationem veræ doctrinæ, ut ſunt ſacra Biblia in quolibet genere ſermonis, Ebraico, Græco, Latino, Germanico, Gallico, Slavonico, ut nunc fit Labaci, & ſimili: Et ſcripta Doctorum Eccleſiæ, & Hiſtoricorum, & Chronicorum, præſertim eorum, qui ſtatum Eccleſiæ deſcripſerunt, monumenta & ſcripta πολεμικά, quibus hæreticorum errores, & corruptelæ, & zizania refutantur, & veritas & puritas doctrinæ propugnatur. Nam illa omnia pertinent ad primam Decalogi tabulam.

Secundus eſt imprimere & edere illa ſcripta, quæ pertinent ad facultatem juridicam, p.17 cui poſt Theologiam ſecundas ignobile vulgus propter Magiſtratum attribuit partes.

Tertius eſt imprimere & edere monumenta, in quibus vere traduntur ea, quæ ad artem medicam faciunt.

Quartus eſt imprimere & edere, tum veterum, tum recentium autorum ſcripta, in quibus artes liberales traduntur, illuſtrantur & excoluntur.

Quintus imprimere & edere eos libros, in quibus veræ hiſtoriæ tum veteres, tum recentes exponuntur.

Sex-

Sextus & ultimus ſane tribuatur ſcriptis jocoſis, & tamen ſale conſperſis, verum nec ſuperſtitioſis, nec ſpurciloquis, ut ſunt Æſopus, fabulæ quædam Poëticæ, Comediæ, & Tragediæ, Ulenſpiegel, Schimpff und Ernſt, Dieterich von Bern, Fortunatus, Freydanck & ſimilia.

QUÆ COGNATA?
CAPUT VII.

Ars impreſſoria cognationem habet cum ſcriptione manuali, & cum pictoria & ſculptoria arte. Nam iſtæ ſibi invicem ſerviunt, quæ enim ſcribi, & pingi, & ſculpi poſſunt, illa etiam in plano impreſſionem admittunt.

Impreſſoriæ etiam famulantur vicina artificia, ut ſunt ars conficiendi papyrum, fundendi matriculas & typos, conficiendi atramentum, planandi & ligandi libros, & ſimilia.

QUÆ PUGNANTIA?
CAPUT VIII.

Pugnantia ſunt varia, quorum ſpecies quasdam ſubjicimus. *p.* 18

1. Vitia, quæ committuntur variis modis, vel literatura, cum minus affabre typi facti ſunt, ut in quibusdam vetuſtis codicibus initio,, cum adhuc rudia, & ſimplicia eſſent omnia, conſpicitur.

Vel præpoſtera collocatione literarum, cum non quælibet ſuo ordine poſitæ ſunt, ſed diſturbatæ vel mutatæ voces & ſententias, quas debebant, non exprimunt.

Vel punctuatione, quando comata, cola, periodi, paragraphi, tituli, capita, & ſimiles diſtinctiones non recte obſervantur.

Vel negligentia, cum quædam voces, & ſententiæ omittuntur, aut confunduntur, aut bis ponuntur, aut ſæpius repetuntur, aut ſeries & ordo paginarum confunduntur, aut cum numeri paginarum, neceſſarii indices, & ſimilia negliguntur, quæ diſcentium ſtudia remorantur, & ſcrupulos imperitis injiciunt, ac doctis interdum etiam negotium faceſſunt, & errorum ſemina præbent.

2. Vitia proprie pertinentia ad perſonas Typographorum, qualia ſunt 1. Impietas, cum ea quæ pugnant cum vera religione, pietate, honeſtate & communi utilitate excudunt, ut ſunt libri hæreticorum, errorum & corruptelarum defenſiones, famoſi libelli, pasquilli, invectivæ contra innocentes, ſcripta vetita, ut de nigromantia, & de rebus impudicis, & ſimilia.

3. Adiaphoriſmus, cum utrique parti æqui-
p.19 ſerviunt, & ſine conſcientia ſcripta pro & contra veritatem, & honeſtatem imprimunt. Qua in re ſimiles verubus ſunt, quæ affixas carnes cujuſcunque generis, ſive mundi ſive immundi animantis ſint, circumagunt.

4. Ava-

4. Avaritia, cum tantum ad ſua commoda attenti, illa quæ quæſtuoſa ſunt, & vendibilia, & ſcholaſticalia, philoſophica, & gentilia imprimunt, aliis, quæ ad veritatis propagationem faciunt & ad gloriam Dei, abjectis & exploſis.

5. Tyrannis, quæ duplex eſt, aut eccleſiaſticorum, aut politicorum.

Eccleſiaſticorum Tyrannis eſt, cum prælа ab eccleſiaſticis non recte de religione ſentientibus occupantur, & occluduntur libris ſive antiquis, ſive recentioribus, quibus puritas doctrinæ cœleſtis contra errores, hæreſes, & corruptelas aſſeritur & propugnatur. Sic Antichriſtus Romanus in locis ſibi ſubjectis pœna capitali officinas Typographicas aſtringit, ne quid contra ſuos errores excudant, & e diverſo eas cogit veterum monumenta corrupta, & a ſe, & ſuis falſata, aut contaminata imprimere, & ſuis erroribus propugnandis inſervire. Imo his non contentus etiam majora molitur. Nam in Typographos etiam in aliis locis, & libros eorumque autores, in quibus ſuos errores, & ſcelera intelligit oppugnari, quotannis excommunicationis fulmen ſtringit. Suos etiam paſſim habet proditores, ceu magnos heroas, in locis, ubi celebres ſunt officinæ, per quos diligenter expiſcatur, & cavet, ne quid contra ſe apertius, & firmius edatur. Adeo ſibi Tyrannis metuit.

p.20 Idem propemodum imitantur alii ſpirituales ſectarii, ſive pauci, ſive plures, conjuncti in nonnullis ſynedriis, ſeu ut hodie vocant, Conſiſtoriis, qui citra Eccleſiæ aſſenſum, ſibi vendicant dominium potius in præla, quam judicium juxta veritatem, nihilque niſi a ſe approbatum edi volunt, cum tamen ad judicandum plerique ſint tam idonei, ut aſinus ad lyram, & cum inſpectionis labore pertæſi, bonos & neceſſarios libros abjiciant, aut erroribus & corruptelis patrocinantes, veritati occludant, mendaciis vero & calumniis omnia pandant.

Tyrannis politicorum eſt, cum politici Magiſtratus omne jus prælorum, tam ſuorum, quam alienorum, ſibi tantum cum ſuis aulicis rapiunt, & Eccleſia Dei inconſulta, imo contradicente, publica decreta faciunt, ne quid a Theologis ſibi ſubditis edatur ſine ſuo conſenſu & voluntate, ſive typis ejus regionis, ſive externis alii Domino ſubjectis, idque eum in finem, ut caveant, ne Spiritus ſanctus & miniſtri ejus debita & neceſſaria libertate utantur, ad veritatis propagationem, & errorum, corruptelarum, & ſcelerum reprehenſionem & refutationem. Sed de hac re infra copioſius & liquidius.

4. Abuſus prælorum cum aut blaſphema, aut hæretica, aut idololatrica, aut turpia, aut ſcurrilia, & quacunque ratione pietati, & bonis moribus adverſa & nocentia imprimuntur.

muntur. Aut cum præpoſterus obſervatur ordo, & potius gentilia, & philoſophica & jocoſa, ſæpe etiam ſcurrilia ſcripta, quam ad gloriam Dei & veritatem pertinentia, excuduntur.

PARS ALTERA,
CONTINENS QUÆSTIONES COMPOSITAS.

Ex hac ſimplici methodo plurimi loci compoſiti, ſeu propoſitiones, quæ interdum in quæſtionem & controverſiam veniunt, tractari & judicari poſſunt, quales ſunt.

1. An typographia ad artes liberales, an vero ad manuaria artificia, ſeu ad utrumque pertineat?
2. Quæ inter typographiam, & ſcriptionem, & pictoriam, & iconographiam ſit differentia?
3. An typographia hominum, vel Dei ſit inventum & donum?
4. Quando inventa, & cur tot ſeculis ignorata ſit?
5. Qui fuerint inventores, & qua occaſione invenerint?
6. Catalogus quorundam illuſtrium Typographorum.
7. Catalogus quorundam illuſtrium locorum,

rum, in quibus ſunt officinæ typographicæ?

8. Catalogus linguarum, quibus hactenus excuſi & promulgati ſunt libri.
9. Catalogus operum typis excuſorum.
10. De arte, & modo fundendi typos.
11. De collocationis artificio.
12. De multiplici literaturæ differentia.
13. De papyri inventoribus.
14. De variis ſpeciebus, & ſignis papyri.
15. Quæ inter ſcriptoriam & impreſſoriam papyrum differentia?
16. Methodus de inſpectione.
17. An literati & præſertim Theologi legitimæ inſpectioni ſuos libros ſubjicere debeant?
18. An literati, & præſertim Theologi illegitimæ inſpectioni ſuos libros debeant ſubjicere?
19. An bona conſcientia Magiſtratus poſſint literatis, & maxime Theologis imperare, ne quid ſine ſua inſpectione, & cenſura ſuis prælis excudant?
20. An Magiſtratus recte faciant, ſi interdicant literatis ſub ſua ditione conſtitutis, ne quid prælis externis evulgent, a ſe non prius viſum & approbatum?
21. An homines literati bona conſcientia in ejusmodi ſervitutem conſentire poſſint?
22. An bona conſcientia Typographi quidvis excudere poſſint?

23. An

23. An recte nomen Typographi, & loci occultetur?
24. An recte fiat, ſi libri fictitiis nominibus edantur?
25. An contra mandatum Magiſtratus recte imprimi queant, quæ ad gloriam Dei, & propagationem veritatis & communem utilitatem faciunt?
26. De vitiis & virtutibus Typographorum & eorum Miniſtrorum.

De his nos obiter quædam annotabimus, pleniorem explicationem in aliud tempus, ubi plus ocii habuerimus, rejicientes.

AN TYPOGRAPHIA AD ARTES LIBERALES, AN VERO AD OPIFICIA MANUARIA, AN AD UTRUMQUE PERTINEAT. p.13

CAPUT I.

Suum cuique rei locum, & honorem tribuere neceſſarium, & utile eſt, cum propter varia diſcrimina & gradus earum, tum propter animos, & ſtudia hominum, tum propter commoda, quæ ad communem hominum ſocietatem, & ſalutem pertinent. Sunt autem opera, quæ ab hominibus præſtantur in hac vita, alia ſacra, qualia ſunt docere verbum Dei ſive in Eccleſia, ſive in ſcholis, ſive in ædibus privatis, adminiſtrare Sacramenta, orare, benefacere proximo &c. Alia artium liberalium, quæ principaliter ratione & ingenio

genio perficiuntur, licet adminiculo ſenſuum, & organorum etiam externorum utantur, ut ſunt loqui, docere, orare, numerare, canere, ſcrutari res naturæ, obſervare motus ſyderum; Alia opificum, quæ principaliter manuum labore, licet etiam ſcientia aliqua & ingenii dexteritas accedat, efficiuntur.

Hæc iterum multorum ſunt generum; *Alia* enim opificia liberalia, alia honeſta, alia ſordida, alia quæſtuoſa, alia ludicra habentur. Verum quid attinet de his ſpeciebus multa dicere? Hic de impreſſoria agitur, cui & ſuus honos & locus aſſignandus venit. Etſi autem ea mixtum quiddam ſeu medium eſſe videatur inter liberalium artium opera, & opificum, tamen, ſicut ſcriptionem non ad opificum operas, ſed ad artium liberalium officinam referri notum eſt, ita etiam Typographiam, niſi iniquiſſimi velimus eſſe judi-
p.24 ces, & ingratiſſimi cenſores erga eam, a qua plurima accepimus beneficia, ſuo quodam jure ad artificia liberalia referendam pronunciamus, idque eo magis, quod ſcriptionem tum elegantia, tum celeritate, tum perpetuitate longe antecellat, & doctorum opera in correctionibus præcipue utatur, quo enim typographiam curantes ſunt doctiores, eo melius & emendatius libros in publicum emittunt.

DE DIFFERENTIA INTER SCRIPTORIAM ARTEM, ET TYPOGRAPHIAM, ET ICONOGRAPHIAM.

CAPUT. II.

Etſi multa communia habent, tamen quædam inſignes differentiæ notari poſſunt.

Nam primo differunt autoribus ſeu inventoribus. Artificium enim ſcribendi literas inde a primis parentibus, qui ante diluvium vixerunt, originem trahit, id quod conſtat ex *Ioſepho* & *Beroſo*. Græci Hiſtorici inter ſe diſputant de inventoribus literarum Græcarum, & eam rem alii *Cadmo*, alii aliis adſcribunt, ſed non eſt dubium, quin ante *Cadmum* in uſu fuerit, & aliæ gentes a patribus, licet mutaverint characteres, exemplum ceperint.

De inventoribus vero typographiæ dictum eſt ſupra.

Deinde in tempore etiam differentia eſt. Nam ſcriptoria & pictoria multis ſeculis in uſu fuit; Typographia vero ſeculo ſuperiori primum cœpit circiter annum 1450.

Tertio differentia eſt etiam in materiali cauſa. Nam ſcriptoria calamo & pennis utitur & ſtylo: Typographia vero typis ex metallo fuſis, & pluribus perſonis. p.25

Quarto etiam forma differunt. Nam ſcriptoria literas & ſententias ſucceſſive exarat; Typographia vero, literis & ſententiis ordine

collocatis, ſimul integram paginam præli compreſſione abſolvit.

Quinto differunt effectibus. Nam Typographia uno die plura, & quidem elegantius, quam ſcriptoria vix in dimidio anno exarat, majoribus etiam impenſis, & minus affabre? Sicut, *Aventino* referente, * *Aprutinus* ſcripſit: *Imprimit ille die, quantum vix ſcribitur anno.* Tribuuntur *Vallæ* ** iſti verſus:

Abſtulerat Latio multos Germania libros,
Nunc multo plures reddidit ingenio.
Et quod vix toto quiſquam perſcriberet anno,
Munere Germano conficit una dies.

AN TYPOGRAPHIA HOMINUM, AN VERO DEI SIT DONUM ET INVENTUM?

CAPUT III.

Hæc quæſtio nihil difficultatis habet. Quis enim non videt, cum tot ſeculis ignorata ſit, ſingulari DEI beneficio, propter repurgationem Eccleſiæ, & propagationem Evangelii contra Antichriſti idolomanias & tot ſectarum corruptelas, generi humano conceſſam eſſe typographiam. Omnia bona dona

* Io. Antonius Campanus, Epiſcopus Aprutinus.
** In pagina averſa inſcriptionis Operum ejus Baſil. 1543. fol.

dona a patre luminum eſſe, *Iacobus* dicit. Et *Paulus* talia dona ad ædificationem Eccleſiæ neceſſaria DEO, & Chriſto, ſedenti ad dextram, & ſpiritui ſancto aſſcribit, 1. Cor. 12. Eph. 4. illis autem quid impediat, quo- *p. 16* minus Typographiam accenſeamus, cum per eam ſcripta prophetica, & Apoſtolorum pura doctrina, confeſſiones veritatis, & refutationes errorum, in omnibus linguarum generibus, longe lateque per orbem terrarum divulgentur.

Singulare DEI beneficium erat donum linguarum, quod Apoſtolis & aliis conferebatur, & proderat ad Evangelium in totum orbem terrarum diſſeminandum, & ad Eccleſiam colligendam in omnibus nationibus & partibus mundi. Sed ſi Typographicum artificium diligentius contemplemur, conſtabit eo Evangelii curſum hoc noſtro ſeculo non minus eſſe adjutum. Nam donum linguarum non adeo longo tempore viguit, & non omnibus, ſed tantum paucis quibusdam contingebat, nec poterant ii omnia tam ſubito pervolare loca. Sed Typographiæ beneficio, quæ in multis locis exercetur, una Concio, aut unus liber ab aliquo pio Doctore ſcriptus, toties levi opera excuſus, brevi temporis ſpacio in multa loca ſpargitur, & ſimul ac ſemel a plurimis legitur, quibus veritatis notitiam communicat. Non potuiſſet in tot locis tam brevi tempore re-

gnum Antichriſti deſtrui, & tam late vera Doctrina hoc noſtro ſeculo ſpargi, niſi præla Deus conceſſiſſet inſtauratoribus religionis. *Viclephi* & *Ioannis Huſſi* & aliorum conatus in oppugnando & revelando Antichriſto eo facilius repreſſi & oppreſſi ſunt a meretrice babylonica, quod prælorum beneficio deſtituti fuerunt, nec potuerunt tam facili ratione ſuam doctrinam in plurimorum lectorum animos inſinuare & transfundere. Quare ſicut Chriſtus dono linguarum exor-
p.27 navit ſuos Apoſtolos, quo poſſent expeditius per orbem terrarum diſcurrere, & plantare Eccleſias: Ita cum noſtro ſeculo doctrina Evangelii ab Antichriſti tenebris & erroribus repurganda, eaque tanquam fulgur, quod ſubito ab oriente emicat usque in occaſum, feſtinanter ſpargenda per orbem eſſet, placuit DEO Eccleſiam ſuam iſto artificio & dono ornare.

Nec obſtat, quod ſupra diximus, *Ioannem Fauſtum* cum ſociis ſuis id Artificium primum reperiſſe. Nam ſine DEI beneficio & conceſſu id nunquam eſſet factum. Ethnici etiam dixerunt, artes eſſe donum Deorum, licet a viris ſapientibus eas inventas & excultas faterentur.

QUAN-

QUANDO INVENTA, ET CUR TOT SECULIS IGNORATA?

CAPUT IIII.

Hæc Quæſtio ſupra in loco cauſarum eſt expoſita. De numero annorum variant Authores. Alii annum 1440 alii 1450 aſſignant, quo ars impreſſoria ſit inventa.

Quod autem nulli ex tot induſtriis & ſolertibus ingeniis, quæ per annos circiter quinquies mille extiterunt, in mentem venerit, typos literarum incidere metallo, & imprimere chartæ, certum quidem eſt, ſed cur Deus non prius id inveniri artificium voluerit, non eſt mihi facile indicare, cum a conſiliis ei non fuerim.

Etſi Deus ſemper generi humano communia confert beneficia, tamen aliud ſeculum aliis, & quidem ſingularibus ornavit bonis, ſive ſpiritualibus ſive corporalibus.

Qui ante diluvium vixerunt, terræ frugalitatem & ſacrificiorum incendia, per ignem cœlitus demiſſum, præ aliis habuerunt. p. 28

Poſt diluvium populus Judaicus legis promulgatione, & conſtitutione ſacerdotii & politiæ Moſaicæ donatus eſt præ aliis.

Poſtea ſecutum eſt aureum ſeculum, quo Meſſias eſt exhibitus, & facta propagatio Eccleſiæ etiam inter gentes.

Sequentia aliquot ſecula regno Antichriſti fuerunt afflicta.

Tandem cum Antichriſtus eſſet revelandus, paulatim Deus ad eam rem patefecit aditum, Typographiam in Germania inſtituendo, artium & linguarum ſtudia accendendo. Et ſicut Deus non prius quam noſtro ſeculo voluit Antichriſtum adeo aperte revelari (licet ſubinde etiam ſuperioribus ætatibus exſtarent, qui Antichriſtum agnoſcerent, & inclamarent) Ita etiam non alio, quam iſto tempore, quod revelationem Antichriſti vix 67. annis anteceſſit, pro ſua æterna ſapientia artificium Typographicum inveniri & in lucem produci curavit.

Hæc a poſteriori utrumque colligi poſſunt, ſed plures cauſas a priori qui cognoſcere deſiderat, eum remittimus ad ſcholam cœleſtem, in qua Deum audiemus, & videbimus a facie ad faciem.

QUI FUERINT PRIMI INVENTORES, ET QUA OCCASIONE EAM INVENERINT?

CAPUT V.

p.29 De hac quæſtione iudicari poteſt ex illis, quæ ſupra expoſuimus. *Iohannes Fauſtus*, & *Petrus Schafferdes*, (leg. *Schefferus*) *Iohannes Guttenberger*, celebrantur ab hiſtoricis inventores.

Occa-

Occaſionem præbuit ſculpendi facultas, & induſtria aurificis. Cum enim alphabetum in æs incidiſſet *Iohannes Fauſtus*, & obducto atramento in chartam impreſſiſſet, cœpit cogitare, eadem opera integras ſententias poſſe ſculpi & excudi. Quia vero difficultatem peperiſſet maximam integras ſententias ſculpere, neceſſitas & res ipſa docuit, ſeparatim typos literarum fieri, qui pro vocabulorum ratione collecti, & collocati exprimerent ſententias.

CATALOGUS ILLUSTRIUM TYPOGRAPHORUM.

CAPUT VI.

Operæ precium eſt eorum memoriam conſervare, & poſteritati, qui hoc artificio ſive inveniendo, ſive excolendo rei literariæ profuerunt. Nomina ergo ſubjicimus. *Iohannes Fauſtus*, *Petrus Schafferdes*, (leg. *Schefferus*) *Iohannes Guttenberger*, *Aldus*, *Bombergus*, *Robertus Winter*, *Gryphius*, *Eucharius Cervicornus*, *Thomas Wolffius*, *Aſcenſius*, *Iſingrinus*, *Vechelus*, *Colinæus*, *Robertus Stephanus*, *Frobenius*, *Paganus*, *Bebelius*, *Renatus Beck*, *Heinricus Petri*, *Hervagius*, *Iohannes Oporinus*, *Gymnicus*, *Soter*, *Iohannes Amerbach*, *Octavianus Scotus*, *Iohannes Petreius Cratander*, *Victor Trincauellus*, *Hieronymus Scotus*, *Quentelus*, *Valerius Doricus*, *Iohannes Montanus*, *Ioſephus Klug*, *Georgius Rhaw*, *Michael Lotter*,

Ambroſius Kirchner, *Brubachius*, & innumerabiles alii.

CATALOGUS LOCORUM, IN QUIBUS SUNT OFFICINÆ TYPOGRAPHICÆ.

CAPUT VII.

p. 30 Nimis foret prolixum, omnia loca enumerare, in quibus officinis Typographicis contigit hoſpitium. Quare tantum de inſignioribus dicemus, & quidem nobis notis; Alii de aliis poterunt monere.

In Germania celebrantur hæc loca: Moguntum, in quo primum inventum hoc artificium dicitur, Argentina, Tubinga, Heidelberga, Ratisbona, Auguſta Vindelicorum, Wormacia, Francofurtum ad Mœnum, Urſellæ, Schleuſinga, Noriberga picturarum editione & rythmorum celebris, Marpurgum, Erfordia; Dilinga, Vuiteberga, ubi Lutheri & aliorum ante bellum germanicum præclara impreſſa ſunt opera, per quæ puritas doctrinæ cœleſtis propagata eſt, & regnum Antichriſti expugnatum: Lipſia, quæ initio ſeſe repurgationi Eccleſiæ oppoſuit, & pro Antichriſto multa edidit, ſed poſtea ſcriptis pro defenſione Adiaphoriſmi & Maioriſmi operam ſuam præſtitit: Magdeburgum, quæ ſcriptis contra Interim Auguſtanum & Lipſicum, & contra corruptelas

las Adiaphoriſticas, & Maioris præla ſua cum
magna Eccleſiæ utilitate, & piorum omnium
laude, aliis paſſim eius generis libros abhor-
rentibus, commodavit adeo, ut muſeolum
ſeu cancellaria DEI a quibusdam tum tem-
poris vocaretur: Quamobrem etiam Deus
illam civitatem confeſſione in media Cruce,
& miraculoſa liberatione coram tota Eccle- 31
ſia illuſtrem fecit. Quam laudem, & glo-
riam utinam non generatio nova Carropho-
rorum deformaſſet ſua in miniſtros DEI, &
bene meritos cives impietate & ſcriptis
mendacibus. Francofurtum ad Oderam, ubi
Sphinx Auguſtana, ne deeſſent exemplaria,
cum Eccleſiæ damno & dedecore recuſa
eſt. Iena, quæ operibus Lutheri imprimen-
dis iuſſu Iohan. Friderici electoris ſenioris
martyris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſibi
laudem & nomen comparavit: Islebium,
patria Lutheri, ubi inter alia confeſſio con-
tra corruptelas Eccleſiarum Mansfeldiaca-
rum prodiit. Colonia, ubi inter alia Tomi
Conciliorum impreſſi, utinam ſatis bona
fide & integre; Antverpia, Lovanium, cujus
præla, abuſum a Sophiſtis paſſa, veritati Ev-
angelii contradixerunt. In Dania Haſnia, in
Anglia Londinum, in Helvetia Baſilea, Ti-
gurum, Berna, quæ veterum & recentium
innumerabilia opera in lucem dederunt,
laude maiori digna, ſi non Sacramenta-

 riorum

riorum blaſphemis erroribus in Eccleſiam ſpargendis præſtitiſſent turpe ſervitium.

In Galliis Pariſium, Lugdunum, in Italia Roma, ſedes Antichriſti Apocal. 17. decretis, & bullis, & anathematiſmis eius occupata, Bononia, Padua, Florentia, Venetia, ubi Aldus argenteis typis opera Ciceronis & alia philoſophica excudiſſe fertur. In Auſtria Vienna, quæ hiſtoricos aliquot in lucem dedit. In Bohemia Praga. In Sclavonia Labacum, quæ Cathechiſmum & alia opera Lutheri Sclavonice reddita characte-
p.32 ribus ei genti notis hodie imprimere, & veram religionem per Dalmatiam & Turciam propagare dicitur.

In Polonia, Cracovia. In Boruſſia, Mons regius, Oſiandri errori propagando, ſociis ac ſucceſſoribus eius Vogelo & Funcio, & Iagenteufel, præbuit ſua præla.

CATALOGUS LINGUARUM, QUIBUS HACTENUS EXCUSI PROMULGATI SUNT LIBRI.

CAPUT VIII.

Variis linguarum generibus excuduntur paſſim libri, uti Hebræa, Arabica, Syriaca Græca, Latina, Germanica, Danica, Italica, Hiſpanica, Gallica, Bohemica, Slavonica,

Angli-

Anglica, Polonica, Moſcovitica, Turcica, Ægyptiaca, & ſimilibus.

CATALOGUS OPERUM TYPIS EXCUSORUM.

CAPUT IX.

Nimis prolixum eſſet operum typis evulgatorum hactenus pertexere catalogum. Sed qui cupit ea de re ſibi quoque comparare notitiam, is Lycoſthenis & Geſneri Bibliothecas legat.

Huc etiam catalogus tabularum Chronographicarum, & inſignium imaginum, & picturarum, quæ typis ſunt in lucem proditæ, pertinet, ſed quis illi conficiendo par eſſe queat?

DE MODO FUNDENDI TYPOS.

CAPUT X.

Plumbum chalybe, & aliis metallis indu- v.33
ratum liquefaciunt, & in matriculas, ſeu literarum archetypos infundunt, unde typi fiunt, qui levi opera, & mediocri induſtria ad uſum præparantur.

DE COLLOCATIONIS ARTIFICIO.

CAPUT XI.

Iuxta ordinem alphabeti collocator diſpoſi-

ſpoſitos habet typos in ciſtulas patentes, ex quibus alium poſt alium, prout requirit literarum ordo in dictionibus, promit & collocat ordine.

Qui in hac re operas faciunt, honeſtis aluntur ſtipendiis, ac eos linguarum non prorſus rudes eſſe oportet.

LITERARUM DIFFERENTIÆ.

CAPUT XII.

Eſt etiam multiplex literarum differentia; quæ in quantitate & qualitate conſiſtit. Aliæ enim aliis maiores, aliæ minores, aliæ obſcuriores, aliæ clariores ſunt. Item aliæ latinæ, aliæ græcæ, aliæ hebraicæ, aliæ linguarum aliarum.

DE PAPYRI INVENTORIBUS.

CAPUT XIII.

Chartam in urbe Tyri a quodam, cuius
tamen nomen ignoratur, inventam eſſe, *Po-*
lydorus Virgilius libro ſecundo de inventori-
bus rerum capite octavo autumat. Fieri
autem ſolet ex linteolis contritis. Ante ejus
p.34 uſum palmarum foliis ſcriptitatum eſt, teſte
Plinio, libro decimo tertio naturalis hiſtoriæ;
deinde arborum corticibus. Poſtea plum-
beis voluminibus, & linteis, & cereis. Pa-
pyrum ab *Alexandro* poſt conditam Alexan-
driam

driam in Ægypto ex frutice, qui naſcitur in paludibus Ægypti, confectam eſſe, *Marcus Varro* opinatur.

DE VARIIS PAPYRI SPECIEBUS ET SIGNIS.

CAPUT XIIII.

In officinis papyri uſus eſt admodum neceſſarius. Impreſſoriæ chartæ variæ ſunt ſpecies, & differentiæ, quæ ſumuntur a loco, & a ſignis; Alia Francofordiana, alia Baſilienſis, alia Argentoratenſis, alia Werningerodenſis, alia Tubingenſis, alia Dresdenſis, alia aliorum locorum, & civitatum. Alia inſignia Aquilæ, alia turris, alia urſi, alia corvi, alia alterius rei memorabilis habet.

DE DIFFERENTIA INTER SCRIPTORIAM ET IMPRESSORIAM CHARTAM.

CAPUT XV.

Inter ſcriptoriam papyrum & impreſſoriam differentia quædam eſt. Nam impreſſoriam humidiorem plerumque eſſe oportet, ſed illam denſiorem & ſicciorem, ne atramentum perfluat.

DE

p. 35

DE INSPECTIONE.

CAPUT XVI.

Inſpectio eſt poteſtas ab Eccleſia & Magiſtratu, quibusdam eccleſiaſticis & politicis viris doctis & piis delegata & commiſſa, qua libri, tum recens ſcripti, tum ex veterum monumentis eruti, inſpiciuntur & examinantur & cenſentur, an editio eorum & impreſſio fieri poſſit, cum Eccleſiæ & Reipublicæ, pietatis & honeſtatis commodo aut detrimento.

Duplex autem inſpectio eſt, alia vera & legitima & tolerabilis & utilis; alia illegitima & intolerabilis & pernicioſa.

Vera & legitima, quæ fit a viris ab Eccleſia & Magiſtratu delectis, eruditione, pietate, fide, & dono diſcernendi inter vera & falſa, inter neceſſaria & utilia, & non neceſſaria & pernicioſa ſcripta præditis, iuramento, aut ſimili obligatione obſtrictis, quòd ſumma diligentia velint omnia legere & expendere, & vera & neceſſaria & utilia ſcripta promovere in DEI gloriam, & Eccleſiæ, & Reipublicæ utilitatem, & non ex aliquo privato affectu impedire.

Illegitima eſt, cum inſpectores agunt ii, qui neque ab Eccleſia & Magiſtratu rite ad eam rem vocati ſunt, neque eruditione, neque pietate, neque fide, neque bono diſcernendi vera & falſa in religionis negocio

præditi, neque iuramento aut alia obligatione adſtricti ſunt ad diligentiam & fidem, & qui vera & neceſſaria ſcripta opprimunt, p. 36 & erronea & blaſphema & contumelioſa & iocoſa promovent, in DEI contemtum, Eccleſiæ detrimentum, & Rerum publicarum incommodum.

QUÆ CAUSÆ?

Legitima & ſalubris inſpectionis efficiens remota, ſeu authores, ſunt Eccleſia & Magiſtratus. Nam utriusque eſt cavere, ne quid mali & pernicioſi, præſertim contra religionem & honeſtatem, in publicum prodeat, & ad eam rem deligere homines idoneos, idque muneris legitime eis commendare.

CONTRARIA EFFICIENTI SUNT.

Si ſoli Eccleſiaſtici ſibi rapiunt ius conſtituendi inſpectores, ut Papa facit in regionibus ſubiectis.

Aut ſi ſoli politici, & ſolæ Principum aulæ ſibi ius rapiunt, ſuos, quos volunt, Scribas, prælorum Magiſtros & ſcriptorum reformatores, de religione, quam parum intelligunt, nihil autem curant, inſtituendi & confirmandi, cum id ius non ipſis ſolis ſed etiam Eccleſiaſticis perſonis, Superattendentibus & Paſtoribus & Synodis competat. Ut enim iudicium de doctrina cœleſti & rebus

rebus eccleſiaſticis a Chriſto Eccleſiæ commendatum eſt, 1. Corint. 14. ita etiam inſpectio ſcriptorum theologicorum, quæ pars quædam iudicii eſt, ad Eccleſiam ſimul pertinet, & nullo iure a ſolis aulis, quæ ſi piæ ſunt, vix particula quædam, nedum tota Eccleſia ſunt, præripitur.

p.37 EFFICIENS PROXIMA SUNT

Viri docti & boni, dono iudicandi de vera religione præditi, & legitime ad inſpectionem deſtinati. Ut autem aliis legibus occaſionem præbuerunt mali mores, ita etiam libri hæreticorum, & ſcripta famoſa & contumelioſa, & religioni & Reipublicæ pernicioſa effecerunt, ut inſpectio inſtitueretur.

CONTRARIA EFFICIENTI PROXIMÆ SUNT.

Si quis ſine legitima vocatione id munus affectet, ſive per ambitionem, ſive per tyrannidem, ſive alio animi morbo.

Si non adhibeantur viri boni & docti & pii & graves & religionem veram intelligentes, & dono diſcernendi vera a falſis, utilia ab inutilibus præditi, nec iuramento, aut alia obligatione ſolenni obſtricti ad fidem & diligentiam, ſed Athei & Epicurei & inepti, negligentes, & de fide laborantes, erroneis & hæreticis opinionibus dediti, quales ſunt inſpectores & inquiſitores hæreticæ

pravi-

pravitatis apud Papiſtas, Adiaphoriſtas, & ſimiles veritatis hoſtes.

MATERIALIS CAUSA.

Verſatur autem inſpectio circa ſcripta tum veterum, tum recentium autorum, excudenda aut publicanda.

FORMALIS.

Ad formalem cauſam pertinent conditiones, quæ præſcribendæ erant inſpectoribus. p. 38

Ut quod debeant omnia diligenter legere & expendere.

Ad normam veræ doctrinæ omnia accommodare, & vera ab erroneis diſcernere.

Neceſſarias confeſſiones & corruptelarum refutationes inprimis promovere.

Neceſſarias peccatorum & ſcelerum reprehenſiones nullo modo impedire.

Item, ne propter perſonarum reſpectum abjiciant utiles & neceſſarios libros.

Item, ne calumnioſa & famoſa ſcripta admittant ſine nominibus autorum.

CONTRARIA CAUSÆ FORMALI SUNT

Impiæ leges & conditiones, ſive præſcriptæ inſpectoribus, ſive uſu receptæ. Nimirum

Ut caveant, ne quid imprimatur, quod impugnet Papam & totum ejus regnum diaboli-

bolicum. Hæc lex obſervatur in omnibus officinis Papiſticis.

Ut concedant & promoveant omnia ſcripta, licet calumnioſiſſima & mendaciſſima, doctrinam Evangelicorum, ſeu Lutheranorum, ut vocant, & Principes ac perſonas eorum, cujuscunque ordinis & dignitatis ſint, oppugnantia. Hac licentia Cochlei, Staphyli, Lindani, & ſimilium libri cum privilegiis eduntur.

Ut caveant, ne quid contra Interim, hoc p.39 eſt, impias, fucoſas, & captioſas conciliationes religionum diverſarum edatur. Hæc lex Sphingi Auguſtanæ & præpoſita, & ſubſcripta eſt. Ac e contra omnia ſcripta, *Interim* laudantia & defendentia, ſummo favore complectantur, & promant.

Ut caveant, ne quid contra Adiaphoriſmum ejusque autores & patronos publice extet. Hanc legem præter Parthenopoleos plerique paſſim ſancte obſervabant illo tempore inſpectores & officinæ, non ſine graviſſimo ſcelere, de quo in illo die rationem reddent ob talentum abſconditum.

Econtra vero dent operam, ut Pſeuadiaphoriſtarum, & Neminiſtarum epiſtolæ, ſcripta & libri maledici magna celeritate prodeant. Hujus legis ſedula obſervatrix erat Vuiteberga & Lipſia.

Ut

Ut caveant, ne quid contra Majoris paradoxa de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem edatur.

Econtra vero Majoris commenta & pſeudorevocationes, & invectivæ & alia corruptelis ejus plena ſcripta longe lateque evulgentur. Has utrasque leges præla Adiaphoriſtarum diligentiſſime etiamnum hodie obſervant.

Ut caveant, ne quid contra ſynergiam Adamicæ voluntatis in converſione, ejusque autores & patronos prodeat.

Econtra vero manibus pedibusque promoveant Synergiſtarum commentarios, in quibus illæ graviſſimæ corruptelæ ſpargantur & defendantur.

Ut caveant, ne quid contra Anabaptiſtas & Sacramentarios, tum veteres, tum novos, edatur.

Econtra vero ſummam adhibeant diligentiam, ut Calvini, Bullingeri, Martyris, Bezæ, Boquini, Kleinewicii, Hartenbergii ſcripta, & Philippi, & Vitebergicorum iudicia, & ſimilium de teſtamenti dominici violatione magna copia, ut zizania ſolent, proveniant. Has duas conditiones Helvetica præla & quædam alia ſedulo & gnaviter obſervant. p. 46

Ut caveant, ne qua prodeant ſcripta de diſciplina Eccleſiaſtica rite inſtituenda, de Synodo congreganda, in qua controverſiæ

præſentes legitime cognoſcantur & componantur.

Ut caveant, ne in libris editis peccata magnatum Eccleſiaſticorum & politicorum, qualia ſunt idololatria, colluſio cum Antichriſto, defectiones, abnegationes & perjuria, perſecutiones & oppreſſiones miniſterii, inſtitutio novi Papatus, injuſta bella, proditiones, rapinæ, avaricia, expilationes ſubditorum, venationes immodicæ, mendacia, adulteria nominatim vel obiter perſtringantur a Spiritu DEI arguente mundum, Johan. 16.

Ut caveant, ne præſentium temporum vera hiſtoria prodeat, in qua virtutes & vitia, pia & impia facta veraciter commemorentur.

In ſumma, ut Spiritui Sancto injiciant frenum, ne veritatem ita, ut par erat & neceſſarium, ad ſalutarem hominum converſionem dicat, ſed vel aduletur, vel obmuteſcat. Hæ, & ſimiles conditiones impiæ ſunt, quia veritatem & gloriam DEI opprimunt, & mendaciis omnia replent, & Eccleſiis & rebus publicis iram DEI & exitium afferunt.

FINALIS.

7.41 Fines legitimæ inſpectionis ſunt verus prælorum uſus, & ne quid in religionis, veritatis & honeſtatis detrimentum detur in publicum.

CON-

CONTRARIA FINALI SUNT.

Sub prætextu inſpectionis utilium & neceſſariorum librorum impreſſionem remorari & impedire & opprimere.

Ac econtra erronea, blaſphema, magica, famoſa, ſcurrilia & Ethnica, jocoſa & impudica promovere ſcripta, ut in multis locis fit, in quibus conditiones impiæ, de quibus paulo ante, obſervantur.

QUI EFFECTUS.

Legitimæ inſpectionis effectus ſunt juvare illuſtrationem, conſervationem, propagationem veræ, puræ & ſinceræ doctrinæ, & impedire errorum & corruptelarum propagationem & defenſionem.

Iuvare confeſſionem veritatis & refutationem errorum.

Et impedire ea, quæ veræ confeſſioni ſunt contraria.

Impedire blaſphemos, famoſos & contumelioſos libellos hæreticorum, Neminiſtarum & ſeditioſorum hominum.

Cavere, ne falſis dogmatibus ſcandala & diſſidia excitentur.

Verum & ſalutarem conſenſum & concordiam in doctrina Chriſti promovere.

Cavere, ne contumelioſis & famoſis ſcriptis pax publica turbetur.

Promovere veram & neceſſariam diſcipli-
p.42 nam Eccleſiaſticam, iuvare ædificationem Eccleſiæ in concionando pœnitentiam impiis & ſceleratis.

Cavere abuſus & oppreſſiones prælorum.

Prodeſſe Eccleſiæ & Reipublicæ & poſteritati.

Iuvare repreſſionem & confuſionem impiorum conatuum, quos falſa Eccleſia cum viris hujus ſeculi ſubinde excogitat & molitur.

CONTRARIA SUNT.

Iuvare errorum & corruptelarum propagationem & defenſionem.

Promovere ea, quæ veræ confeſſioni ſunt contraria.

Promovere blaſphemos & famoſos & contumelioſos hæreticorum libellos, ut faciunt inſpectores inter Papiſtas & Adiaphoriſtas.

Permiſſione librorum hæreticorum & corruptelarum præbere cauſam ſcandalis & diſſidiis Eccleſiæ.

Neceſſarias conciones pœnitentiæ & reprehenſiones peccatorum impedire.

Promovere conatus impios politicorum contra miniſterium & diſciplinam Eccleſiæ, ut ſunt varia decreta de formulis religionum, de compoſitione controverſiarum per amneſtiam, de formulis illegitimis Conſiſtoriorum & vi-

& viſitationum, nimirum quæ non congruunt cum verbo DEI & Eccleſiæ libertate.

Exercere varios abuſus & oppreſſiones
prælorum, ut fit in edictis illis, ne quid in
exteris etiam regionibus uſpiam imprimatur,
niſi prius a ſe approbatum, quaſi vero in
aliis locis non etiam ſint inſpectores, & pe- p. 43
riculum non potius cadat in ſcriptorem,
quam in inſpectorem vel approbatorem.

Neceſſariorum ſcriptorum inhibitione & inutilium permiſſione turbare & claudere Eccleſiæ & Reipub. commoda.

Libellos ad inſpiciendum miſſos non modo non admittere, ſed etiam iniuſte detinere, & autori nolle reſtituere. Quod ſi non furtum, certe vis iniuſta eſt viris bonis indigna.

Affligere Typographos, teſtimonia veritatis ad DEI honorem & proximi utilitatem promoventes, & interea publica lupanaria fovere, & ſodomitica ſcelera impunita dimittere.

QUÆ COGNATA?

Cum inſpectione librorum edendorum cognationem habent inſpectiones aliarum rerum, ut Eccleſiæ, Reipublicæ. Sed non eſt difficile differentias invenire.

QUÆ OPPOSITA?

Legitimæ inſpectioni opponitur illegitima inſpectio, de qua ſupra diximus. Ea autem fit variis modis.

1. Cum perſonæ non habent legitimam vocationem ab Eccleſia & Magiſtratu.

2. Deinde cum non ſunt idoneæ ad id officium, ut fit, cum ſutores & cereviſiarum coctores conſtituuntur inſpectores, qui vix inter cereviſiam & aquam, nedum inter verum & falſum in religione diſcernere poſſint.

3. Cum ea provincia demandatur illis, qui alias ſatis habent, quod agant, & non poſſunt huic negotio vacare, qui pertæſi laborum, & quod non capiunt inde multum
p.44 commodi, negligentiſſime inſpectioni præſunt. Hoc fit, ubi tantum aulici, Conſiliarii, Scribæ & Curiales, & jure conſulti Inſpectores agunt, ut docet experientia.

4. Cum non iureiurando aut ſimili obligatione aſtringuntur, ut gloriæ DEI & confeſſionis veritatis & ædificationis Eccleſiæ habeant accuratiſſimam rationem, nec certæ leges præſcribuntur, ſed omnia ipſorum voluntati & affectibus relinquantur, ut, quæ velint, admittant, quæ propter perſonas non placeant, impediant.

5. Cum inſpectores non bona fide agunt, ſed contra religionem, pietatem & honeſtatem promovent erronea, blaſphema, contumelioſa; Item cum claudunt præla ſcriptis, ad religionis & veritatis propagationem pertinentibus, ſaltem ne offendant hæreticos, aut magnos Dominos, & recludunt ea ethni-

cis

cis & philoſophicis, iocoſis etiam & ſcurrilibus libris, ſicut multis in locis Æſopus, Eulenſpiegelus, Cornelius Agrippa, & ſimiles autores locum habent, at ſacra biblia & confeſſiones veritatis exulant.

Porro iſtam illegitimam inſpectionem coram DEO non excuſat vetus conſuetudo in aliorum exempla, ſicut quidam ocioſe ſomniant. Nam eodem argumento lupanaria excuſari poſſunt, de veteri enim conſuetudine ethnica in multis magnis civitatibus tolerantur contra magiſtratus officium, in pietatis & honeſtatis & ſalutis detrimentum. Nam ut conſules & ſenatus in magnis civitatibus lenones agant, prohibitum eſt, Rom. 13.

AN LITERATI, ET PRÆSERTIM THEOLOGI, LEGITIMÆ INSPECTIONI SUOS LIBROS SUBJICERE DEBEANT? p. 45

CAPUT XVII.

Etſi ſua natura libera ſunt præla, tamen legitimæ inſpectioni, pertinenti ad præla eius loci, ut hactenus eam deſcripſimus, literati omnes facile ſeſe ſubjiciunt. Quis enim non eam Eccleſiæ & Magiſtratui, cujus autoritate illa legitime fit, præſtet obedientiam?

Deinde nemo ex doctis eſt adeo arrogans, qui non cupiat alios doctos & probatæ pietatis viros, bona fide, quid deſiderent, indican-

 dican-

dicantes habere cenſores, modo nihil ſine ratione ex verbo DEI aſſignata vituperent, aut impediant, & liceat ab ipſis ad aliorum præla & iudicia tranſire.

Tertio, ut pii & docti viri ſuis ſcriptis Eccleſiæ & Reipublicæ quærunt commoda, ita facile poſſunt pati, ut legitima de iis ex verbo DEI exerceantur judicia, an ſint vera & utilia, an vero ſecus.

Quarto norunt ſpiritus Prophetarum, ipſis Prophetis ſubjectos eſſe debere, ac in Eccleſia eam a DEO poteſtatem factam eſſe ſingulis, ut probent omnia, & bona teneant, mala vero abjiciant. Quare non moleſte ferunt legitimas cenſuras eorum, qui, vocati ab Eccleſia & Magiſtratu, ad eam rem deſtinati ſunt, cum alias oporteat ſingulorum ſubire judicia, præſertim cum illi non impediunt, ſed promovent bona & ſalutaria ſcripta.

p.46 AN LITERATI, ET PRÆSERTIM THEOLOGI, ILLEGITIMÆ INSPECTIONI SUOS LIBROS DEBEANT SUBJICERE?

CAPUT XVIII.

Ut ea, quæ legitime & recte fiunt, nemo improbare debet, ita quæ contra fiunt, nullo modo pie approbari poſſunt, ſive re, ſive verbis, ſive ſilentio. Nam DEI mandatum eſt, ne dicas falſum teſtimonium. Item væ, qui malum bonum, & bonum malum dicit.

Deinde

Deinde quiſque Chriſtianus, præſertim Theologus, tenetur Eccleſiæ ius ſuum conſervare & cavere, ne quid de eo imminuatur. Cum autem inſpectio illegitima Eccleſiam ſuo iure & commodis privet, ut in ſuperioribus eſt indicatum, quis pius bona conſcientia ſuos libros ei ſubmittat?

Tertio illegitima inſpectio nihil aliud facit, quam quod ſpiritui ſancto frenum injiciat, eos obturet, ne dicat veritatem. Cum autem oporteat cuilibet Miniſtro DEI os & ſtylum liberum eſſe ad dicendam & ſcribendam veritatem, ſine hominum reſpectu, juxta dictum, Exalta vocem tuam ſicut tubam, Clama ne ceſſes. Item, inſta tempeſtive & intempeſtive, argue & increpa graviter; Et, Peccantem coram omnibus argue, qua conſcientia quis poterit in ejusmodi ſervitutem conſentire, ne quid edat, niſi prius conceſſum ab illis injuſtis prælorum oppreſſoribus?

Quarto, Theologum oportet prælorum illegitimam illam occupationem per viros politicos, & tyrannidem, & inauditam crudelitatem, veritati, confeſſioni & poſteritati nocentem, reprehendere, Quomodo ergo ipſe ſuo exemplo eam comprobet?

Quinto, quid proſit literato, ſi ſuos libros, p.47 illegitimæ inſpectioni ſubjiciat, cum nihil aliud inde reportet, quam moleſtiam. Nam illi injuſti cenſores ſcripta illa, quæ ad gloriam

riam DEI, & propagationem veritatis, & corruptelarum refutationem, & ſalutarem impiorum converſionem pertinent, prorſus ſine omni probabili, nedum pia & firma ratione rejiciunt, aut tenebris cuſtodienda, aut tineis devoranda tradunt, interea ſpe vana lactantes autorem de editione ad Calendas Græcas futura.

Sexto, omnia illa ſcelera & peccata, quæ ab illegitimis inſpectoribus perpetrantur in veritatis oppreſſione, mendacii & corruptelarum & calumniarum propagatione confirmari neceſſe eſt ab iis, qui ſeſe talibus ſubjiciunt ſine juſta proteſtatione & exceptione, quod non poſſimus ea, quæ ab ipſis præter ius & æquum fiunt, probare, & quod nolimus eorum præjudiciis aſſentiri, ſi contra verbum DEI, & ſine veris & certis rationibus pronuncient.

CAPUT XIX.

AN BONA CONSCIENTIA MAGISTRATUS POSSINT LITERATIS, ET MAXIME THEOLOGIS, IMPERARE, NEQUID SINE SUA INSPECTIONE ET CENSURA PRÆLIS IN SUA DITIONE EXCUDANT?

Quemque Magiſtratum habere rationem prælorum ſuorum, & cavere, ne quid contra pietatem & honeſtatem prodeat in vulgus,

gus, id non impugnatur. Sed cum non tantum ad Magiſtratus, verum etiam ad Eccleſiam ſimul, jus inſpectionis pertineat, quia inſpectio ſit pars judicii de doctrina; quod Chriſtus Eccleſiæ ſuæ delegarit, non decet politicos viros totum illud jus rapere, p.48 & uſurpare, verum cum Eccleſiæ & Miniſterii, ſeu Superattendentium & Paſtorum conſenſu talia decreta facere, & idoneis hominibus id officium demandare. Quod ſi non fiat, ſed Magiſtratus id jus ſibi ſoli & Aulicis ſuis adeo aſſcribat, ut Doctoribus & ſcriptoribus Fccleſiæ edicat, ne quis prius confeſſionem ſuam aut ſcripta de religione edat, quam id ei a ſe & Aulicis ſuis, religionem vel non intelligentibus, aut carnaliter & politice de ea judicantibus, ſit permiſſum, graviſſime ea in re peccat.

Primum, quia agit contra mandatum Dei, Non furtum facies. Sacrilegium enim committit, dum Eccleſiam, quæ habet jus de doctrina & ſcriptis & operibus miniſtrorum & doctorum ſuorum, 1. Cor. 14. judicandi, ſuo jure privat, & id ad Aulicos partim non idoneos, partim aliis rebus occupatos, partim impie de religionis negociis judicantes transfert. Sunt quidem gubernatores politici, ſi amplectuntur ſinceram doctrinam, etiam membra Eccleſiæ, ac habent poteſtatem probandi Spiritus, ut alii ſinguli Chriſtiani. Verum ſicut non licet aliis Chriſtianis

nis ſingulis totum jus ſibi adſcribere, ita ut Eccleſiæ vel præjudicetur, aut ſuum jus præripiatur; Sic nec piis gubernatoribus licet ideo, quia Chriſtiani ſunt, multo minus ideo, quia Magiſtratum gerunt, ſibi ſolis, excluſa Eccleſia, rapere poteſtatem interdicendi, quæ ſcripta edi aut opprimi debeant.

Secundo agit contra ſuum officium. Nam Magiſtratus debet eſſe cuſtos utriusque tabulæ, & operam dare, ut Eccleſia & pii mini-
p.49 ſtri retineant eam libertatem, quam a Chriſto acceperunt, nimirum voce & ſtylo veritatem DEI propagandi & propugnandi, contra errores & corruptelas ſanæ doctrinæ, ſine ullius hominis aut etiam Angeli reſpectu Gal. 1. Tit. 1. 1. Timoth. 5. 2. Timoth. 3. Eſa. 58. Ad quid illi faciunt aliud, qui de ſuo tantum perverſo arbitrio & nutu volunt, Doctorum Eccleſiæ ſcripta, ad confeſſionem & propagationem veritatis, & converſionem hominum neceſſaria, ſtare aut cadere, exprimi aut opprimi, evulgari aut occultari; quam quod contra ſuum munus ſibi divinitus mandatum ſe dominos Decalogi conſtituant, & contra DEI interdictum Eccleſiæ Doctoribus, atque adeo Spiritui ſancto, leges dictent, & capiſtrum aut frenum injiciant ac imperent, ne quid doceat, aut ſcribat ad Eccleſiæ ædificationem, ſine ſuo juſſu aut conceſſu.

Tertio,

Tertio, quia confundit diſcrimina & metas vocationum Eccleſiaſticæ & politicæ, & inſtituit novum imperialem Papatum. Deus enim Magiſtratum & miniſterium verbi diſtinxit, & ſua cuique jura & officia præſcripſit, quæ ſi utrinque ſervantur, recte Eccleſia & Reſpublica curatur, & neutra alteram impedit, ſed potius ſe mutuo juvant.

Miniſtrorum Eccleſiæ jura ſunt, doctrinam puram & ſinceram voce & ſtylo plantare & propagare, & ſacramenta recte adminiſtrare, pro ſe & populo orare, & bono exemplo gregi præire.

Secundo arguere, damnare, &, ſi neceſſitas poſtulat, excommunicare voce & ſtylo peccata & peccatores contra primam, ut p. 50 ſunt Idololatræ, errones, hæretici, pſeudodoctores, blaſphemi, incantatores, abnegatores veritatis, contemtores verbi & Sacramentorum, & ſimiles: & ſecundam tabulam, quales ſunt Tyranni, oppreſſores & perſecutores, homicidæ, proditores, adulteri, ſcortatores, avari, uſurarii, fures, prædones, falſi teſtes, conviciatores, mendaces, injuſti occupatores bonorum alienorum, & ſimiles.

De his ſingulis miniſtri jus Dei præſcriptum habent, & non tenentur ullius hominis, ſive Magiſtratum gerat, ſive privatus ſit, auctoritatem aut edictum expectare & curare, ſed DEI mandatum ſedulo exequi.

Quod

Quod ſi faciunt, commodum Reipublicæ non impediunt, ſed promovent. Nam homines verbo DEI inſtructi, pie & honorifice de Magiſtratu ſentiunt, eique, ut DEI miniſtro, libentius parent, & fidelius imperata præſtant, & propter pietatem ſibi a ſceleribus cavent, atque ita minus negocii faceſſunt ſuis gubernatoribus, imo ſua oratione pro Magiſtratu, & vera pœnitentia, & pia converſatione multa mala impendentia exitium Rebuspublicis minantia avertunt, aut mitigationem præſentium impetrant.

Ac falſiſſimum eſt, quod impii Monarchæ aut gubernatores ſomniant, quod ſi Miniſtris Eccleſiæ non injiciant frena, & non præſcribant eis, quid, & quomodo docere, & claves adminiſtrare debeant, ad ſeditionem fundamenta jaciant, & Magiſtratui habenas
p.51 & claves gubernaculi excutiant. Nam Miniſtri Eccleſiæ intra metas ſuæ vocationis ſeſe continentes, & juxta DEI præſcriptum & mandatum docentes, & claves & ſacramenta adminiſtrantes, nihil eorum faciunt, quæ Magiſtratus poteſtati quicquam derogant.

Deinde ipſi Miniſtri, cum ſua vita & bonis, & rebus externis ſubjecti ſunt illis. Ac teſtatur experientia veros & ſinceros Doctores, eorumque auditores, nunquam moviſſe ſeditionem ullam; ſed falſa dogmata profitentes, eiſque addictos, ad naturam Sathanæ

acce-

accedentes, & mendaces, & homicidas, ac ſeditioſos fuiſſe, omnium temporum hiſtoriæ comprobant. Ac noſtrum ſeculum in Thoma Monetario & Anabaptiſtis Munſterianis, & nunc in Bremenſibus, triſtia exempla videt.

Magiſtratus politici iura ſunt, eſſe cuſtodem Decalogi, & nutricium Eccleſiæ, & honore afficere opus bonum & bene agentes, ac terrori eſſe malo operi, & vindictam exercere adverſus male agentes, Rom. 13.

Non debet Magiſtratus Dominus eſſe aut everſor Decalogi, & ſibi rapere ius, decreta de religione, de cultu DEI, de Eccleſiæ gubernatione, de modo docendi & adminiſtrandi claves, præſcribendi Miniſtris Eccleſiæ, ſed dare operam, ut pura & ſyncera doctrina propagetur, & religio a miniſtris Eccleſiæ, & ſacramenta, & claves, quæ ad gubernationem Eccleſiæ pertineant, eo modo, ut in verbo DEI proſcriptum eſt, adminiſtrentur, & honorare Miniſtros, fideliter ſuo munere fungentes, proterrere autem contrarium agentes, ut ſunt hæretici & blaſphemi, & abolere idololatriam ſuis ſubditis nocentem.

Deinde Magiſtratus eſt, adminiſtrare Rempublicam iuſtis legibus, & conſervare diſciplinam externam & pacem, & in violatores legum, & diſciplinæ, & turbatores pacis, ſuo nervo & gladio animadvertere, Rom. 13.

Intra has metas dum Magiſtratus ſeſe continent, gloriam DEI & Eccleſiæ ædificationem & propagationem iuvant, & mutuam illam coniunctionem divinitus inter Miniſterium & Magiſtratum ſancitam conſervant.

Deus enim utroſque hoc modo ſibi invicem copulavit & ſubjecit.

Miniſtri Eccleſiæ ſuis fortunis, & externis & politicis actionibus, & corpore ac vita ſunt legibus Magiſtratus ſubditi, & ab eo, tanquam miniſtro DEI, ſi bene agunt, honorem, ſin male, terrorem & pœnam expectant.

Suæ autem conſcientiæ & fidei, doctrinæ & confeſſionis & operum vocationis ſuæ non Magiſtratum agnoſcunt Dominum, nec ab eo quid, & quomodo in miniſterio agere debeant, nova decreta accipiunt; ſed a Deo pendent, qui Dominium conſcientiarum ſibi vendicat, & modum docendi, ſacramenta & claves adminiſtrandi, & cætera officia miniſterii certo verbo præſcripſit.

Si quid vero Magiſtratus illis in rebus deſiderat, tenentur quidem ei reddere rationem doctrinæ & factorum ſuorum in Miniſterio, ita tamen, ut non iuxta ullius hominis ar-
p.53 bitrium, ſed iuxta DEI verbum, de iis iudicetur.

Econtra Magiſtratus miniſterio, divinitus inſtituto, ſua conſcientia & anima ſunt ſubjecti, tenentur ab ipſis verbum DEI audire

&

& ſuſcipere, diſciplinæ eccleſiaſticæ ſeu clavibus ſeſe ſubmittere, & ſacramentis uti, pie vivere, & aliis bono exemplo præire & ſcandala cavere.

Deinde Chriſto portas aperire, & plantationem Eccleſiæ juvare, &, quæ eam impediunt, removere.

Porro, iſta harmonia divinitus ſancita, & diſtincta officia commiſcentur, & confunduntur, ſi Miniſtri Eccleſiæ ſibi ius Magiſtratus arrogant, eorumque iurisdictioni ſeſe eximunt; ut fecit Antichriſtus Romanus: aut econtra, ſi Magiſtratus ius miniſterii ſibi rapiant, & iurisdictioni ſeſe eius eximant, quod fit, cum inconſulta Eccleſia, & in fraudem miniſterii, decreta faciunt, nihil docendum, aut ſcribendum, aut edendum a Miniſtris & Doctoribus Eccleſiæ eſſe, quod non ipſi prius approbarint. Item, cum ſua ſuorumque, etiam atrocia, & manifeſta delicta argui & damnari iuxta DEI præſcriptum vetant.

Verum, ubi Deus aut Miniſtris Eccleſiæ præcepit, ut nihil doceant & edant, niſi prius a Magiſtratu iuxta aulicam & carnalem ſapientiam approbatum? Quis Prophetarum aut Apoſtolorum, Principum & Regum & politicorum Dominorum conſilio & conſenſu & decreto miniſterium ſuum obivit? Imo Prophetæ & Apoſtoli, contra Magnatum edicta & decreta, veritatem, ut a

DEO iuſſi erant, propoſuerunt publice, uſi hac regula, oportet DEO magis obedire, quam hominibus, Act. 5.

p. 54 Deinde ubi Deus Magiſtratui hoc ius dedit, ut Miniſtris Eccleſiæ ex ſuo cerebro decreta, verbo DEI contraria, de doctrina & adminiſtratione clavium & ſacramentorum, & aliis officiis ad Miniſterium pertinentibus, præſcribant? Annon Deus ipſe illa omnia præſcripſit, quæ a Miniſtris ſuis vult fieri, per Ieſum Chriſtum, quem ſolum vult audiri, ac poſt eum vocem illius ſonantes? Mat. 10. & 17.

Si autem Deus neque Miniſtris ſuis mandavit, ut expectent Magiſtratus autoritatem & nova decreta, quid docere, aut facere in miniſterio ſuo debeant, ſive voce, ſive ſtylo, neque Magiſtratui id munus commiſit, ut talia faciant, quis eſt tam hebetis iudicii, qui non intelligat, iſto modo a politicis novum Imperialem Papatum, quem Germanorum Propheta *Lutherus* ſæpe prædixit, contra Dei verbum inſtitui?

Sicut enim Pontifex Romanus ſibi ius gladii corporalis, quod Magiſtratui eſt a DEO commiſſum, arrogavit contra edictum Chriſti: *Principes gentium dominantur, Vos autem non ſic*: ac eo multis modis abuſus eſt, ad Regum & Cæſarum oppreſſionem, & politiarum & Eccleſiarum everſionem; ita nunc Gubernatores politici, ſeu potius crudeles Tyran-

Tyranni, ius gladii ſpiritualis, qui Eccleſiæ & miniſtris eius divinitus eſt commendatus Ioh. 20. Matth. 18. rapiunt, eoque miniſterium opprimunt, & plantationem & propagationem veritatis & ſalutarem hominum converſionem impediunt, dum non ex Dei præſcripto, ſed ſecundum ſuas ſapientiæ, vel potius ſtultitiæ humanæ, regulas, ora & ſtylos Miniſtrorum Dei & Eccleſiæ agere imperant, & ſe ſuosque injuſtos quæſtores & p. 55 imprudentes Conſiliarios conſtituunt Epiſcopos & ſummos Dictatores miniſterii & gubernationis Eccleſiaſticæ, ubi de puritate doctrinæ, de clavibus & ſacramentis, de vera cura animarum, de confeſſione veritatis & oppugnatione hæreſium, de editione librorum, ad Eccleſiæ ædificationem utilium, & ſimilibus rebus Eccleſiæ iudicandum eſt.

Sicut autem Deus & Eccleſia Antichriſtum Romanum damnat & execratur 2. Theſ. 2. Apoc. 14. & 18. ita absque dubio extreme deteſtatur illum novum Cæſareopapatum, ut *Lutherus* nominat, in quo politici viri ſeſe in templum DEI collocant, & contra Deum ac Eccleſiam ſeſe efferunt, & ſe pro DEO oſtentant, dum nova decreta miniſterio, a Chriſto ordinato, contraria condunt & promulgant, ac ſub pœna exilii & damnationis ſervari volunt.

Nos reges, Principes, Conſules, &c. Imperamus vobis Eccleſiæ miniſtris, ut iuxta

formam, quam vobis præſcribimus, doceatis, quia nos ſumus cuſtodes utriusque tabulæ, & habemus poteſtatem, novas formas docendi præſcribere, quo pax & concordia ſervetur inter diſſentientes. Item hunc librum, hoc corpus doctrinæ, ab iſto homine præſcriptum, debetis ſuſcipere & per omnia probare. Si quis contra aliquid diſputaverit, eum concilium noſtrum damnabit, & nos eum proſcribemus. Non enim potuit autor illius voluminis errare, eiusque ſcripta iure canonicis & autenticis æquiparantur.

Item, cum docetis de Cœna Domini, non
p.56 debetis dicere, in Cœna in & cum pane exhibetur verum & ſubſtantiale corpus Chriſti, quod in cruce pependit.

Item ne quem in Confeſſione examinetis, quid de capitibus doctrinæ controverſis ſentiat. Nam id eſſet conſcientiæ carnificinam inſtituere. O ſcelus!

Ne quem ab abſolutione, aut baptiſmo, aut cœna ſuſpendatis aut removeatis, niſi prius in aula & conſiſtorio noſtro accuſatum & damnatum noſtra ſententia. Nam ſecus faciens infamat homines, & Magiſtratui regalia ſua præripit. O impietatem, *Pontii Pilati* iniquitatem & tyrannidem exuperantem!

Ne quem ſcandaloſum peccatorem iubeatis cum Eccleſia & offenſo fratre reconciliari denunciatione ex ſuggeſtu, quod lapſus agno-

agnoſcat ſuum delictum, & petat, ne quis ſuo malo exemplo innitatur. Nam hoc eſt humanis traditionibus onerare conſcientias.

Item ne in publice delinquentes & a Magiſtratu punitos exerceatis cenſuram Eccleſiaſticam. Nemo enim debet duplicem pœnam pati.

Item, ne hæreſes & hæreticos, nimirum Papiſtas, Pſeudo adiaphoriſtas, Synergiſtas, Victorinianos, Maioriſtas, Sacramentarios, Stenckfeldianos, Oſiandriſtas & ſimiles errones publice damnetis. Nam iſta non faciunt ad ædificationem, ſed tantum irritant homines, & Magnatum odia conciliant, & diſſidia augent; Et ſcriptum eſt, Nolite iudicare, & non iudicabimini. O reformatores Eccleſiæ DEI! ubi manet illud Matth. 7. Cavete vobis a Pſeudoprophetis; Item Probate Spiritus, an ex DEO ſint.

Item non debetis neque noſtris, neque externis prælis edere ullum ſcriptum ſive contra Antichriſtum, ſive contra aliorum hæreticorum corruptelas, niſi de noſtra voluntate & conſenſu. Et quamvis nos, nullis rationibus fulti, in patrocinium Antichriſti & aliorum erronum, ſcripta veſtra mora cenſuræ, & ſitu, & incarceratione oppreſſerimus, ac econtra libris eorum, qui corruptelas ferunt, & veritatem corrumpunt, & venena propinant incautis, & vineam Domini vaſtant, omnes feneſtras & aditus pate- p. 57

faciamus, tamen non debetis nos impietatis & defectionis a vera doctrina, & declinationis ab exemplo noſtrorum majorum arguere & damnare. Nam & nos Spiritum DEI habemus, & errare non poſſumus, nec quemquam ferre volumus, qui nobis contradicat, & quicquam præſcribat.

Poſſet ſimilium decretorum Cæſareopapatus longus texi catalogus ex hiſtoriis, & actis Eccleſiarum ſub Evangelicis Dominis, niſi prolixitaten vitaremus, & non aliam occaſionem expectaremus.

Quarto, Quia tyrannidem exercet in libertatem Eccleſiæ a Chriſto partam. Nam Deus omnium piorum, maxime vero Theologorum vocem & ſtylum in aſſerenda & propaganda, & defendenda veritate, quæ eſt commune patrimonium Eccleſiæ, vult eſſe liberam, & præter iudicium Eccleſiæ, ad normam verbi DEI faciendum, nullius hominis aut Angeli autoritati & imperio ita ſubiectam, ut de eius arbitrio fiat aut intermittatur, Gal. 1.

Et hanc libertatem Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuo ſanguine Eccleſiæ ſuæ comparavit, & nunc ſedet ad dexteram patris, ut eam tueatur contra illos Tyrannos, qui conantur ſervitutem illam Ægyptiacam imponere miniſterio ſuo, ne quid dicat aut ſcribat a ſe non prius approbatum ac permiſſum.

Nihil

Nihil Deus in Miniſtro & Doctore Eccleſiæ magis deſiderat, quam ut libere ſcribat aut dicat, quæ ad DEI gloriam & Eccleſiæ ædificationem pertinet ſine ullius hominis reſpectu. At illi Tyranni ſe prius conſuli volunt, quid docere aut ſcribere debeant, & ex ſuis cerebris, politica ſapientia ſeu potius inſipientia plenis, decreta dictare præſumunt de rebus ſpiritualibus, quas parum intelligunt.

Quinto, Quia πολυπραγμοσύνης vitium graviſſimum incurrunt, dum neglectis iis, quæ propius ad ipſos pertinebant, aliena curant.

In adminiſtratione Reipublicæ ſatis, quod agunt, habent legibus condendis, litibus componendis, bonis defendendis, & coërcendis ac puniendis ſceleratis. Hæc ſi ſedulo & gnaviter tractarent, negotii & moleſtiarum ſatis capeſſerent, nec affectarent Eccleſiæ adminiſtrationem, quæ illis non eſt commiſſa. At quia otia agunt, & Conſiliariis ſuis, plerumque impietate & avaritia & naturali odio adverſus Miniſterium inflammatis, omnia committunt cum magno ſuo & ſubditorum detrimento, ideo ſibi, vana perſuaſione inflati, quaſi ipſi ſint in rebus religionis omnium peritiſſimi, & dona habeant diſcernendi ſpiritus, & præ aliis inde usque a proavis poſſideant Spiritum ſanctum, ius rapiunt contra DEI voluntatem & contra Eccleſiæ conſenſum dictandi miniſtris Ec-

cleſiæ; hunc librum debes edere, illum non
p.59 debes edere, quia nobis non placet. Etſi enim verbo DEI omnia in illo probantur, tamen ne offendantur Magnates, nec accerſatur periculum, ne veniant Romam, ne augeatur diſſidium, ne excitentur hæretici & reſpondeant, ideo imperamus pro noſtra maieſtate, ne des in publicum. Satis pro imperio, egregiæ ſane rationes, non ex verbo DEI, ſed ex mundi ſtultitia & cæca philoſophia, ſeu ex iuriſprudentia promanantes, quas niſi Spiritus ſanctus approbaverit, paratum ei exilium eſt. Ieſus Chriſtus erat omnium prudentiſſimus, & ad iudicandum cauſas politicas potentiam & dona habebat præſtantiſſima; tamen intra metas ſuæ vocationis ſeſe continet, & poſtulanti, ut ſibi & fratri ius dicat, reſpondet: Quis me conſtituit iudicem? Sic Politici Domini cum ſuis aulicis debebant cogitare: Quis me conſtituit dictatorem Eccleſiæ, ut mihi liceat Eccleſiæ miniſtris præſcribere, quid docere aut edere, & quid omittere debeant, ſed dum ſecundum DEI præſcriptum ſuo funguntur officio, nullum in illos ius habeo.

Sexto. Quia violant perpetuam conſuetudinem Eccleſiæ, quæ a piis Magiſtratibus ſemper eſt obſervata, ut patet ex hiſtoriis, & legibus Imperatorum, nimirum, ut de doctrina, & rebus eccleſiaſticis, & de libris edendis, non ſolum politici Domini, ut iſti

faciunt,

faciunt, ſed Doctores Eccleſiæ, res illas intelligentes, & donis ad eam rem a DEO ornati, cenſerent & iudicarent. Recte ille dixit tum fore artes beatiſſimas, ſi tantum illi de iis iudicarent, qui earum peritiam & cognitionem habeant: At multo melius res Eccleſiæ haberent, ſi tantum eas intelligentes, iuxta DEI verbum, & non iuxta diſtortæ rationis & philoſophiæ præiudicia tractarent, & ſi controverſiæ ex præſcripto verbi DEI, & non iuxta hominum carnalium placita dirimerentur. 6.

Septimo: Quia multum nocent ſuæ politicæ adminiſtrationi hoc pacto. Nam, ſi quid aliquando editum fuerit contra aliquem Tyrannum, ſicut interdum fieri neceſſe eſt, tum ille iraſcetur non ſcriptori, ſed Domino illius loci, quem noverit omnem poteſtatem prælorum ad ſe traxiſſe; ac colliget, non ſine eius conſenſu id fieri, eaque occaſione movebit bellum.

Octavo, Quia tali ratione multum nocet veræ religioni & Eccleſiæ plantationi & poſteritati. Nam ad veram religionem propagandam tum ad alios, tum etiam ad poſteros, & ad regnum Diaboli enervandum, & ad impediendum errores & impios cultus, opus eſt libera confeſſione, non tantum quæ ore fiat; ſed etiam, quæ ſtylo. Quod quidem adeo planum eſt, ut nemo negare poſſit. Id enim confirmat experientia & hiſto-

hiſtoria eccleſiaſtica. Niſi enim Apoſtoli, & eorum ſucceſſores, & Patres ſtylo & libris editis hæreticorum opiniones & errores refutaſſent, & veram doctrinam defendiſſent, quid quæſo poſteritas de veritate noſſet? Quæ enim voce tradiderunt, oblivioni tradita ſunt, ſed ſcripta eorum a poſteritate lecta ſunt, ac DEI beneficio veritas tandem apud aliquos obtinuit victoriam. Quod ſi tum ſoli Magiſtratus & Aulici impii ad ſeſe ius edendi libros traxiſſent, ut hodie fit, & propter aulicas rationes impediiſſent neceſſarias confeſſiones, quæ a Doctoribus eius ſeculi ſunt editæ, annon obſtitiſſent propa-
p.61 gandæ veritati ad poſteros? Annon iure accuſari poſſint proditæ veritatis? Annon poſteri de iis iure querantur, quod illorum tyrannide privati ſint veritate, quæ alias per ſcripta piorum Doctorum fuiſſet propagata.

Deinde illud politicorum exemplum nocebit poſteritati. Nam etſi forte aliqui nunc Magiſtratus ſint eius ſapientiæ & pietatis, ut poſſint de libris, qui edendi ſunt, iudicare, idque etiam bene & gnaviter præſtent, ut neceſſaria, & Eccleſiæ utilia ſcripta non impediant, tamen cogitandum eſſet exemplum illud ad poſteritatem duraturum. Sequentes enim gubernatores, qui, ut plerumque accidere ſolet, minus ſapientiæ in rebus divinis, minusque pietatis habebunt, ac forte etiam hæreſi aliqua occupati erunt, volent

eandem

eandem poteſtatem ſibi uſurpare; imò puta-
bunt ſe recte facere, cum maiorum veſtigiis
inſiſtere videantur.

Hi ergo quid hac occaſione aliud facient;
quam quod veritatis propagationem impedi-
turi, & mendacium & falſa dogmata ſint
promoturi: Id vero peccatum recidet in au-
torem iſtius ſcandali, ut patet ex Hiero-
boam, & aliis, qui ſuis malis exemplis
Iſrael peccare feciſſe dicuntur.

Nono: Quia hoc pacto Magiſtratus poli-
tici accerſunt ſibi & ſuis a DEO omnis ge-
neris pœnas corporales, ſpirituales, & niſi
pœnitentiam agant, æternas. Deus enim iſtam
tyrannidem adverſus Eccleſiam & regnum
filii ſui, & novam illam meretricem Baby-
lonicam, ſeu Cæſareopapatum & confuſio-
nem poteſtatis Eccleſiaſticæ & politicæ, non
poteſt impunitam relinquere, ut teſtantur
vetera & recentium exempla. Huc perti-
nent omnes illæ horrendæ comminationes
pœnarum ſpiritualium & corporalium, &
æternarum, qui de Antichriſto Romano eiuſ-
que Collegis, membris, ſeu ſociis in ſacris
literis reperiuntur. Æqualium enim & ſimi-
lium peccatorum par & ſimilis pœna eſſe ſo-
let. Oſtendimus autem ſupra Papalem An-
tichriſtum, hoc eſt, confuſionem Eccle-
ſiaſticæ & politicæ poteſtatis, quam Papa &
Eccleſiaſticæ perſonæ inſtituerunt contra Dei
verbum, Principes gentium dominantur,
vos

vos autem non ſic: Et novum Imperialem Antichriſtum, hoc eſt, confuſionem illam, qua Magiſtratus politici ſibi rapiunt ius utriusque gladii corporalis & ſpiritualis, eſſe paria.

Sed dicamus ſane aliquid de iſtis pœnis, quæ a politicis accerſuntur, ſi forte aliquis earum conſideratione moveatur ad pœnitentiam.

Primum autem iſti ſpiritualia ſibi accerſerunt mala. Nam a DEO ita excæcantur, ut non videant ſe graviſſima perpetrare ſcelera, qualia ſunt facto ipſo agere adverſarium DEI, ſeſe efferre ſupra Eccleſiam, ſeſe collocare in templum DEI, & oſtentare pro DEO, 2. Theſſ. 2.

Deinde occupantur a ſeptem ſpiritibus, qui poſtrema faciunt pejora primis. Matt. 12.

Tertio, ita a ſpiritu vertiginis mirabili DEI iudicio non pauci corripiuntur, & in tranſverſum aguntur, ut contra ſuam conſcientiam ſuas & maiorum ſuorum confeſſiones damnent & abjiciant & blaſphement.

Quarto coguntur fieri perſecutores ſincerorum Doctorum, ſeque participes faciunt ſanguinis, qui inde ab Abele effuſus eſt.

Quinto, ſe & ſuos ſubditos privant veritate Evangelii, qua nullus eſt præſtantior & durabilior theſaurus, & patefaciunt omnis generis corruptoribus doctrinæ feneſtras ſuas.

Sexto,

Sexto, Abalienant a ſeſe preces communes piorum, quibus ſæpe magni viri tempore afflictionis adiuti, vel ſua bona retinuerunt, vel omiſſa recuperarunt, & ex ipſis carceribus liberati ſunt, & accerſunt ſibi contra maledictionem & execrationem omnium piorum, quæ res eſt longe triſtior & nocentior, quam quicquam aliud in hoc mundo, ita ut Lutherus dicat, ſe malle Imperatoris Turcici ſuſtinere inimicitiam, quam unius veri Chriſtiani precationem contra ſeſe iuſtis de cauſis fieri.

Septimo, Tandem deſperatio ſolet eiuſmodi ſacrilegos ſequi, cuius rei exempla poſſemus recitare, niſi brevitati ſtuderemus.

Mala corporalia magis in oculos incurrunt, quorum illi ſe participes faciunt, ſed illa non iſti peccato, verum aliis cauſis adſcribere ſolent.

Peccata Antichriſti Eccleſiaſtici, ſeu Papatus Deus punivit, & adhuc punit, fame, peſte, gladio, ſeditionibus, imperii Romani diſtractione, vaſtatione Regnorum, ſubverſione civitatum, variis novorum morborum generibus.

Eadem mala manent, & quidem iam cœperunt graſſari in Magiſtratus ſibi utrumque gladium rapientes, ſeque Dominos & Dictatores regni Chriſti conſtituentes. Dum enim illi regnum Chriſti turbant & transformant, p.64

Deus

Deus ipſis viciſſim ſua regna turbis & omnis generis calamitatibus replet, dum ſuper Chriſtum & Eccleſiam regnare nituntur, & pios in exilia mittunt, Chriſtus viciſſim eos ſubjicit ſervituti & imperio alieno, ut Turcico, Muſcovitico, & aliis.

Mala æterna Antichriſto Papali prædicta ſunt in verbo: Extrema abolitio 2. Theſſ. 2. Palus ignis & ſulphuris, Apocal. 19. Cruciatus æterni Apoc. 14. Verum eadem etiam referri debent ad Antichriſtum Imperialem, & ad Gog & ad Magog, Apocal. 19. & 20.

Hæc opponant viri politici ſuis vanis conſiliis, & opinionibus, quibus ſibi perſuadent, ſe & ſuos fore beatos, ſi etiam ſupra Eccleſiam eiusque Miniſtros ſupremam ſint adepti poteſtatem, ſeu tyrannidem, & perpetuam dictaturam, Tum enim fore aurea ſecula, ac caveri & interdici poſſe viris rixarum, ne quid loquantur, ſcribant aut edant, quod faciat ad Magnatum animos irritandos, & ad diſſidia excitanda. Nam ſi verbo DEI & experientiæ fides habenda eſt, diverſum eveniet. Sicut enim Papalis Antichriſtus, qui ſibi ultra gladium ſpiritualem, etiam corporalem rapuit, infinita mala attulit, & Eccleſiam & politiam oppreſſit, cultus idololatricos inſtituit, carnificinam conſcientiarum exercuit, turbas & ſeditiones funeſtas movit, & ad inferos infinita animarum agmina deduxit. Ita contra

Anti-

Antichriſtus Imperialis, qui ſibi ultra cor- p.65
poralem gladium etiam ſpiritualem vendicat, contra DEI verbum & ordinem, opprimit Eccleſiam, veram doctrinam tollit, veras confeſſiones impedit, pro ſinceris & ſalutaribus Miniſtris corruptores, hæreticos, adulatores, Magiſtros lenipedes, lugenſaccos & ſuaviloquos ſubſtituit, & conſcientiis venena propinat, & Rempublicam turbis & ſeditionibus complet, & iram DEI ſibi & ſuis egregie cumulat, & perniciem, ſeu excidium, ac extremam ſervitutem accerſit.

Nono: *Lutherus*, & alii pii Doctores ſemper iſtam Magiſtratus tyrannidem damnarunt, nec voluerunt ſuorum ſcriptorum editionem pendere ab aulicorum præpoſtero, & a norma verbi divini abſono iudicio. Extat epiſtola *Lutheri* ad *Philippum*, in qua disſuadet ei, ne ſua ſcripta ad Aulicorum arbitrium edat aut ſupprimat. Ac recte aſſerit mediam partem ſuorum operum in tenebris manſiſſe, ſi aulæ arbitrium & conſenſum ipſe exſpectaſſet.

AN MAGISTRATUS RECTE FACIANT, SI INTERDICANT LITERATIS SUB SUA DITIONE CONSTITUTIS, NE QUID PRÆLIS EXTERNIS EVULGENT, A SE NON PRIUS VISUM ET APPROBATUM.

CAPUT XX.

Quia prælorum libertate Deus per *Lutherum* & alios viros, quos ipſe nova luce Evangelii per Spiritum ſanctum cœlitus illuminavit & induit, regnum Diaboli, & Antichriſti, & tenebrarum paſſim turbavit & deſtruxit,
p.66 ideo ut viciſſim DEO ægre faciat Sathan, & paulatim ſuum regnum recuperet, aut novum quoddam condat, omnibus viribus experitur, præla in captivitatem & ſuam ſervitutem redigere per Dominos politicos, quos inflammat & excitat ad dominatum ſuper Eccleſiam & Miniſterium conſtituendum, occupato nimirum gladio ſpirituali & poteſtate Eccleſiaſtica.

Ac DEI permiſſu propter peccata populi ſui & ingratitudinem mundi ea in re non parum profecit. Nam Paſtoribus & Superattendentibus, qui debebant eſſe cuſtodes iuris & privilegiorum & libertatis Eccleſiæ, quam Chriſtus ſuo ſanguine comparavit, partim ſtertentibus, partim colludentibus cum ſacrilegis illis, partim etiam perditionem exercentibus, non modo præla, quæ ſub dominio cuiusque ſunt, occupavit per illos Monarchas, qui ſoli ea obſident, & pro ſua tyrannide aut lubitu, quæ edi aut non edi debeant, iuxta aulicam ſapientiam, & non iuxta DEI verbum, & Eccleſiæ neceſſitatem & utilitatem edicunt, ſed etiam longius progreſſus, præla externa, quæ ſua non ſunt, ſed

alios

alios dominos habent, conatur ſuo ſervitio & iugo ſubjicere, dum imperant, ne quis ex Theologis quicquam edat alibi, quod non prius a ſe ſit viſum & approbatum & conceſſum. Si quis ſecus faciat, eum contumeliis & exilio multant.

Decebat autem Magiſtratus prius conſiderare, nunquid in eo recte faciant. Nunquid miniſtri DEI officio, an diaboli fungantur, talia præſumentes. Verum plerique ſe ita gerunt, ut in Pſal. 82. dicitur, Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, movebuntur omnia fundamenta terræ. Non enim. quid ſui officii ſit, nec quid liceat, cogitant, ſed pro arbitrio, quæ lubent, quo iure, quave iniuria appetunt, ſuſcipiunt, & in actum producunt, neque Deum, neque homines reverentes. p.67

Quare neceſſe eſt, Miniſtros DEI eos iuxta DEI verbum & veram pietatis normam, vel ſurdos, aut recalcitrantes, & minas cruentiſſimas ſpirantes, aut cœlum terræ miſcentes, commonefacere de metis ſui iuris, aut norma iuſtitiæ, ac de regula pietatis, ipſis vel in præiudicium, ne ſint excuſabiles in die iudicii, vel emendationem. Quo animo, & fine nos quoque hanc quæſtionem diſcutiemus.

Quod autem Magiſtratus non recte faciant, ſi literatis in ditione ſua conſtitutis imperent, ne quid prælis externis ſubjiciant, niſi prius

a ſe & ſuis Aulicis approbatum & conceſſum, facile iudicari poteſt ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, & porro ſubjicientur. Nam ſi non habent politici Domini ius ſoli, ſine iudicio Eccleſiæ legitimo & vero conſenſu, hujusmodi cenſuram inſtituendi aut exercendi, ut ſupra demonſtratum eſt, multo minus ius habent talia ſimpliciter imperare. Secundo non habent ius, literatorum, & maxime Theologorum, ſcripta ad ſuam inſpectionem & cenſuram aulicam ſine Eccleſiæ DEI conſenſu aſtringendi, ut illorum iudicio præpoſtero & arbitrio, neceſſaria & utilia ad ædificationem abjiciant, aut differant, p.68 aut veritatem in mendacium ſeu adulationem convertant.

Sed ſatis ipſis eſſe debet, ſi autores ſua nomina ſubjiciant, & parati ſint reddere rationem, ubi ſit neceſſe, & pati pœnas ſive Eccleſiaſticas, ſive politicas, ſi quid contra pietatem edidiſſe convincantur.

Tertio, quia literati homines non ſunt adeo mancipi, & Magiſtratus dominio ſubjecti, ut nihil ſcribere, nihil edere liceat ſine eorum inſpectione & approbatione, præſertim ſi nullas ſuæ improbationis iuſtas & pias rationes ex verbo DEI afferre queant. Quis ſutorum aut fabrorum adeo eſt mancipi, ut cogatur tantum ex Magiſtratus præſcripto & inſpectione calceos aut clavos hujus vel alterius formæ facere, & huic tantum,

tum, & non etiam alii vendere. Certe ſi gubernator aliquis conaretur ſutoribus hoc iugum ſervitutis imponere, ne quem calceum alium faciant, quam a ſe præſcriptum, nec cui vendant, quam a ſe prius viſum & approbatum, riſui omnibus ſeſe exponeret, & pro prudente Conſule aut Principe ſtultus, improbus & iniuſtus audiret, propterea quod cum non noſſet artem calceariam, ac ſciret iudicium de calceis pertinere ad eius artificii Magiſtros, & non ad conſularem aut regiam dignitatem, tamen temere id auderet, & ſimul impediret commodum artificium, & rem novam tentaret. Cur igitur ferant homines docti & Theologi, ut gubernatores politici, qui aut ſcribere non norunt, aut de religione parum intelligunt, id, quod ſui officii non eſt, nec ab iis præſtari poteſt, ſed ad alios pertinet, temere & cum fraude publici boni audeant?

Quarto, Privilegia & beneficia, literatis p. 6
data & conceſſa ab Academiis nomine Principum, non poſſunt ſine graviſſimis cauſis abrogari & tolli ab ipſo Imperatore, nedum ab aliquo inferiori Domino, niſi velit pro Tyranno & viro parum ſibi conſtante haberi.

Sed Doctoribus, ac Magiſtris, & Miniſtris Eccleſiæ datur poteſtas docendi & ſcribendi, quæ pertinent ad cujusque profeſſionem, tantum cum illa conditione, ut ſint parati reddere rationem, ſi quid perperam docu-

iſſe aut ſcripſiſſe videantur. Qua igitur fronte, & conſcientia Domini illi politici illa literarum, & maxime Miniſtrorum Eccleſiæ iura abrogabunt, inſcio Imperatore decretum facientes; ne quid a quoquam edatur quocunque in loco, niſi prius a ſe viſum aut approbatum?

Quinto, Diſtinctæ ſunt gubernatorum iurisdictiones. Alius alio loco imperium & Dominium tenet, ac cuiusque poteſtas gubernandi (Aliud eſt de officio defenſionis; id enim etiam extra fines ſui territorii ſeſe extendit de iure DEI & gentium) eum locum & populum comprehendit, qui ei eſt ſubditus, nec debet mittere falcem in alienam meſſem, ut dici ſolet, aut, ut *Petrus* vocat, ἀλλοτριοεπισκοπεῖν.

Quod ſi autem aliquis gubernator hic imperat, ne quis libros ſuos imprimi ab aliquo Typographo in remota regione curet, niſi ipſi prius cenſuerit & approbarit, nonne ſuam Jurisdictionem extendit in præla illa extra territorium ſuum exiſtentia, quorum ius nullum habet. Habent alias præla illa externa ſuos Dominos, & inſpectores non tantum politicos, ut apud quosdam noſtrates, ſed etiam Eccleſiaſticos,
1.70 & quidem literatos homines, quos illi novi & violenti cenſores præ ſe contemnunt, dum ea, quæ ab ipſis cenſeri debeant, ad ſe rapiunt, non tam animo promovendi rem

litera-

literariam, quam impediendi, nec tamen poſſunt cavere autoribus, quod ſi ab ipſis ſint libri inſpecti & approbati; quod externorum prælorum inſpectores contenti horum iudicio & cenſura, illos libros approbaturi ſint & admiſſuri. Inanem ergo ſumunt operam, & aliena curant, ſuis neglectis, & inſigne arrogantiæ vitium produnt.

Literati homines & Theologi ea ſunt præditi modeſtia, ut nihil magis velint, quam ante editionem ſua ſcripta a doctis & piis viris legi, cenſeri & emendari, additis cauſis emendationis & cenſuræ. At illi Monarchæ non quærunt emendationem, ſed oppresſionem. Ea enim occaſione, ſi offeruntur illis libri neceſſarii ad confeſſionem & defenſionem veritatis, & ſalutarem hominum converſionem, & peccatorum & errorum reprehenſionem, edicta ſua proponunt: Nolumus hoc prælis evulgari, quia ſeditioſum eſt, quia nimis acerbum & amarum, quia intempeſtivum, quia offendit hos & illos viros magnos & potentes, quorum amicitia nobis commoda eſt.

Sed ſi quis quærat cauſas, cur ſeditioſum, cur acerbum, cur intempeſtivum? An propter hominum favorem veritas DEI occulnda? Nullas niſi vanas, & carnales affeit rationes, quæ pietati & honeſtati conriæ ſunt. Sed tamen propter eas edicta volunt ſervari & adorari, Atque ita op-

preſſionem, & non emendationem, ſua
p.71 inſpectione quærunt, & re ipſa præſtant.

Sexto, Magiſtratus officium eſt honorare bona opera, & non prohibere ea. Rom. 13.

Sed voce & ſtylo ſinceram doctrinam propagare, corruptelas, & errores refutare, peccata & peccatores redarguere, & ad pœnitentiam vocare. Item hiſtorias veras, veteres & recentes, commemorare: Artium, & literarum ſtudia excolere & promovere, ſunt bona opera neceſſaria Reipublicæ & Eccleſiæ. Qua ergo conſcientia gubernatores poſſunt decretis ſuis, ne quid imprimatur ſine ſuo conſenſu etiam externis prælis, illa opera impedire, & quaſi muſcipulas concludere, & quæ utiliſſima revera ſunt, inutilia cenſere?

Septimo, Novum & inauditum quiddam hac in re faciunt Magnates. Nam dum in hoc orbe terrarum literæ fuerunt, & libri ſcripti & editi ſunt, ac dum typi ac præla uſurpata ſunt, nunquam monumenta literatorum hominum prælis externis edenda adſtricta fuerunt ad voluntatem & nutum & cenſuram politicorum Dominorum.

Habuerunt quidem illi poteſtatem, ſi quid alibi prodiiſſet, & non recte ſcriptum eſſet, exigendi rationem ab autoribus, eosque etiam iuxta leges ſuas ob impia aut inhoneſta ſcripta puniendi, ſed ante editionem ad ſuum conſenſum omnes labores Docto-

rum

rum obligare, eaque occaſione neceſſaria & ſalutaria ſcripta impedire & ſupprimere, nemo auſus fuit, ne Iulianus quidem, aut Ethnicus Magiſtratus. Eſtque adeo hæc nova ratio, ut ante paucos annos in evangelicis Eccleſiis a quibusdam impiis in urbe, quam ſuo tempore nominatim indicabit hiſtoria, p,72
optimi & præſtantis viri, qui propter libellum de novo & veteri Chriſto a Saule quodam in exilium eſt pulſus, contradicente & gemente Eccleſia, inventa ad fidelium Miniſtrorum exilium, quam poſtea cum alii quidam ſuis Theologis præter ius & conventiones priores imponere conarentur, manifeſtarunt ſuorum conſtantiam, & ſuam impietatem erga Miniſtros DEI & religionem. Quod ſi Romani Cæſares & præfecti Judææ poſt aſcenſionem Chriſti ea ætate, qua vixerunt Evangeliſtæ, uſi fuiſſent iſta tyrannide, quam nunc Chriſtiani exercent in rem literariam, quid quæſo haberemus de vera hiſtoria Chriſti & Apoſtolorum, niſi forte putemus eos tam ſtolidos fuiſſe, ut conceſſiſſent Evangeliſtarum libellos in publicum prodire, in quibus ſunt multæ hiſtoriæ, quæ non bene commendant quorundam Magnatum facta.

Verum ſicut ex Imperatoribus Ethnicis, & Tyrannis crudeliſſimis, nullus vias ad extinguendum Chriſtianiſmum, magis compendiarias reperit, quam Licinius, qui vetuit,

ne ſacerdotes Chriſtiani Synodos celebra-
rent, & de religionis negocio coniunctim
tractarent; Et *Julianus*, qui e ſcholis Chri-
ſtianos ejecit, & pueris gentilibus blaſphe-
mias inſtillare iuſſit, ac edixit, ne quis Chri-
ſtianorum libros gentilium philoſophorum
aut poëtarum legeret, idque eam ob cauſam,
ne inde arma adverſus gentium idola pete-
rent; ita hodie ad opprimendam veritatem
Evangelii nullus ex Papiſticis Tyrannis ra-
tionem ad eam rem accommodatiorem in-
ſtituit, quam hæc eſt pſeudolutheranorum,
qui talibus decretis & edictis omnia ſcripta,
p.73 in quibus puritas doctrinæ propaganda eſt,
ſibi ſubjiciunt, & poſtea pro ſua carnali pru-
dentia, ſeu potius inſania, ſtultitia, & fu-
rore opprimunt, ac econtra Hæreticorum
deliria, quibus plerumque Magnates capiun-
tur, longe lateque divulgant.

Octavo, quæ ſupra diximus de incommo-
dis & damnis ac pœnis, Tyrannidem ſecu-
turis, qua præla propria occupantur a ſolis
politicis, & denegantur neceſſariis & ſalu-
taribus ſcriptis, eadem etiam pertinent ad
hanc longe iniuſtiorem tyrannidem, qua
externa præla, quæ in poteſtate iſtorum Do-
minorum non ſunt, prohibentur literatis, &
maxime Theologis, qui tenentur veritatem
DEI contra omnium Diabolorum & filiorum
hujus ſeculi voluntatem & aſſenſum aſſerere
& propagare voce & ſtylo.

AN

AN LITERATI BONA CONSCIENTIA IN EIUSMODI SERVITUTEM POSSINT CONSENTIRE, UT SUA NONNISI DE CENSURA, IUDICIO ET PERMISSU AULICORUM ET POLITICORUM VIRORUM, PRÆLIS, SIVE DOMESTICIS, SIVE EXTERNIS, SUBJICIANT.

CAPUT XXI.

Talem ſervitutem a literatis, maxime vero a Theologis, non poſſe bona conſcientia approbari, facile eſt exiſtimare ex præcedentibus.

Nam ſi illa nec recte, nec pie a Magiſtratu fiunt, ut demonſtratum eſt, nullo modo probari poſſunt a quoquam. Scriptum eſt enim, Ne dicas falſum teſtimonium. Item, Væ qui bonum malum, & malum bonum dicit; Eſaiæ 5. *p.74*

Deinde ut miniſter DEI non poteſt bona conſcientia conſentire, ſi ei a Magiſtratu præcipiatur, ne voce propaget puritatem doctrinæ ad alios, & ne moneat errantes, & ne benefaciat aliis: Ita nec conſentire poteſt, ſi ei mandetur, ne ſtylo id faciat. Nam utroque, & voce, & ſtylo, Domino Deo ſuo devinctus eſt, ac habet ab eodem certas metas in verbo præſcriptas, quas nullius hominis, imo nec Angeli quidem, hortatu aut coactu transgredi debet.

Tertio

Tertio faciens & conſentiens in eodem hærent crimine Rom. 2. Non tantum, qui hæc faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, rei ſunt. Sed Magiſtratus ad ſuam illegitimam & inſidioſam inſpectionem alligantes ſcripta Miniſtrorum Eccleſiæ, neceſſaria & utilia ad ædificationem, committunt ſacrilegium & tyrannidem in libertatem Eccleſiæ, a Chriſto partam, ut ſupra oſtendimus. Hoc vero crimine quomodo ſeſe liberabunt, qui talia non modo probant, ſed etiam illos, qui libertatem ſuo periculo & exilio tuentur, exibilant.

Quarto, Promovens aut approbans regnum Antichriſti, quod maxime conſiſtit in confuſione politicæ & Eccleſiaſticæ poteſtatis, contra dictum, Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & DEO, quæ ſunt DEI; is graviſſime peccat.

Sed Magiſtratus ſibi ſoli excluſa Eccleſia
inſpectionem librorum edendorum, &
maxime theologicorum, rapiens, & decreta
proponens, ne quid uſpiam imprimatur a ſe
non conceſſum, & hoc modo inſidias Ec-
p.75 cleſiæ libertati & veritati ſtruens, regnum
Antichriſti inſtituit, ut ſupra diximus, con-
fuſa politica & eccleſiaſtica poteſtate, cum
Miniſtris Eccleſiæ, & non Cæſari, dictum ſit,
Euntes docete omnes gentes. Item, peccan-
tes coram omnibus argue. Item, Quæcun-

que

quæ ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlis.

Ille ergo, qui ſua ſcripta eiusmodi inſidioſis & aulicis & neopapalibus inſpectoribus ſciens & volens absque contradictione ſubjicit, ac decreta illorum probat, quid aliud facit, quam quod Papatum illum novum, quem politici Domini contra ſuam conſcientiam & verbum DEI moliuntur, confirmet.

Quinto, a Pſeudoprophetis iubentur omnes ſibi cavere, quia ſunt lupi rapaces, qui puritatem, verbum DEI, verum uſum clavium & ſacramentorum, libertatem Eccleſiæ, confeſſiones veras & ſalutem animarum rapiant.

Verum illi Neopapales Domini politici, per talia decreta de prælis & illegitima ac inſidioſa inſpectione, ſunt lupi, veras confeſſiones, quæ neceſſariæ ſunt ad puritatem conſervandam & propagandam contra corruptelas, ſalutares conciones pœnitentiæ, quibus monentur lapſi de peccatis, & invitantur ad converſionem, & ſcandala tolluntur, devorantes & dilaniantes ac interdicentes. Sed ab his quomodo cavere ſibi dicantur ii, qui decretis ipſorum impiis ſeſe ſubjiciunt, ac ſinunt ſua ſcripta ab iis diſcerpi, & in tenebras abjici.

Sexto: In illa, quæ laqueum & offendiculum fratribus apponunt, & quæ incommodant

›dant poſteritati, & quæ accerſunt iram
:I & pœnas, nemo bonus poteſt conſen-
e. Decreta autem illa de ſervitute prælo-
m, & illegitima ac inſidioſa inſpectione,
erre illa mala omnia, ſupra declaratum eſt.
ıare nonniſi impius in tyrannidem illam
teſt conſentire.

Quid ſi autem quis alia ratione non poſ-
ullum ſcriptum evulgare, annon melius
iſtam approbare legem, quam prorſus a
lo abſtinere.

Reſpondeo:

Si omnes literati ſuam tuerentur liberta-
n, ac ſuos Dominos quisque ſuo ordine
loco moneret, ac pro gravitate miniſterii
i novo papatui imperiali obſiſteret, facile
pugnarentur aliqui Magiſtratus, ut cede-
nt, admoniti de rapina & ſacrilegio, &
ıpſa edicta abolerent. Sed quia id a paucis
, aliis adulantibus Monarchis, aliis tacen-
›us, aliis iſtam tyrannidem excuſantibus,
eo procedit illa nova abominatio quotidie
ngius, ac alii aliorum exempla imitantur,
ıo & ſyncretiſmi fiunt a politicis in con-
ntibus de ea prælorum occupatione Ty-
nnica, ac de inſidioſa inſpectione.

Quod ſi ergo illa abominatio iuſto DEI
dicio propter ingratitudinem mundi ad-
rſus veram religionem ſubinde magis ma-
sque obfirmata fuerit, pati eam oportebit
pios,

pios, ſed approbare & in eam conſentire nullo modo. Verum contra proteſtari, ut ſolet fieri in violentis rerum occupationibus contra ius & æquum.

Ne autem ea tyrannide graſſante Eccleſia & veritas divina faciat iacturam, omnino neceſſe fuerit, Theologos, ut ante præla factum eſt, exaratos divulgare, & ad poſteritatem transmittere libros. Quod etiam p.77 Sanctus *Lutherus* prævidiſſe & prædixiſſe videtur illuſtri illo in Danielem vaticinio de veritate vix apud privatos Patres familias locum habitura, & a ſuggeſtibus exulatura, quod ſane nunc pedetentim incipit impleri, die extremo feſtinanter appropinquante.

AN TYPOGRAPHI BONA CONSCIENTIA QUIDVIS EXCUDERE POSSINT.

CAPUT XXII.

Non quævis bona conſcientia à pio Typographo excudi poſſe, facile eſt iudicare ex præceptis divinis, qualia ſunt: Non dicas falſum teſtimonium. Item, Ne communicetis peccatis alienis. Omnia probate, quod bonum eſt, tenete, & ſimilia.

Nam ut alia omittamus, ſcripta theologica duorum ſunt generum. Alia congruunt cum doctrina Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum; Alia cum ea pugnant, & falſa dogmata

dogmata & impios cultus aſſerunt aut excu-
ſant aut defendunt. Ut autem non eſt ἀδιά-
φορον, impia & falſa dogmata ſcribere, ſed eſt
graviſſimum peccatum, ita etiam excudere
typis & evulgare ejusmodi hæreticos libros,
culpa & crimine non vacat.

Deinde alia ſunt famoſa, in quibus inno-
centes & immeriti conviciis proſcinduntur,
diſſimulatis autorum nominibus. Talia qui
excudit, ille ſeſe participem & peccati alieni,
& pœnarum civilium & divinarum facit, &
ſcelerate typis ſuis abutitur contra DEI glo-
p.7 riam, & proximi dilectionem, & publicam
tranquillitatem. Et quamvis ejusmodi men-
daciorum & conviciorum promotores &
invulgatores non puniantur a communi Ma-
giſtratu, tamen experientia teſtatur, eos
impunitos non dimitti a DEO, qui vindice
manu eos inſectatur.

AN RECTE NOMEN TYPOGRAPHI ET LOCI OCCULTETUR?

CAPUT XXIII.

Humana prudentia, ſeu potius malitia &
ſtultitia, mirabilis eſt artifex in declinandis
periculis, quæ vel ob malefacta, aut ob ve-
ritatis aſſertionem, & bona ac honeſta opera,
ſuos ſequi ſolent autores. Hinc eſt, quod
ſæpe Typographi, cum imprimunt famoſos
libellos, neque nomina ſua, neque loci,

ubi

ubi impreſſio facta ſit, ſubjiciunt. Qua in re ſcelerate & impie faciunt. Sic alii, qui vera & neceſſaria ſcripta ſubjectis nominibus autorum edunt, ubi nihil eſſet periculi, ex quadam timiditate ſuum & loci nomen diſſimulant, ut ſint extra periculum, quod ſibi fingunt. Hi minus peccant quidem, quam illi ſuperiores, ſed tamen non ſatis bene agunt, dum ſcripta illa quaſi ſuſpecta reddunt, de quibus tamen autores parati ſunt reſpondere cuilibet petenti, & non procul ab abnegatione veritatis recedunt. Decebat autem eos ab omni ſpecie mali abſtinere.

AN RECTE FIAT, SI LIBRI FICTITIIS NOMINIBUS EDANTUR.

CAPUT XXIIII.

Tyrannis & potentia Dominorum politi- p.70
corum, & metus periculi turbulentis temporibus ſæpe impulit autores, ut libris valde neceſſariis ad gloriam Dei vindicandam & veritatem aſſerendam fictitios facerent titulos. Quod quidem cum excuſationem aliquam mereatur, tamen plane probari non poteſt. Veritas enim aperte dici gaudet, ejusque confeſſionem ceu lucernam non ſub modio, ſed ſupra candelabrum, & conſiſtere, & lucere omnibus in domo decet, Matth. 5. Sed imbecillitas hominum etiam ſanctorum in hujusmodi rebus diſcrimen

facit, aut impedimenta eorum, qui alia ratione impreſſionem admittere recuſant.

AN CONTRA POLITICORUM EDICTA IMPRIMI QUEANT, QUÆ AD GLORIAM DEI, ET PROPAGATIONEM VERITATIS, ET COMMUNEM UTILITATEM PERTINENT?

CAPUT XXV.

Grave eſt nobis ad hanc quæſtionem reſpondere, tum propter calumniatores, tum propter homines pios. Si enim negamus pie fieri poſſe, laqueum conſcientiis paramus, quæ malunt Dei mandato, quam hominum impiis decretis obtemperare, Act. 5. Sin vero affirmamus, recte & pie in tali re Tyrannorum decreta, ut verbo Dei contraria, & ex Diabolo proficiſcentia, contemni poſſe, & quidem debere, calumniis aperta eſt feneſtra. Ergo ſeditionem ſuades, & ſuſcitas; Tolle, tolle, crucifige, crucifige. Egregia ſane conſequentia. Hic ſecundum Dei verbum monet, impia decreta Magiſtra-
p.80 tus non eſſe obſervanda. Ergo eſt ſeditioſus. Quaſi vero ſeditio ſit, Deo obedire, & impia reſpuere. Verum, utut calumniatores impetant nos, nihilominus tamen ex verbo Dei, jus Dei proferre & tueri, ac ſequi oportet. Propter calumnias enim non eſt veritas

reti-

reticenda aut occultanda. Nec propter malos omittenda eſt inſtitutio bonorum.

Illa, quæ ad gloriam Dei, & propugnationem veritatis, & communem utilitatem pertinent, etiam contra edicta Tyrannorum bona conſcientia a Typographis imprimi poſſe, his & ſimilibus confirmatur argumentis.

Primum, quia omnes Typographi obligati ſunt juramento, in baptiſmo Deo præſtito, ad promovendum ea, quæ ad gloriam Dei, & propagationem veritatis, & communem utilitatem, ſeu dilectionem proximi, & ædificationem Eccleſiæ pertinent, nec poſſunt ab illa obligatione, ullius Tyranni aut Diaboli autoritate aut interdicto liberari, ſeu abſolvi, quin perjuri fiant, ſi non obtemperent, ſed ſecus faciant ob alicujus Tyranni edictum.

Secundum, quia nullus politicus Dominus habet jus, Typographis aut aliis hominibus interdicendi ea, quæ pertinent ad gloriam Dei, & veritatis propagationem, & Eccleſiæ ædificationem. Nam Magiſtratus tantum honorare bonum debet, & non licet ei id impedire aut prohibere, Roman. 13. Et ſicut Miniſtri Eccleſiæ non habent poteſtatem ad deſtructionem, ſed ad ædificationem, ita Magiſtratus, qui eſt armatus Dei miniſter, & enſifer, terrere & prohibere, quæ ad Dei Domini ſui pertinent amplitudinem & gloriam, nullo jure poteſt.

p. 81 Imperare autem, & obtemperare ſunt correlativa.

Quod ſi ergo politici Domini non habent poteſtatem talia proponendi, nec ſubditi tenentur imperata facere. Nullo enim jure imperata optimo jure denegantur.

Tertium: Ea, quæ contra Dei gloriam, & confeſſionem veritatis, & ædificationem Eccleſiæ edicuntur a politicis Dominis, non ab iis, ut Miniſtris Dei, ſed ut ab organis Diaboli proficiſcuntur. Diaboli enim eſt, gloriam Dei, & hominum ſalutem impedire & prohibere. Qui peccatum facit, ex Diabolo eſt.. Item Joan. 8. Vos ex patre Diabolo eſtis, ejusque deſideriis vultis obſequi. Quare ſicut Typographum non decet obtemperare interdicto Diaboli, ita nec tali decreto a Tyranno propoſito.

Quartum: Chriſtus inquit, Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſunt Dei. Attribuit Cæſari ſuum certum demenſum, & non vult ei dari ea, quæ ad Dei regalia, ut vocant, pertinent. Quis autem ignoret, libros illos, qui ad Dei gloriam, & veritatis propagationem & Eccleſiæ utilitatem ſpectant, Dei peculium eſſe? Si ergo Magiſtratus ſuis edictis conetur, illos ſibi ſubjicere, eosque opprimere, quid aliud agit, quam ut rem alienam ſuam faciat, ac id, quod ſuum non eſt, poſtulet? Debent Magiſtratus promovere ea, quæ ad Dei gloriam & confeſſionem veritatis pertinent, juxta dictum Pſal. 2. oſculamini filium,

filium, Item, Attollite portas veſtras Principes. At impedire & edictis ſupprimere nullo jure poſſunt. Quare ſi id tyrannice audent; ſinguli tenentur cavere, ne, dum volunt ipſis parere, Deo ſuum auſerant, & homini id, quod Dei eſt, reddant, ſibique iram & judicium Dei, quod gravius premit, quam omnium Tyrannorum crudelitas, accerſant.

Cum ergo talia ſcripta Tyranni prohibeant edere, Typographi cogitent, ſe ſuperiorem Dominum habere, quam ille ſuus Magiſtratus eſt, nec poſſe bona conſcientia, quod Dei eſt, huic dari.

Quinto: Regula Apoſtolorum eſt, oportet Deo magis obedire, quam hominibus, qua abſolvuntur ſinguli pii ab obedientia in illis rebus præſtanda, quæ a Deo ſunt prohibitæ. Duo Domini ſunt, Deus & magiſtratus, quibus pii obedire debent. Si Magiſtratus imperat, quæ non ſunt contra Dei edicta, recte illis poteſt obtemperari. At ſi imperat, quæ Deus vetuit, Deo magis obediri oportet, quam homini. Tum enim Magiſtratus homines appellantur, quia ſine Dei autoritate talia mandant.

Nec poteſt vere dici inobedientia adverſus Magiſtratum, ſi quis impia eorum decreta non obſervat, ſed contra illa libere agit. Nam inobedientia erga Magiſtratum nulla poteſt committi in eo, quo Deo obtemperatur. Nec Magiſtratus ullum ius habet imperandi a Deo prohibita. Quare ſi Impera-

tor in ſphinge Auguſtana mandet, ne quis contra eam dicat, ſcribat, aut imprimat literam ullam, pii omnes ſcire debent, ſe oportere magis Deo obedire, quam hominibus. Deus enim mandavit, ut contra falſa dogmata veritas afferatur, ſcribatur & imprimatur, & invulgetur, quocunque modo id fieri queat. Ac ſi quis accuſetur vel etiam affligatur ob violatum mandatum, is bona conſcientia
p. 83 cum *Daniele* dicere poteſt: Domine rex, contra te nihil peccavi, quia tuum mandatum impium erat, & Dei edictum me ab imperio tuo in iſthac re liberavit.

At inquiunt quidam prædivites & bene nummati Typographi, ſi non obtemperamus illis, licet tyrannicis, edictis, multamur ære & corpore. Bene quidem, ſed quid facias? An putas Deum, cujus mandatum violas ob gratiam Tyranni & bonorum tuorum conſervationem, non gravioribus malis te affecturum eſſe? An ignoras, eum & vitæ & animæ tuæ poteſtatem habere, ac in gehennam abjicere poſſe? Tyranni crudelitas non prius nec gravius poteſt ſævire, quam Deus permiſerit, nec diutius durat, quam hæc vita abſumpta eſt. At Dei furor adverſus operantes iniquitatem æternus eſt, & non modo hæc bona & hanc miſeram vitam, ſed etiam animam & vitam æternam conſumit. Elige ergo, utrum malis, Deum omnium maximum & potentiſſimum Dominum, ad benefacien-

dum

dum obtemperantibus, & puniendum inobedientes, offendere, quam Tyrannum aliquem vix ampulla durabiliorem.

Ex his etiam conſtat, politicos viros vere coram Deo jus non habere affligendi Typographum, qui ſcripta ad gloriam Dei, & veritatis propagationem, & Eccleſiæ ædificationem pertinentia, impreſſit ſine eorum conſenſu. Nam vere ille nihil contra Magiſtratus peccavit. Deinde, Magiſtratus tantum jus habet puniendi mala opera; Rom. 13. Sed Typographus, veritatem adjuvans, bonum opus fecit. Cur ergo puniatur? Tertiò bona opera honorare Magiſtratus debent. Sed talia ſcripta, quæ ad Dei gloriam, & ad Eccleſiæ ædificationem pertinent, excudere, eſt bonum opus. Ergo potius a piis Dominis laudari debebat, quam multari. Quartò Chriſtus Phariſæos & hypocritas, qui ob traditiones, & præcepta hominum Dei mandatum de dilectione violabant, reprehendit. Sed nihil differt iſta Politicorum violentia ab illis. Nam ſicut illi damnabant eos, qui die ſabbati opera caritatis faciebant, propterea quod ſeniorum traditiones violaſſent. Ita ſi quoque incarcerant & puniunt ſuos, qui Dei mandatum de dilectione proximi & de con-ione præferunt illorum captioſis & inſi-ſis decretis de impetranda prius licentia preſſionis ab illis, qui odio veritatis con-onem opprimunt, propter ſocietatem, p. 84

quam habent vel cum doctrinæ corruptoribus, vel cum piorum afflictoribus & calumniatoribus.

DE VIRTUTIBUS ET VITIIS TYPOGRAPHORUM, ET MINISTRORUM EORUM.

CAPUT XXVI.

Singula vitæ genera ſuas quaſdam virtutes requirunt, quibus ſi præditi ii ſunt, qui in eo ſtatu verſantur, clariores & laudabiliores coram Deo & hominibus habentur; ſicut e contra certa quædam vitia in quibuſdam conſpiciuntur, quæ deformant homines, & vituperio digna ſunt.

Nimis autem prolixum eſſet, omnium virtutum aut vitiorum, quæ hodie in Typographis conſpiciuntur, catalogum contexere, ideo obiter & breviter tantum quædam in eorum gratiam attingemus.

Virtutes, quæ Typographum maxime ornant, hæ præcipuæ videntur. Pietatis & veritatis ſtudium, quo ſi caret, erroneos & hæreticos potius, quam ſinceros & ſalutares libros edit, & mendacium magis, quam veritatem promovet, aut ſine conſcientia pro & contra veritatem excudit.

Timor Dei, quo munitus ſit, ne abſterreatur Tyrannorum impiis edictis a promovenda veritate.

Dili-

Diligentia & ſolertia. Nam ignavia & negligentia bonos autores erroribus corrumpit, & lectoribus faceſſit negotium.

Eruditio, qua ſi caret, deſtinandus eſt ad imprimendos Eulenſpigelos, & ſimiles jocoſos aut nullius momenti libros.

Juſtitia, ne æqualitatem excedens ob avaritiam, expilator ſit potius doctorum, quam promotor ſtudiorum & rei literariæ.

Frugalitas, quæ ipſius œconomiæ prodeſt, & beneficentiæ & juſtitiæ quaſi nutrimentum ſuppeditat.

Liberalitas, eaque maxime erga literatos & viros bonos, ſinceram veritatem cœleſtem ſtudioſe propagantes.

Tolerantia laborum. Nam labores haud leves requiruntur ad collocationem, correctionem, impreſſionem & indicum comparationem.

HÆC VERO VITIA TYPOGRAPHOS EORUMQUE MINISTROS VALDE DEFORMANT.

Ignorantia veræ religionis, & ſtudium propagandorum errorum & mendaciorum, cujus exemplum inſigne in *Genneppio* Colonienſi & aliis quibusdam extat.

Contemptus Dei, quo fit, ut parati ſint jusſu Tyrannorum contra conſcientiam, quæ- p. 86

 vis

vis etiam impientiſſima excudere, & quæ valde ſalutaria & utilia eſſent Eccleſiæ Dei, omittere.

Mala fides, qua ſcripta veterum & recentiorum nonnunquam corrumpuntur.

Ignavia & inertia, qua plurimum obſunt ſtudiis literarum.

Injuſtitia, qua precii æqualitatem excedunt.

Avaritia, qua tantum lucrum ſuum ſordide quærunt.

Prodigalitas, qua ebrietati & gulæ dediti abligurjunt omnia, & poſtea ſunt injuſti, & in Judæos uſurarios incidunt.

Ebrietas & gula, quæ apud quoſdam miniſtros Typographorum adeo vulgaris & quotidiana eſt, ut quoties in Calendario rubris literis dies notata illuceſcit, toties a labore vacandum, & poculis indulgendum ſibi eſſe ſtatuunt.

Illiberalitas erga doctos, & literatos homines, eorumque labores, quorum cum fructus ipſi capiant, decebat eos quoque erga illos eſſe humaniores & liberaliores.

Τὸ τέλος δόξα τῷ Θεῷ.

Ex

Ex CHRISTOPH. BESOLDI Pentade Diſſertationum Philologicarum 1) de jure regio Samuelis; 2) de inventione bombardarum, 3) & Typographiæ; 4) Conjectanea de Judæorum converſione; 5) de Angelis Imperiorum. Tubing. 1620. 4.

DE TYPOGRAPHIA.

Unicum Typographia remedium eſt contra tineas & blattas, omnis eruditionis inimicas; dum per eam antiqua volumina, & nec in uno aut altero ſolummodo exemplari (velut animalia quædam, quotannis unum aut binos edentia fœtum) ſed mille aut ultra, ceu fructiferæ arbores & plantæ, renovantur. Ita ut hac jam induſtria ſit effectum, ut qui ſemel in lucem prodierunt libri, vix poſſint deinceps poſteritatis oblivione prorſus extingui, omnibusque in locis deleri. Hæc eſt vera barbariæ victrix, armataque Gorgone Pallas, ex cerebro hominis nata, in lucemque producta; ut ſapientiam rudibus inſtillet, & adverſarios ejusdem confundat, h. e. in ſaxa & lapides convertat. Omnia olim calamo deſcribebantur;

bantur; quem in uſum multæ conſtitutæ erant tabernæ, in quibus aliud nihil agebatur, quam ut ſcriberetur: id quod multi laboris & ſumptuum, cumprimis plurimorum erat. a) Nunc autem, cum tantum ab uno homine imprimatur literarum, quantum vix uno anno a pluribus ſcribi poſſit; nullum amplius ſupereſt opus, quod ab homine, quamvis non ita divite, deſiderari queat. Mira typis excudendorum librorum ars; nulli nec dignitate nec utilitate, nec etiam ſubtilitate cedit; ut loquitur *Hieron. Cardanus* lib. 17. de ſubtilitat. a princ. & de rer. variet. lib. 13. cap. 64. Non enim facile dijudicari poteſt, num in tanta facilitate ac celeritate, pulchritudo; an vero in tanta pulchritudine, celeritas & facilitas admirabilior ſit? Unam hanc, cum omnibus omnium veterum inventis, certare facile poſſe, cenſet *Johan. Bodinus* Meth. hiſtor. cap. 7. Ac ſi *Stephano Forcatulo* credimus, lib. 4. de imp. & philoſoph. Gallor. ſuperata fuit fere munificentia Naturæ rerum, excogitata librorum excudendorum ratione. *Philipp. Melanchthon* lib. 3. Chronicor. ſub Frider. 3. circa fin. artificium hoc, Donum Dei eſſe, ait, divinitus humano genere communicatum;

a) *Polyd. Vergilius* de rer. inventor. lib. II. cap. 7. *Guido Pancirollus* in novis repertis cap. 12. & ibi *Salmuth* f. 591. ſqq. *Mich. Maierus* de veris inventis cap. 5. fol. 133.

nicatum, ſeculo hoc Mundi ſeneſcentis, ætateque jam effœti ac fatiſcentis: Ut ſtudia luminis utriusque, prolatis e tenebris in lucem omnis generis codicibus vetuſtis, inſtruerentur copioſa ſupellectile ſcriptorum optimorum; ſic imbecillitas & ignavia hominum, torpeſcentium fatali languore, ſublevaretur. Utinam vero (ſic ait idem jam laudatus *Melanchthon*) tanto Dei munere grati uteremur; non ad obſcurandam, ſed illuſtrandam gloriam Dei, non ad disjungendas Eccleſias, ſed copulandas!

2. Sed fere, ut Bombardarum, ita & æque incerta eſt inventio Typographiæ. Eam verſiculis elegantibus, Germaniæ tranſcribit *Philippus Beroaldus*:

O Germania, muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit vetuſtas;
Libros ſcribere qua doces premendo.

Annum inventionis, & inventoris Argentinenſis nomen expreſſit in epit. rerum Germanicar. cap. 65. *Jac. Wimphelingius* (qui in hoc ipſum incidit tempus, ac circa Annum 1508. vita ceſſit, & propterea magnam meretur fidem) *Anno*, inquit, *Chriſti* 1440. *Friderico III. Romanorum Imp. regnante, magnum quoddam, ac pene divinum beneficium, collatum eſt univerſo terrarum orbi, a* Johanne Guttenberg (*ex ordine equeſtri*) *Argentinenſi, novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus impreſſoriam artem, quam Latiniores excuſoriam vocant, in urbe Argentinenſi*

invenit: inde Moguntiam veniens, eandem feliciter complevit. Et idem *Wimphelingus* in deſcript. vitæ Roberti Epiſcopi Argentinenſ. *ſub hoc Roberto*, ait, *nobilis ars impreſſoria inventa fuit, à quodam Argentinenſi, licet incomplete. Sed is cum Moguntiam deſcenderet, ad alios quoſdam in hac arte ſimiliter laborantes, ductu cujuſdam* Gensfleiſch, *ex ſenio cæci, in domo Bonimontis*, Gutenberg (*in qua hodie eſt collegium Juriſtarum*) *ea ars completa fuit: & in laudem Germanorum ſempiternam.* Succeſſum Typographici artificii dicto cap. 65. deſcribit idem *Wimphelingus. Interea* Johannes Mentel, *id opificii genus inceptans, multa volumina caſtigate ac polite Argentina imprimendo, factus eſt brevi opulentiſſimus. Huic ſucceſſit* Adolphus Ruſchius, *mox* Adolpho Martinus Flachus; *qui & ipſi Argentinenſes, in natali ſolo, cum laude & gloria hanc artem exercuerunt. Nec ſolum noſtri in hac arte Argentinæ floruerunt, ſed eandem etiam alibi tractantes, & decus & emolumentum ſunt conſecuti. Ita* Sixtus Ruſinger *Argentinus, Neapoli Anno* 1471. *libros, quomodo imprimi poſſint, primus monſtravit: ob quod factum, Ferdinando & Neapolitanæ nobilitati chariſſimus extitit; huic ſæpe ab ipſo Rege, Epiſcopatus & ampliſſimæ dignitates oblatæ ſunt. His omnibus patriam Argentinam præferens, ad nos conceſſit, eſtque hodie vita ſuperſtes; vir ob dignitatem ſacerdotalem & ſenium reverendus. Præterea* Ulricus, *cognomento* Han, *ſub idem fere tempus, formas librarias, rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, Romam attulit. Eaque occaſione,* Campanus

panus *& aliquot docti exiſtimaverint, hunc* Ulricum *natione* Gallum *fuiſſe; quod plane falſum eſt; is tamen error inde emanavit, quod cognomen familia traductum fuit in Latinum.* *Itaque* Ulricus Han, *quum hoc divino opificio rem literariam ex inopia ad ingentem ubertatem perduxiſſet,* Jo. Antonius Campanus, *in illum jocatus, hoc tetraſtichon edidit:* (carminum lib. VIII. n. 43. p. 211. ed. Lipſ. 1707. 8.)

Anſer Tarpeji cuſtos Jovis, unde quod alis
Obſtreperes, Gallus decidit. Ultor adeſt
Ulricus Gallus, ne quem poſcantur in uſum,
Edocuit, pennis nil opus eſſe tuis.
Imprimit ille die, quantum vix ſcribitur anno,
Ingenio haud noceas, omnia vincit homo.

b) Quod ergo nonnulli adſcribunt excellentiſſimæ rei inventum civi Moguntino, & nonnulli quidem *Johanni Fauſto*, & ad Annum circiter M. CCCC. LII. prorogant ortum ejus, inde accidit; quod primus inventor excogitatam a ſe artem in patria, Moguntiam

b) *Theodorus Bibliander* tract. de ratione communi omnium linguar. fol. 82. *Etienne Pasquier* lib. 4. des recherches cap. 21. *Salmuth* l. c. fol. 593. ſq. *Melch. Adami* in vitis Germanorum Philoſoph. in principio.

tiam deſcendens, aliis etiam adjunctis, perfectiorem reddidit. Quæ quidem paulatim ad eam perfectionem, quam nunc habet, perducta eſt. *Petrus* autem *Ramus*, lib. 2. Scholar. Mathem. recte *Johannem* illum *Fauſtum*, *Joh. Fuſt*, appellat. Ei namque adſtipulatur exemplar officiorum *Ciceronis*, in membrana Moguntiæ primo, ut putatur, impreſſum. Id hanc in fine continet inſcriptionem: *Præſens* M. Tullii *clariſſimum opus*, Joh. Fuſt, *Moguntinus civis*, *non atramento*, *plumali canna*, *neque aerea*, *ſed arte quadam perpulcra*, *manu* Petri *de* Gernsheim *pueri mei*, *feliciter effeci*. Finitum anno 1466. die 4. menſis *Februar*. Extat hoc opus (teſte *Henr. Salmuth*) in Bibliotheca Auguſtana, itidem aliud vidi olim in Bibliotheca Palatina Heidelbergæ, ac nuper itidem tali, in pergameno excuſo, me donavit Dn. *Valent. Andreæ*: ejusdemque pariter mentionem facit *Eſtienne Pasquier*. Quod ſi primum hoc impreſſoriæ artis opus fuit (quod certe innuit elogium jam dictum, ancipitibus dubiisque verbis rem hanc deſcribens) neceſſum eſt, ante id temporis artem hanc potius tentatam, quam in effectum deductam fuiſſe: *Eloge*, *du quel vous pouvez recueillir*, *qu'en ce livre fust fait le premier coup d'eſſay de l'impreſſion*, *lors fraiſchement inventée*. *Autrement il euſt eſté un grand-ſot*, *d'en faire un ſi grand fanfare*: ut loquitur *Pasquierus*. Refert quoque *Joh. Walchius*, in decad. fabular. fabula 9. fol. 181. vir omni fide dignus;

gnus

gnus, *c*) Fauſtum *illum (cujus jam facta mentio ſuit, & qui ipſe, antequam in vulgus artificium emanaret, atque in occulto adhuc teneretur, non ſegniter Mo-*

c) Operæ pretium fuerit, exhibere illa, quæ *Walchius* his præmiſit:

Typographia non infinitos ſolum libros, ſed & quam plurimos nobis paſſim in orbe doctiſſimos viros peperit, ac res præſtantiſſimas in lucem protulit ac conſervavit, quæ alias ſitu ac pulvere obductæ, æternum ſepultæ jacuiſſent: Cujus beneficio innumeræ nunc artes proſtant, conſervantur, illuſtrantur, propagantur, quibus priora ſæcula infelicia minabantur & interitum. Calcographiæ namque beneficio, quisquis nunc mediocris fortunæ homo, vili pretio, plurimis libris inſtructiſſimam bibliothecam habere poteſt, qualis olim vix regi aut principi conceſſa fuit.

Ac poſtquam non pauci alii tam præclaræ artis illiusque inventionis gloriam ſibi tribuunt, & multi multa de ſuis prædicantes, hanc glorioſam artem ad ſe rapere non erubeſcunt: Excuſſis tamen ac rejectis cæteris, *Laurentius Joannes* cognomento *Ædituus*, civis Harlemenſis, tantæ rei inventionis jus & laudem merito atque unice vendicare ſibi creditur ſoli. Hic in ſuburbanum nemus, cum ſe quodam die animi gratia receperit, mente prius quod volutarat, cœpit faginas corticum principio in literarum typos conformare, quibus atramento ſcriptorio in fronte parce tinctis, atque ſigillatim chartæ impreſſis, verſiculum unum atque alterum ducebat. Hoc quamvis perexiguum, & ſatis puerile futuræ tantæ artis principium ac rudimentum erat, exordio tamen hoc qualicunque atque exili, victoriæ bonam partem obtinuit: nam in hoc paſſu ingenuus ardor, reique promovendæ cupiditas inventorem ſubſiſtere non conceſſit, quin ingens animi deſiderium, inge-

 ge-

plaria ſimul, una fere eademque opera, arte quadam facillima, perfecta atque impetrata eſſent: a *Fauſto* falſos ac deceptos ſe clamabant. Itaque libros ſuos venditori quidam referentes, pecuniæ reſtitutionem urgebant: quandoquidem pluris quam dimidia, quin tribus, aut etiam quatuor juſti pretii partibus circumventos ſe perſenſiſſent. Atque ita quidem repetundorum nummorum ſatagebant, atque artifici moleſti erant; ut cum Moguntiam Pariſiis reverſus *Fauſtus* eſſet, adeo homo & illic urgeretur, ut, qua ſe ſalvaret, Moguntia Argentinam tranſire habuerit neceſſe. *d*)

3. In-

d) His addit *Walchius*: Atque hæc prioribus adjicere volui, ut circa tantæ rei initia, quomodo laboratum ſit, quod ex optimi, fide digniſſimi, atque omni exceptione majoris viri, Henriti Schori, ſenis venerabilis, narratione olim obſervavi, ſequens ſeculum cognoſceret.

„ Quin & aliorum quorundam, haud minoris fidei, hac de re diſſerentium audire teſtimonium non gravabere. Scripſit ante annos octoginta circiter doctiſſimus quidam poeta, (*Arnoldus Bergellanus*) cujus nomen mihi excidit, (qui & ipſe per tria luſtra victum ex hac arte ſe habuiſſe, ibidem affirmat) in laudem non tam typographiæ, quam ipſius quoque typographicæ artis inventoris, egregium quoddam carmen, quod verſu complexus eſt elegiaco, qui artis hujus primum inventorem atque architectum *Guthenbergium*, virum equeſtris ordinis Germanum, conſtituit: cujus animum meditabundi hæc aliquando ſubierit cogitatio: Quodſi annulo hoc meo

aureo

5, Invaluit quidem opinio apud nonnullos, quendam per mare Germanicum & Balthicum

---

anulo (ipſius qui forte inhærebat digito) & nomen & inſigna mea, & quamcunque volo notam, ſubjectæ ceræ infigere, ac cujuscunque typi characterem ex adverſo conſtitutæ argillæ imprimere mihi licet: Cur non eadem plane ratione, multæ ſimul litterarum ac ſe invicem conſequentium verborum formæ ſeu ideæ ex viliori, huicque rei conveniente materia conflatæ ac compactæ, juſta ac continua quadam ſerie, qualem in ſcribendis libris ſeu tabellis tenere ſolemus, &, quod alii, dum ſcribunt, motu ac ſucceſſiva quadam pingendi ratione facere, ac, quoties idem ſcriptum volunt, eundem toties in ſcribendo laborem repetere, ac reſcribendo primi laborare moleſtia coguntur. uno niſu, unaque opera ſimul, & uno quaſi momento ex hac plurimarum ordine ſe invicem conſequentium litterarum concinna compage, ceu matrice quadam, papyro committi, atque imprimi, laboris repetitione, qui in litterarum ſeu typorum ſyntaxi ac conſtructione conſiſtit, reiterari poſſent? ita, ut una eademque quaſi opera, & minimo labore plurima, & mille ſimul exemplaria, ſeu æquales, ſibique per omnia correſpondentes libri cuderentur, quorum primus ſuum ſaltem in hoc ſcriptionis genere requireret laborem, cæteri ſubſequentes, ſeu reſidui omnes, quotquot etiam ad artificis placitum adjicerentur, in lucro eſſent.

Meditationibus itaque his indulgentem, priores ſemper poſterioribus tantisper cogitationes *Guthenbergium* emendaſſe atque laboribus enixum eſſe, donec tandem ad artis terminum quendam atque opus commendatione dignum ſe perveniſſe crederet. Unde veteribus ignorata, poſteriori ſeculo admirabilis, nobis uſitatiſſima præſtantiſſima, nunquam ſatis laudata, totique orbi decantata

cum navigantem, in Chinenſium regionem, qui olim Seres dicebantur, fuiſſe delatum: eun-

tata ars prodierit, ſeque ipſam, ingeniorum ſagacitate, in hoc, quo nunc ubique ſuperbit, dignitatis & acuminis apice poneret. Hæc ille.

Alios aliis tantæ rei inventionem tribuere, non equidem ignoro, præſertim *Schefero* cuidam, Argentinæ qui artificium exorſus, Moguntiæ ſecundam manum addiderit: In qua opinione & ego aliquando fui.

Guido Pancirollus, Jureconſultus, conterraneorum ſuorum, Italorum, de typographiæ inventore ſingularem opinionem evulgat, libello de rebus nuper inventis, ac deperditis veteribus: Qui in id eniti voluiſſe videntur, ut hujus inventionis gloria Germanis erepta, quandoquidem ad ſuos transferre non poſſunt, alio tamen ab hac natione derivent, atque a Chinenſibus Germanos hanc rem edoctos, aut hos certe tantam artem Chinenſibus ſuffuratos eſſe, non obſcure innuant. Invaluit, inquit *Pancirollus*, opinio, (apud illos puta, qui de veritate non ſatis inſtructi fuere, neque enim ullus unquam veritatis ſtudioſus in hac opinione fuit) quendam per mare Germanicum & Balthicum navigantem in regionem Chinenſium, qui olim Seres dicebantur, fuiſſe delatum: eundemque cui Luſitani cum celocibus ſuis ſe adjunxerant, animadvertiſſe, imprimendi artem ibi exerceri. Viſis itaque & probe conſideratis typis ac formis illis, in Germaniam reverſum, ſimilem calcographiam concinnaſſe, quæ maxime nobis hodie eſt adjumento & lucro. Hæc ille. Idem hic eveniſſe Germanis mihi videtur, quod olim piſtori cuidam juveni fortiſſimo atque egregio, itidem Germano, in pugna illa navali, quam Veneti cum ſociis, Pontifice Romano & Hiſpaniarum Rege, ad Neupactum anno 1571. in mari mediterraneo, cum Turcarum claſſe, inierunt. Hic, cum fer-

eundemque animadvertiſſe, artem imprimendi ibi exerceri. Viſis itaque & probe con-

---

fervente pugna, in medium ſe Turcorum agmen immiſcuiſſet, ac navi, cui cum reliquis militibus commiſſus erat, relicta, in Turcorum proximam ac contiguam triremem intrepidus ſumma & animi & corporis contentione inſiliiſſet, tanta fortitudine ac conſtantia adverſus hoſtem invaluit, tantisque luctatus viribus eſt, ut romphæa ſeu acinace ſua expedita ſolus hic totam, quæ in illa triremi continebatur, Turcarum claſſem (ſpectantibus ac digito hunc tam excellentem luctatorem, e parte navigii ſuperiori monſtrantibus principibus) non ſaltem ſuſtineret, ſed & concideret, & profligatos in mare deturbaret: nihil in illa navi facturus reliqui, ni tantæ gloriæ æmula ac teterrima perſecutrix invidia, non hoſtis tela, fortiſſimum hunc Germanum a tergo glande percuſſum præter jus ac meritum in momento oppreſſiſſet, atque ad maximas poſthac dignitates ne Tuiſco emergeret, hoc perfidus collega latrocinio caviſſet.

Vimphelingius hiſtoricus, qui in hoc ipſum tempus incidit, ac circa annum 1508. vita ceſſit, ac propterea magnam fidem meretur, in deſcriptione vitæ *Roberti* Epiſcopi Argentinenſis hæc ponit verba:

Sub hoc *Roberto* nobilis ars impreſſoria inventa fuit a quodam Argentinenſi, licet incomplete: Sed cum is Moguntiam deſcenderet ad alios quosdam in hac arte ſimiliter laborantes, ductu cujusdam *Johannis Gensfleiſch*, ex ſenio cœci, in domo Bonimontis, Guthenberg, in qua hodie eſt collegium Juriſtarum, ea ars completa fuit, & in laudem Germanorum ſempiternam. Tantum prædicto loco *Vimphelingius*.

Annum vero inventionis & inventoris Argentinenſis nomen expreſſit in rerum Germanicarum epitome, *Anno*, inquit Chriſti 1440. *Friderico tertio* Romanorum

 Impe-

conſideratis typis ac formis illis, in Germaniam reverſum, ſimilemque Calcographiam con-

Imperatore regnante, magnum quoddam, ac pene divinum beneficium, collatum eſt univerſo terrarum orbi a Joanne Gutenberg Argentinenſi, novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam, quam latiniores excuſoriam vocant, in Urbe Argentinenſi invenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter complevit.

Eo in his recenſendis occupatus ſum, & hiſtoricorum varias in hac re opiniones, ſed & contradicentes ſententias ſtudio lectori conſiderandas propino; inde ut ratiocinentur ac conjecturam faciant homines: cum in re tam præſtanti, tamque recenti, de auctore atque inventionis modo, nec ſatis conſtet, nec inter modernos conveniat, ſed, ut narratum eſt, plurimorum diverſæ ac pugnantes hac in re, quam in manibus habuimus, ſint judicia ac ſententiæ, & ſingulorum ſatis illæ exſtent plauſibiles, & ſibi quæque ſtari velit: Quid in aliis rebus, in Religionis præſertim cauſſa, cum controverſis articulis tanto temporis intervallo, tot ſæculorum intercapedine, mille ſexcentos fere improbos annos, mendaciorum nobis, in luteo ſeculo conſtitutis, non importaſſe, & inde a Salvatoris aſcenſione, ad hæc usque tempora, non fieri ac committi potuiſſe, aut factum & commiſſum eſſe cenſes? Quæ non fallaciæ, qui fuci, qui non errores in eccleſiam atque hominum commenta irrepſerint, ingentes vires & incrementa ſumſerint, mortalium mentes quæ non pravæ opiniones occupaverint, atque primævo illo aureo ſæculo, & veritatis ſcaturigine remotos & incautos circumvenerint, dementaverint, oppreſſerint? Ut quisquis hodie a ſimpliciſſima illa, qua Salvator & ipſius miniſtri uſi ſunt, œconomia ac dicendi ratione, ſacrarumque litterarum, quæ ſolæ nobis mentem Dei refe-

concionaſſe. *Panvirol* in novis repert. tit. 12. Sicque atteſtatur *Joh. Petrus Maffeius*, hiſtor. Indic.

---

referunt, teſtimonio ſe abduci, ac ſophiſtarum, tam veterum, quam modernorum, commentis & inextricabilibus pedicis involui atque impediri patitur: & miſer & circumventus & cæcus, erroris plenus, a veritate remotiſſimus ſit: & in fovea, (ni reſipiat, & magno conanime communi illi ac triſtiſſimæ noxæ, ſingulari Dei gratiâ adjutus, reluctetur) cœnoſo in luto miſerabiliter occumbere, & vitam cum morte commutare neceſſe habeat. Tantum de calcographiæ inventoribus referre libuit.

Utut autem hæc ſint, ac hanc Germanis laudem, & ingenii tam felicem & egregium partum nemo eripuerit: certum tamen eſt, atque Luſitanorum hac de re edocti ſumus navigationibus, artem typographicam tam vetuſtam eſſe apud Chinenſes, Indiæ populos, ut omnium hominum memoriam ſuperet, & multis retro ſeculis apud eosdem uſurpata fuiſſe videatur. Hoc vero nihil prohibet, quo minus, quæ ipſis vetus, nobis in diverſo cœlo conſtitutis, ars plane nova cenſeatur, atque etiam ſit, ut qui hoc nequaquam ex illorum manibus opus acceptimus, ſed propria mentis indagine, totum non ſolum hoc artificium excogitavimus, ſed & cultu & ingenioſa dexteritate, acieque longe altiori, quam Chinenſes illi, loco ac dignitatis faſtigio poſuimus. Nam quem nunc ſubtilitatis atque excellentiæ gradum tyro olim *Laurentius* ille attigerit, & a primis ſagineis rudimentis illis, quo acuminis pervenerit, exquiſitiſſimi hodie typographorum labores loquuntur. Ac cum plurimi multis in locis & inſignes hoc ſeculo in tota Europa floruerint Typographi, qui ſuis exquiſitis operibus egregie Rempublicam juverunt; inter omnes tamen illos *Plantino* Antverpienſi & *Henrico Stephano* Lugdunenſi hic orbis doctiores ac præſtantiores typographos non vidit.

Indic. lib. 6. Chinenſes literas imaginesque, ſubjectis prelo typis, excudere (quibus commenſis recentibus Europa adeo glorietur) & id vetuſtiſſimo in uſu apud Chinas eſſe. *Garzias ab Horto* lib. 2. Aromat. apud Indos naſcent. cap. 38. artem typographicam tam vetuſtam, & ſemper apud Chinenſes uſurpatam eſſe ait, ut omnem hominum memoriam ſuperare videatur. *Joh. Conſalvus Mendoza* artem iſtam, una cum ipſo regno Chinæ, principium habuiſſe, & inventam a quodam fuiſſe prodit, quem incolæ inſtar numinis venerentur. Aç ita etiam ſcribit *Joh. Hugo Linſcotanus*, part. 2. Indiæ Oriental. cap. 26. typographiam Chinenſibus fuiſſe in uſu ante aliquot ſecula, habere libros excuſos, annis quingentis, ſexcentisve prius, quam in Europa ea fuerit inventa; eſſe pariter ibi refertisſimas Bibliothecas. Hiſce ſimiliter *Jovius* adſtipulatur, qui lib. 14. hiſtoriar. inquit: *Quod maxime mirandum videtur, in India artifices ſunt Typographiæ. qui libros (in quibus hiſtoriæ & ſacrorum ceremoniæ continentur) imprimant more noſtro: quorum longiſſima folia introrſus quadrata ſeris replicantur. Id quoque genus pagellas clarius etiam deſcribit* Maffeius: *& paſſim nunc a raritatis ſtudioſis colliguntur atque oſtentantur.* e) Attamen Germanos ſolos

e) *Mich. Maierus* in veris inventis Germaniæ cap. 5. fol. 132. ſqq. ed. Francof. 1619. 8.

En

ſos Typographiæ noſtratis, de qua hic agitur, uſum

En ejus verba;

CAPUT V.

DE TERTIO VERO UNIVERSALI, LITTERARIO.

Tertium Verum à Germanis inventum eſt Typographiæ munus, quo permagna toto mundo mutatio facta eſt in bonis literis & liberalibus artibus, immenſaque utilitas ad Antipodas usque promanavit.

Corn. Tacitus libello, quo mores Germanorum deſcribit, *literarum*, inquit, *ſecreta viri ac fœminæ ignorabant:* cujus rei cauſa, velut ante tradidimus, incultæ ſimplicitati, primæque origini gentis aſſcribenda eſt: Sic literarum fuere rudes omnes antiquiores populi, quorum unus ab alio earum arcana accepit: A Chaldæis enim Ægyptii, ab his Phœnices, à Phœnicibus Græci, Hiſpani ac Galli, à Græcis Romani, à Romanis Germani, à Germanis Livones, & multi alii tanquam per manus traditas literarum notas mutuati ſunt; quibus acceptis apud Germanos crevit omnis prudentia & boni malique noticia, quid fugiendum, quid appetendum ſit; ut paulatim è rudibus & barbaris, omnium rerum periti evaſerint; Arma & militarem artem variis experimentis tractarunt & excoluerunt, adeo ut ante dicta duo VERA invenerint.

De antiquis illis tempore Romanorum incultis habitis idem *Tacitus* hæc commemorat: *In acie*, inquit, *turpe erat principi à ſuis virtute vinci, turpe comi-*

uſum reperiſſe, tam certum quam quod certiſſimum

comitatui virtutem principis non æquare: Infame vero & per omnem vitam probroſum ducebatur, ſi quis ſuperſtes diſceſſiſſet relicto principe: Princeps pugnabat pro victoria, comites pro principe: Si aliqua civitas longa pace aut ocio torpuiſſet, earum indigenæ adoleſcentes petebant ultro eas nationes, quæ bellum aliquod gererent, quia ingrata erat genti quies: Pigrum & iners putabant ſudore acquirere, quod potuiſſet parari ſanguine. Hæc ille.

Ab hac mente ac diſciplina neutiquam reciderunt Germani, ſed hucusque perſtiterunt, adeo ut cum priſcis recentiores eosdem agnoſcas: Ad literas ſero ſe contulerunt excolendas; Inde factum, quod Heroum Germanorum virtutes & res geſtæ pingui Minerva deſcriptæ ſint, multorum quoque ſilentio præteritæ, quæ ſi Hiſtoricos Romanos aut Græcos invenisſent, non eſt dubium, quin plurimi *Herculi*, *Theſeo*, *Achilli*, *Hectori*, fictitiis eorum Heroibus, nec non *Mutio Scævolæ*, *Horatiis*, *M. Curtio*, *Camillo*, *Mario*, *Auguſto*, *Trajano*, aliisque magnis viris non ſolum comparari, ſed etiam anteferri poſſint: Habuit *Germania Arioviſtos*, *Civiles Batavos*, *Carolos*, *Othones*, *Henricos*, *Fridericos*, *Conrados*, *Maximilianos*, *Rudolphos*, ut infinitos alios principes, comites, nobilitatis præcipuæ taceam, & ex vulgo *Skoldum*, *Uffonem*, *Starchaterum*, *Ubbonem Freſicum*, aliosque.

Poſtquam vero Germani ſemel literarum notitiam hauſiſſent, his quoque perficiendis, ut antea militiæ diſciplinis operam dederunt, veluti patet ex tot manuſcriptis

tiſſimum eſt; Chinenſium vero rudimenta,
non

ſcriptis Exemplaribus librorum in Germania peraratis magnorum operum, quæ paſſim in Bibliothecis ibidem extant abſque numero; Auguſtæ Vindelicorum, Regiomonte Boruſſorum, Heidelbergæ Palatinorum quot manuſcripti in pergameno libri bibliothecis habeantur, incredibile eſt dictu, ne mentionem faciam centum aliarum bibliothecarum celeberrimarum per totam Germaniam diſperſarum: Regiomontanam Principis bibliothecam quadringentorum millium florenorum pretio æſtimatam fuiſſe ab ipſo Bibliothecario recordamur, qui addidit, pergamenum manuſcriptorum, ſi ſaltem aliis uſibus pro compingendis libris adhibendum eſſet, quater millium thalerorum pretium excedere: Ad quæ conſcribenda magno labore & induſtria opus fuit, longoque tempore.

Nec vero pauperis erat tam multos ſibi libros comparare, qui magno precio conſtabant, ideoque nec facile per literarum ſtudia emergere: De Cleanthe legimus, quod deſtitutus libris, omnique ad inſcribendum materia, ungulis mulinis uſus fuerit, quibus Philoſophiæ arcana tradiderit, ipſe Phreantles dictus, quia noctu hauriendis aquis victum comparavit, ut interdiu literis operam dare poſſet: De Plauto, quod ſervus piſtoris molam egerit, ac nihilominus ſupra viginti comœdias omni leporis ſale & eruditione refertas ſcripſerit, traditur: Quod ſi illi ipſi ac innumeri alii commoditatem librorum habuiſſent, abſque dubio longe alia ingenii monumenta nobis reliquiſſent.

Id cum conſiderarint quidam paulo ante noſtra tempora, nempe ex librorum caritate multis præclaris alias viris injici moras, ne poſſint altius attolli, aut in ſtudiis præfixam metam adipiſci, compendia ſcribendorum librorum inveſtigarunt & quæſiverant: Viderunt enim per plaſtiten ad unam formam multa exemplaria fingi

poſſe,

non ad eam ſpectare, ſed ad tabularum impreſſionem;

poſſe, quæ ſingula nihil à ſe invicem differant, & metalla fundi in una matrice mille vicibus. Hinc cogitarunt & literarum figuras ita diſponi poſſe, ut ad unum archetypum mille & plures paginæ imprimi queant: Hic primus & quaſi rudior conceptus deinde auctus & emendatus fuit, inque uſum deductus; Cumque literarum notæ ſint viginti quatuor, facile fuit, totidem formas notarum inverſas excogitare, quæ inter ſe diſpoſitæ, ut debent, efficiant verba, verba lineas, lineæ paginas.

Nec vero opus fuit neceſſario integra verba & lineas totius paginæ primo in lignum incidiſſe, veluti figuræ animalium aliæque buxo vel pyro incidi ſolent ad impreſſionem, antequam metallicæ literarum figuræ ſeu typi inventi ſint: Unde argumentum, quo Bertius utitur ad probandum, Harlemenſes Hollandiæ eſſe primos typographiæ inventores, non Moguntinos nec Argentinenſes, quia libri illi impreſſi per tabulas ligneas, inſculptis literis, primo inventi ſint, eſt ex accidente ductum, nullius valoris, cum contra tota Germania unanimi conſenſu, omneſque hiſtorici laudem inventæ typographiæ Johanni Gutenbergio Argentinenſi aſſcribant.

Mirum eſt viros doctos conari adeo, ut cornicum figant oculos, & ſexagenarios de ponte dejiciant: An non per tot annos ſatis inculcatum eſt ab hiſtoricis, cui ea laus in Germania debeatur? An factum infectum verbis facere licet? Quid ſi Harlemenſes (quos tamen omnes non fuiſſe conſtat, ſed authorem anonymum, nomine ſcilicet indignum) vidiſſent libros à Moguntinis impreſſos, & modum imprimendi typorumque formas, ſingulas pro elementorum ordine coniungendas, ignoraſſent, ac nihilominus imitari voluiſſent eo ſuo modo per tabulas, quibus literæ inſculptæ eſſent, an tum error Har-

preſſionem, a Typographia multum diſtantem.

Harlemenſibus ſubvenire poſſit, ut illi videantur authores ejus rei, quam perperam imitando vix exprimere potuerunt, nedum primitus invenire? Si hæc concluſio vera eſt, tum ſemper malus rei inventæ imitator pro inventore haberi debet ac poteſt, & diſcipulus doctior magiſtro ſuo.

De tabulis illis Harlemenſibus, quibus *Bertius* libros fuiſſe primum impreſſos, lib. 3. comment. rerum German. ſub Moguntiaco ita ſcribit: *Artis typographicæ inventionem nos alibi noſtris Harlemenſibus aſſeruimus: & oſtendit nobis nuper humaniſſimus & antiquitatum Hollandicarum peritiſſimus* P. Scriverius *citatum à nobis alibi Speculum ſalutis, non Belgice, ſed Latine editum, primum magnæ artis rudimentum, cujus paginæ glutine commiſſæ fuerant, ut videri poſſent opiſtographæ. Sed attentius conſideranti facile apparuit non collectas fuiſſe literas ſingulas, digeſtaſque in vocem, voces in verſum, verſus plures in paginam, ſed ſingulas paginas ſingulis tabellis ligneis expreſſas fuiſſe, imaginibus literiſque extantibus atque prominentibus, ſicut ſigillis & ectypis ſolent imprimi notæ tenera materia molliori, & ut ex libris ad nos e Sina advectis apparet Sinenſes libros ſuos adornare, quæ res ut adfinitatem aliquam cum arte typographica hodierna habet, ita multum adhuc a perfectione artis remota eſt. Nec negabunt Moguntini, quin ea ſaltem laus Harlemenſibus noſtris debeatur. Quis autem non videt facilius*

tem. Ac inſuper nil aliud efficiunt hiſtorici illi

fuiſſe ingenioſis hominibus, & ad res præclaras inveniendas natis, ex tali rudimento progredi ulterius, & ad conceptam animo perfectionem ſuperatis impedimentis eniti, quam protinus conſummata omnia reddere & primo actu abſoluta? Nihil ſimul & cœptum & perfectum eſt. Per intervalla creverunt artes & adjectione particularum incrementum acceperunt. Principiis autem recte inventis, facile eſt aliquid adjicere; & quo quis magis ingenio pollet, eo eſt ad perficiendum aptior. Sic factum in pictura, ſic in ſculptura, ſic in ipſa ſapientia. Scitum eſt illud magni Philoſophi: καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς εὑρισκόμενα μικρὰν τὸ πρῶτον ἐπίδοσιν λαμβάνειν εἴωθε, χρησιμώτερον μέντοι πολλῷ τῆς ὕστερον ἐκ τούτων αὐξήσεως, τῆς δὲ ἀρχῆς εὑρημένης ῥᾷον τὸ προσθεῖναι καὶ συναύξειν τὸ λοιπόν ἐστιν. ὅπερ σχεδὸν καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας συμβέβηκεν. *Non ergo mirum, ſi Harlemenſes noſtri, qui primi apud nos tabulas ectypas invenerant, & libros, tabulis illis impreſſos, ſuo commodo condiderunt, iidemque quoque, invitante lucro, impellente genio, docente arte, invenerant modum literas ſingulares ſeorſim diſpoſitas colligendi, easque in ſyllabæ, vocabuli, ſententiæ, verſus ac paginæ modulum compingendi; cum hoc illo multo fuerit facilius. & a majoribus ad nos tranſmiſſa narratione (quæ fraude & fuco caruerunt) illud ab iis factum teſten-*

illi Chinenſes; quam verum eſſe illud *Ariſtotelis*
pro-

tiſcatur, resque omnino per ſe ſit vero adfinis. Non negaverim tamen, quin ſtatim Moguntiaci Jo. Gutenbergerus *majore copia libros ea ratione impreſſos vulgaverit, atque ideirco apud exteros pro primo iſtius artis inventore laudatus ſit.* Philippi Beroaldi *de ea exſtant verſiculi:*

O Germania, muneris repertrix &c.

Vere Germanorum hæc laus eſt, ſive Harlemenſibus ea tribuatur, ſive Moguntinis. Hæc ille.

Verum eſt, hoc inventum deberi Germanis, ſed inter hos quis unquam adſcripſit Harlemenſibus? Nil ad me Moguntini, ut nec Harlemenſes, ſed veritas, quæ defendenda eſt. Argentinenſes non ſoli hoc ſibi deberi affirmant, ſed tot docti in Germania, & communis omnium ſententia. Authoris nomen exprimitur, nempe Johannis Gutenbergii, annus inventionis additur, nempe Anno 1440. locus quoque non præteritur, nempe Argentinæ, ubi invenit, & Moguntiæ, ubi perfecit. Monſtrantur libri primis ejus typis excuſi, veluti adhuc Baſileæ in Bibliotheca Academica ejuſmodi reſervatur, qui non eſt ejus perfectionis & elegantiæ, qualis nunc habentur typis impreſſi. Idem confirmat non unus aut alter, ſed centies mille, & nemo contradicere potuit unquam, vel hanc laudem ſibi vendicare, niſi quod nunc proferantur tabulæ ectypæ abſque authoris nomine, ſine perſona & tempore.

At iſtæ tabulæ nihil probant contra apertam veritatem, vel contra omnem antiquitatem. Jam ante diximus argumentum eſſe elumbe, quod ducitur inde, quod artes non ſtatim perfectæ inventæ ſint. Etſi enim hoc verum ſit, tamen non ſemper convenit, ſed ut plurimum, & propterea non ſequitur, Harlemenſes tempore

pronunciatum, quod ita ſe habet: Nil prohibet,

& inventione fuiſſe priores, quia artificio & perfectione ſint inferiores Moguntinis. Arcades ſe gloriabantur ante lunâ natos fuiſſe, eoque antiquiores eſſe; ratio erat, quia principem habuerint Proſelinum dictum, à quo ipſi Proſelini quoque vocitati ſint. Sed quis credat huic fabulæ? Aliud eſt dici, aliud eſt eſſe re ipſa Proſelinum: Sic aliud eſt tabulas ectypas imperfectas feciſſe, aliud eſt, typographicam artem inveniſſe: Probetur, quod ante tempora Gutenbergii iſtæ tabulæ expreſſæ fuerint eo vel à certo authore, idque teſtimoniis indubitatis; hoc ſi fit, ipſis tabulis principia artis Harlemenſibus quidni adſcribamus?

Phrygii & *Ægyptii* altercabantur de originis ſuæ antiquitate, donec Rex quidam infantem recens editum juſſerit in ſylvis à muto Caprario enutriri lacte caprino, & obſervari, quam vocem omnium primo editurus eſſet: Longo tempore poſt cum eſuriret puer, accedente paſtore, clamavit, beccum, quod Phrygum lingua panem ſignificat; unde Phryges antiquiores ſe dictitarunt: At Ægyptii objecerunt, non mirum, ſi infans beccum dixiſſet, quam ſolam vocem a capra nutrice per totam vitam audiviſſet: Atque ita res in dubio manſit: quod hic non opus eſt fieri, quia Argentinenſibus omnis & unica laus debetur, & inter eos Johanni Gutenbergio, artis typographicæ; etiamſi ſint, qui, neſcio quas voces contra ſonent, ut ſuam antiquitatem probent & illorum refutent: Vicit enim apud illos amor patriæ, ut apud puerum eum vox nutriculæ. *Philippus Beroaldus* elegantes verſiculos de hoc Germaniæ VERO invento fecit hujuſmodi;

O Germania, muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere quæ doces premendo.

Quod

bet, artes easdem, a diverſis, vel eodem, vel etiam

Quod cum ità ſit, atque hinc Germaniæ laudes ab omnibus doctis & veritatis amantibus decantatæ extent, invidia & detractatio apud nonnullos inde exarſit, qui ſi poſſent absque ſuſpicione falſitatis, totum hoc à Germaniæ alienarent & neſcio cui attribuerent.

Inde cum hoc VERUM poſt primam ſui inventionem adhuc inter arcana haberetur, quidam ex novis hiſce artificibus ſe Venetias, alii Romam, nonnulli in Angliam, alii alio lucri ſui faciendi gratia contenderunt. Qui Romam primus ſe contulit, Ulricus Han vocitatus Gallum ſe nominavit, unde alii ignari ejus nomen patronymicum ad populum Gallicum detorſerunt, exiſtimantes eum gente fuiſſe Gallum, cum tamen *Han* revera ſaltem cognominatus, & natione Germanus fuerit. In hoc error magis ambiguitatem peperit in nomine, ut idiomatis ignorantia errorem, quam invidia, ideoque excuſatio hic non deerit. *Wimphelingus* c. 63. de hoc novo per typos ſcribendi genere invento & excogitato a *Johanne Guttenbergio* ſic ſcribit: *Anno* 1440. *magnum quoddam ac pene divinum beneficium collatum eſt univerſo terrarum orbi à* Johanne Gutenberg, *Argent. in novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam vel excuſoriam in urbe Argentinenſi invenit. Inde Moguntiam veniens eandem fœliciter complevit. Interea* Johannes Mentel *id opificii genus inceptans, multa volumina caſtigate ac polite imprimendo, factus eſt brevi opulentiſſimus.* Sixtus Ruſinger *Argentinus Neapoli an.* 1471. *libri quomodo imprimi poſſint, primus monſtravit; ſub idem ferme*

etiam diverſo tempore, citra ullam commu-
nicationem

tempus Udalricus Han *formas librarias, rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, Romam attulit. Fuit is natione Germanus, cognomento* Han, *id latinis gallum gallinaceum ſignificat, quod ideo ſcribo, quia* Campanus *& aliquot docti exiſtimaverunt, hunc* Udalricum *natione fuiſſe Gallum, quod falſiſſimum eſt: Is tamen error ideo emanavit, quod cognomen familiæ traductum fuiſſet in latinum.* Hæc Wimphelingus.

Sed *Boterus*, ejusque ſequaces alii ad Chinenſes reſpexerunt, cumque aliquid ſimile huic artificio apud illos ante mille annos in uſu fuiſſe animadverterint, non inventam primitus à Germanis Typographiam aſſerunt, ſed renovatam & quaſi reſtauratam; At illi cabinam potius facundiam exercent, quam Veritatem loquuntur. Livor illis peperit glaucomam in mentis oculis, ne cernant, quod verum eſt; Indigni ſunt prorſus reſponſo in tam aperta falſitate: Absque dubio Germani id è Chinenſibus mutuati ſunt ante ducentos annos. Cur vero *Marcus Venetus* non ſecum hoc artificii *Venetias* vel *Romam* ſive *Neapolin* apportavit, ut Itali fuiſſent amiſſæ apud Europæos artis reſtauratores, non Germani?

Artis aruſpicinæ author primus *Tages Hetruſcus* traditur, quæ cum ars eſſe deſierit, laus quoque ejus inventionis periit: Sed artis Typographicæ inventæ laus alteri nec adſcribi, quam par eſt, nec emori poterit, dum homines & librorum uſus fuerit. Ipſa ſe defendat Typographia, & pro ſe loquatur, cujus ſit, an Chinenſium, an Germanorum inventum?

Fatemur eas gentes eſſe ſoli proximas, utpote in India

nicationem inveniri. Typographiam vero a Chi-

dia ſua, neutiquam tamen Deo, qui dat mortalibus utilia & perfecta dona; Impreſſio per integras tabulas ligneas, inſculptis literis, non eſt tanti artificii nec uſus, veluti ſunt typi colligendi in voces, verſus & paginas: Hoc eſt opus Germanorum, illud per plaſticen jam pridem cognitum. Literas omnium primas reperiſſe, magnæ fuit artis & ſubtilioris ingenii, cujuscunque gentis aut linguæ fuerint; Eas autem imitari, licet aliis lineamentis & idiomatis, non adeo difficile extitit, cum a voluntate ſola imitatoris pependerint. Sic *Moſen* tradunt *Hebraicas* exaraſſe literas, *Cadmum Phœnicem* græcas, *Nicoſtratam* latinas, *Abrahamum* Syras & Chaldaicas, *Iſidem* Ægyptias, *Gulfilam* Getarum.

Sit ita, ſed ſoli Germani Typographiæ, de qua hic agitur, uſum reperiſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum; Chinenſium vero rudimentum non ſpectare ad eam, ſed ad tabularum expreſſionem, in quibus notæ vel lineæ aliquid denotantes remanſere albæ, reliqua materiæ pars tota nigra apparet. Si ſapiunt, illi nunc ad Germanorum cognitas imprimendi rationes ſe applicabunt, ſuosque libros per typos metallicos noſtratibus ſimiles impriment, at nos non ad illorum incognitorum incognitos imperfectionis modos unquam reſpeximus; Ut nigrum & album à ſe invicem diſtant, ſic Typographica ars Germanorum à Chinenſium imaginaculis. Illic ſunt integræ tabulæ, hic typi ſingulares; illic materia eſt lignea vel metallica durior, hic ſola metallica mollior ex peculiari mixtura metallorum facta; illic notæ ſunt inciſæ & remanent albæ, cæteris nigris, hic extant & fiunt nigræ, reliquis albis.

Chinenſibus per Scythas & Moſchos, in Germaniam

Sed de his ſatis: Germani ſunt in laude inventionis Typographiæ, ſic quoque manent in poſſeſſione ejus uſus, cum libri imprimantur notis literarum, præſertim in latino, quibus uſi ſunt Germani ut plurimum in ſcribendo. Nam credibile eſt, ſi alia natio, quæcunque ſit, typographiam primo inveniſſet, quod in literarum formis ſculpendis & imprimendis, propriis notis uſura fuiſſet, non alienis. Ad hæc librorum per magnam Europæ partem quolibet ſemeſtri impreſſorum, qui vendi debent, mercatus in media Germania, Francofordiæ ad Mœnum & Argentinæ recte inſtituitur, non alibi, ut Germani, qui curam habuerunt inveniendorum typorum, non carerent eorundem utilitate in vendendis & diſtrahendis libris impreſſis, veluti mercibus.

Vera autem utilitas, quæ ex doctrinis librorum per impreſſionem propagatis & ex ſcriptis ad literatos tam imperitos quam peritos, doctos & indoctos, pervenit, univerſalis eſt, & ſe extendit ad omnes nationes, regna & populos, eorumque omnis generis ordines & facultates: Reges enim, principes, comites, barones, tam ignobiles, quam nobiles, tam ſeculares, quam eccleſiaſtici, theologi, medici, juriſconſulti, philoſophi, hiſtorici, poetæ, omnesque alii ex una arte Typographica multum ſe in rerum cognitione adjutos fatebuntur.

Si vel ſola Biblia ſeu ſacræ hiſtoriæ Prophetarum, Evangeliſtarum & Apoſtolorum eſſent per hanc artem communicatæ omnibus gentibus Chriſtianis, nec quid præterea aliud: eſſet munus tamen inæſtimabile, cum notum ſit in Chriſtiano orbe nunc multas myriadas ſacrorum bibliorum extare, quæ ante notam impreſſionem non fuerunt.

Quamvis non ignorem, eſſe, qui hoc unum dent typographiæ vitio, quod ſacras literas invulgarit, quas cela-

maniam fuiſſe derivatam, dicit quidem *Mendoza*,

celatas voluerunt, ut iſti diſpenſatores earum aucupio utilitatis ſuæ non deſtituerentur, aut quid agerent, conſpicerentur. Nemo enim vult, ut alius ſuos rationum libros inſpiciat vel diaria, unde ipſe animadvertat, quid agatur, quid non, quid debeatur, quantum ſit lucri; Ita nec illi aruſpicinam (cujus ſunt inventores) omnibus notam voluerunt, at ſolis ſacerdotibus, nec Theologiam Chriſtianam. Nam, quod Cicero dixit, mirum eſt, ſi aruſpex aruſpicem videat & non rideat, de ſe dici poſſe exiſtimarunt, ſi illorum acta & opiniones cum ſacris compararentur literis ab aliis, quam myſtis & antiſtitibus. Verum ut aruſpicina, dum tegeretur, manſit ars ex opinione hominum, cum inſpiceretur, rejecta eſt; ſic contigit cum eorum ad ſolam utilitatem, honorem & poteſtatem ſuam directa opinione, innumerarum hæreſium (niſi obſtaret illud, ipſe dixit P.R.) mare, de qua poſt.

Verum invenio hoc VERO Typographiæ munere, ſacræ in lucem prodierunt literæ, & virga Aaronis de novo folia & flores recepit, vox Evangelii in deſerto proclamata in multis civitatibus audita eſt, vineæ protruſerunt gemmas, & botros portarunt innumerabiles; Apro eas vaſtanti & lupo ovile Chriſti circumeunti occurſum eſt; Doli & fraudes multorum, ſaltem lucro inhiantium, deprehenſæ fuerunt, ut nemo auſus eſt mutire, ut nec oves, quæ à crudeli paſtore deglubuntur, ut earum non ſolum lana, ſed & pelle fruatur: ſed cecidit Babylon, & omnes qui eam agnoverunt, lætati ſunt in Domino. Typographia inventa à Germanis non exiguum adminiculum fuit tanti lapſus.

Sed alii dicent, per hanc hæreſes potius diſſeminatas, quam veram doctrinam, quæ fuit in ſcriniis pectorum quorundam ſolidata, illuſtratam. Reſpondeo, Hæc ars donum eſt Dei *Objectio.* *Reſponſio.*

dexa, dicit & *Jovius*, aliique: ſed nemo unquam

excellentiſſimum, cœlitus in humanas mentes delapſum & in uſum deductum, cumque eo haberi, ut cum pluvia divinitus miſſa in magna ſiccitate, tempore præſertim verno. Hæc exſpectatur & deſideratur ab omnibus, cumque in terram deſcenderit, grato hiatu ejus recipitur. Hinc plantæ frugiferæ, & ad utilitatem hominum ſpectantes, vires & incrementum recipiunt, folia & flores producunt, radices firmant & ſpem fertilis anni, annonæque vilitatis, promittunt: At eadem pluvia herbæ inutiles accreſcunt adeo, ut utiliores ſupprimant, erucæ & papiliones innaſcantur arboribus, quæ deinde depopulantur earum folia & tenellos fructus: unde ſpes prius concepta de fertilitate anni valde imminuitur & multum dubii admittit.

Similiter factum cum typographia, quæ & veritatem propagat & hæreſes ſeu pravas opiniones non ſupprimit, quod culpa hominum accidit, non artis; quod ſi illi hac caute uterentur, ut deberent, utilitas ejus foret incomparabilis: Per eandem Typographiam Medicina corporis humani quoque effloruit, unde ægri majore cura & diligentia ſanitati reſtituti, libitinæ non ita exercitæ, Plutoni multi diu detracti, & Reſpublicæ plurimum ſenſerunt commodi: Hoc unum eſt remedium contra tineas & blattas, corrodentes libros, omnis eruditionis inimicas & amuſas, dum renovantur antiqua volumina non in uno aut duobus exemplaribus, veluti animalia quædam, quotannis unum aut binos fœtus edentia, ſed mille aut bis mille, ceu fructiferæ arbores. Hæc eſt vera barbariæ victrix armataque Gorgone Pallas, ex ingenio humano nata & in lucem producta, ut ſapientiam rudibus inſtillet, & adverſarios ejus confundat, hoc eſt, in ſaxa & lapides convertat.

Typographiæ Germanicæ Salus animæ & ſanitas corporis

quam probabit. Quæ enim unquam fuit con-

poſit in homine gratias merito agunt, quia utraque multum per eam promota ſit: Eidem Themis, juſtitiæ gubernatrix, & Aſtræa plurimum debent, quarum leges longe celerius & certius circumferuntur illo Talo Cretico, qui inſulam eam ter in die obivit, & Jovis mandata omnibus legenda & audienda propoſuit. Philoſophia omnis typographiæ laudes prædicet, Muſica melicos modos, Poëtica Anacreonticos illi concinat, cum per eam veluti miniſtram hæ Reginæ decoratæ ſint. Coticulam hæc ars optime repræſentat, quæ ipſa nil acuti habens, acuit tamen cultellos & alia, dum omnes, quibus dona ſua diſtribuit, reddat doctos & ſcientes, licet ipſa doctrinæ & ſcientiæ parum poſſideat.

Sed optandum foret, ut non ab Idiotis, literarum & omnis ſcientiæ rudibus, ut plerumque fit, exerceretur, nec tantum privatum lucrum publicæ utilitati anteferretur, tum omnia eſſent in longe meliori ſtatu, quam ſunt, literarum monumenta. Sordidus enim lucelli odor, quæcunque attingit, ſordibus inficit, quod apparet in plerisque optimis artium donis & inventis, ac præſertim in hac arte omnium excellentiſſima. Hic eſt *Pegaſus* ille alatus, cui inſidet *Bellerophon* ſeu *Perſeus*, hic ut *Meduſam*, ille ut *Chimaram* trucidet; hoc eſt, vir bonus & literatus, ſeu Philoſophus, ut ruditatem, beſtiam immaniſſimam, jugulet. Per Typographiam enim inſcitia exſtirpatur & quaſi occiditur, & fons ſcientiæ, veluti per ungulam *Pegaſi* in *Parnaſſo*, aperitur. Hic eſt *Muſarum Triton* ſeu ebuccinator, buccinam inflans, quæ auditur per totum terrarum orbem. Hæc eſt *Fama*, volucrum habens pennas leviſſimas, quibus mundum pervolet, centum vel potius mille linguas, totidemque ora, ac ferream vocem, quæ *Stentora* ſu-

converſatio Chinenſium & Germanorum? non

ſuperes. Hic eſt publicus Notarius, hominum actiones, contractus, inventa & conſilia mandans perpetuæ memoriæ, vindicansque ab oblivione bene vel ſecus facta, ut auctores ubique ſuis afficiantur præmiis vel pœnis. Hic eſt, *Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt, centenasque manus*, quibus ſcribit, quæ publicanda ſunt. Hæc eſt *Juno Lucina*, quæ juvat in lucem, ut prodeant tot ingeniorum fœtus aut *Pallades*.

Germanorum itaque Inventum totum illuſtravit orbem, ut Sol terrenus, nec ſolum terram & regna ditavit, ſed animos quoque hominum inſtruxit diſciplinis & artibus, *Tabulamque Mentis* nudam notitiis & axiomatibus.

Hoc eſt Verum, quo Vera omnia commemorantur & æternitati conſecrantur: Unde mundus mutationem paſſus ſit, dum pauperes & mediocris fortunæ homines comparatis vili precio libris & ex his omnis generis doctrinis & ſcientiis, evehuntur ad majores dignitates, ſuosque ſecum ſublevant. Ubi antea vix fuit torrens eruditionis, ibi nunc mare redundat; ubi vix ſcintilla *Promethei*, ibi nunc eſt focus luculentus, non minus *Palladi*, quam *Veſtæ*, communis. Antiquitus Ægyptus mater ſcientiarum celebrata eſt, quia invenit Geometriam, nempe eorum *Mercurius*, qui *Theut* dicitur, & præterea numeros, ſupputationem & alearum luſum; at ſcientia ſideralis *Belo*, ratio muſica *Amphioni*, ars memoriæ *Simonidi*, præcepta Rhetoricæ *Coraci* & *Cteſiæ*, conflatura auri & metallorum *Cadmo*, ut & lapicidina; perpendiculum & aſcia *Dædalo*, *Anacharſi* follis, anchora, bidens, figuli rota, *Syris*,

non per terram, cum inviis deſertis, & terræ ſpatio immenſo, nullique fore homini permeabili disjunguntur. Non per mare, cum haut ſit tranſitus e Balthico in Indicum mare. *Eliud Niclas, in der Relation, was ſich in beyderley Indien zugetragen*; in præfat.

4. Proferuntur quidem libri vetuſtiores, editione illa officiorum *Ciceronis*, cujus paulo ante mentionem feci. *Volaterranus* in illam con-

Syris catapulta, balliſta & funda *Phœnicibus* adſcribuntur, ex quibus nil adeo magnum aut utile eſt, ut cum arte *typographica* comparari poſſit. Ea uni genti ſorte conduxerunt, alteri non item, hæc omnibus: Illorum uno vel altero carere liceat absque magno incommodo, non autem literarum typis vel ſcriptione cum ſit celerrima. Duo enim hac arte inſtructi tantum ſcribunt uno die, quantum alii non in anno integro aut quingenti uno die.

Antea diximus ſub præcedente capite, medio pyrii pulveris & globi ferrei diſſilientis unum poſſe trecentis vel pluribus reſiſtere vi armata irrumpentibus in vallum alicujus oppidi; hic de compendio loquimur, quo unicus in ſcribendo totidem fere æquivaleat. Non hæc ex Vino, quod copioſe ſumtum retardat mentem manumque, ſed ex *Palladio* ingenio extuſa ſunt. Si quis in his carpendis *Momum* aut lividum *Theonem* agere, ipſe meliora aut utiliora generi humano inveniat, aut hiſce nobiscum utatur absque detrectatione. Si nulli hominum ex innato odio & perverſitate poſſit, tamen Deo pro tam magno & excellenti dono gratias agere tenebitur, aut ingrati vitium, quo multa teguntur mala, ſecum reportabit ad inferos.

congeriem Commentariorum ſuorum multa temere & ſine delectu conjicere ſolet; in quibus illud: auctores artis impreſſoriæ fratres duos, homines Germanos, edidiſſe Romæ *Auguſtini* libros de Civitate Dei, & *Lactantium*, eosque primos omnium prodiiſſe, Anno 1465. quibus ſignificat eo anno natam typographiam, idque Romæ. Alii jactitant etiam *Johannis Fuſt* alium librum, primum omnium Moguntiaci impreſſum; nempe *Alexandri Grammatici* doctrinale. Omnium vetuſtiſſimum opus, cujus tamen nomen reticetur, Venetiis excuſum profert Rabbi *Joſeph Sacerdos*, in chronico ſuo, anno Judaico 5188. Chriſtiano 1428. quod nemo hactenus animadvertit; certè nemo indicavit. Unde ille Judæus colligit, artem imprimendi ab eo libro incepiſſe. Quæ omnia tam facile negantur, ac aſſeruntur. Interim tamen negari non poteſt, aliter artis rudimenta eſſe inchoata. *f*) Nam non ex diſcretis & ſingularibus typis, inter ſe junctis, ut hodie fit, cœptum eſt imprimi, ſed in pagellis ligneis, quibus literæ inciſæ erant: qui modus primus excudendi in Hollandia Harlemi inventus fuit; ubi etiam hodie ædes oſtendi dicuntur, in quibus inventor artis eam primum periclitatus eſt.

Ha-

f) *Jo. Rutgerſius* in refutat. fabulæ Burdonum fol. 299. ſqq. Adde *Salmuthum* laud. loco fol. 598. & *Jo. Walchium* fab. 9. fol. 178. ſqq.

Harum pagellarum meminerat *Accurſius Mariangelus* in Donato ſuo, in membranis excuſo; qui liber poſtea in poteſtatem venit *Aldi Manutii* junioris. Verba *Mariangeli* ſunt: *Impreſſus autem eſt hic Donatus, & Confeſſionalia, primum omnium anno* 1450. *Admonitus certe fuit ex Donato, Hollandiæ primum impreſſo, in Tabula inciſa.* Rudimenta igitur artis typographicæ ab editione Donati inceperunt in Hollandia, non ex typis, ſed ex tabula inciſa. In urbe vero Harlemienſi inventam teſtatur vir eruditiſſimus, *Hadrianus Junius*, qui quum non præter rationem hanc patriæ ſuæ vendicarit, & non pauca digna cognitu de ejus incunabulis prodiderit; eam tamen a tabulis inciſis, & ab editione Donati cœpiſſe ignoravit. Illuſtriſſima *Veronica Ladronia*, avia *Julii Caſ. Scaligeri*, Horologium beatæ Mariæ (vulgus vocat Matutinas horas) penes ſe habuiſſe dicitur, pagellis ligneis inciſis impreſſum in membranis, literis inter ſe colligatis, & connexis, ut mos ſcribendi eſt mercatoribus & Tabellionibus properantibus, præſertim Germanis & Belgis; ita ut Chirographum hominis Germani diceres. Locus, ubi is liber, & annus, quo excuſus fuerit, non appoſitus: oblonga tamen forma erat. Hunc librum, quem 36. annis poſt matris ſuæ obitum poſſederat *Julius Cæſar Scaliger*, a cane leporaria diſcerptum diu doluit, & magno illud damnum redemiſſet. Pariter de tabulis illis Har-

Harlemenſibus, lib. 3. Comment. rerum Germanicar. ſub Moguntiaco, ita *Petrus Bertius* ſcribit: Artis typographicæ inventionem nos alibi &c. *usque ad verba:* ſic in ipſa ſapientia. (*vid. ſupra pag. 193. ſq. in notis.*) Et paulo poſt: *Vere Germanorum hæc laus eſt, ſive Harlemenſibus ea tribuatur, ſive Moguntinis.* g) Primi autem Chalcographi (*Kupfferſtecher*) circa Weſtphaliam, in Marchiæ comitatu fuiſſe perhibentur *F. V. Bucholt*, & *Iſrael V. Mechelen*: horumque alterum opilionem fuiſſe ajunt. Eos ſubſequutus eſt *Martinus Schön*: isque *Alberti Dureri* inſtitutor fuit: ſub quo deinde florere cœperunt *Henricus Aldegraner*, *Hanq Sebald Bentz*, *Hans Sebald Böham*, &c.

Finis.

PETRI

g) *Matthias Quad* in compendio Univerſi lib. IV. cap 34.

PETRI SCRIVERII
*) LAUREA
LAURENTII COSTERI
HARLEMENSIS
PRIMI INVENTORIS TYPOGRAPHIÆ.

Harlemi
apud *Adrianum Roomanum*,
ordinarium urbis typographum,
A. CIↃIↃCXXVIII.

Interprete Viro Clariſſimo,
GEORGIO QUAPNERO,
Lycei Altonavienſis Subconrectore
meritiſſimo.

Eer-dicht op de Haerlemſche Druckerie p. 3.
by den hooggeleerden ende wijdberoemden
PETRUS SCRIVERIUS ingeſteld, ende
in het licht gegeven.

D*it Boek vertoond en leerd op ſekre vaſte gronden,*
Dat eerſt de Druckery *te* Haerlem *is gevonden,*

*) Belgice inſcribitur: *Laurecrans voor Laurens Coſter van Haerlem, eerſte Vinder van de Boeckdruckery*, & ſubjungitur libro: *Beſchryvinge ende lof der Stad Haerlem in Holland in rym bearbeyd, ende met veele oude ende nieuwe ſtucken buyten Dicht, uyt verſcheyde Kronyken, Handveſten, Brie-*

Dat Mentz *de eer daer van ſich leugenachtig geeft.*
Die haer niet eerſt bedacht, maer ons ontſtolen heeft.
Dit heeft de *) Jong *wel eer met vlijtigheyd geſchreven;*
En met getrouwigheyd en dapperheyd gedreven,
Dat Schrijver *in dit werck noch meer en naekter doet.*
Die eere blieft ons dan, gelijk ſy billijk moet,
Mijn Burgers, wilt den geeſt van onſen Koſter *prijſen,*
Gy wilt uws Schrijvers *band geen minder eer bewijſen,*
Hy heeft die groote Konſt door Goodes geeſt bedacht,
Deez ons in't vol beſit van deſen roem gebragt.

Samuel Ampzing.

p.4. P. SCRIVERII Epigramma,
in effigiem ſummi & incomparabilis viri,
LAURENTII COSTERI, Harlemenſis,
primi *Artis typographicæ* inventoris.

Vana quid archetypos & præla Moguntia *jactas?*
Harlemi *archetypos prælaque nata ſcias.*
Extulit hic, monſtrante Deo, Laurentius *artem;*
Diſſimulare virum hunc, diſſimulare Deum eſt.

Nae

Brieven, Memorien ofte Gebeugeniſſen ende diergelijcke Schriften verklaerd ende beveſtigd door Samuel Ampzing van Haerlem, te Haerlem 1628. 4.

*) *Hadrianus Junius* in Harlemo.

Nae-ſporinge van't ſelfde.

Op d'afbeeldinge von eenen hooghen ende onwaerdeerliken Mann, LAURENS JANSZ. COSTER, van Harlem, eerſte Vinder van de Boeck-Druckerye.

Ments *roemt van't eerſte boeck uyt hare pers ghe-ſonden,*
Tot Haerlem *is nochtans de Druckery ghevonden.*
Dees Laurens *heeft de konſt met Godt daer voort-ghebraght;*
Verſwijgt men deſen Man, ſoo word oock Godt veracht.

P. S.

PETRUS SCRIVERIUS aen ſyn tegen-woordig Boeck. p. 5.

Dewijl men noch te Mentz *niet op en houd van liegen,*
En anderen noch ſoeckt met valſcheydt te bedriegen,
So gaet hem toe, miin Boeck, *gy gaet, maer niets te vlug,*
En ſchoorvoet; jae, gy wijckt aldeyſende te rug.
Wat ſchorter, 'tſlechte kleed? en wondt gy meer braggeren,
En ſlunſen op't gewaet? Wat! 'tleydt niet in de kleeren;
Gaet aen, miin Boeck, *gaet aen, eenvoudigh en oprecht,*
Die met de Waerheyd komt, gaet nimmermeer te ſlecht
Al magt men u wel bet en ziereliker ſmucken,
Sa kunnt gy hun dan noch de croon van't hoofd wel rucken.

Die croon komt Haerlem *toe. Doch blijftſe daer althans,*
Soo brengt den Vinder 'thuys dees mijne Laure-krans.
Verbidt die groote ſiel, dien goedlick te ontfangen,
En om het waerde-hoofd, tot ſpijt van Mentz, *te hangen.*
Al iſt Werck ongeſijn en vrij ont-harleweydt;
Het ſalt hem doen, tot dat een ander werdt bereydt.
Dit's ſoo wat nae de tydt; een ander krans te leeſen,
Die Roma *prijſen mogt, kan inder ijl niet weſen.*
Indient afgunſtig oogh u Schriivers *naem bevecht,*
Miin Boeck, *en wilde weel een ander krans gevlecht;*
En ſo daer yemandt vraegt, waer toe dit onderſoecken
Van d'oude Druckery, en lang vergeten boecken?
p. 6. *Geeft antwoord aen de Nijdt, doet* Alleman *beſcheydt,*
Dat om ons Haerlems *eer dit werck is aengeleydt.*
En dat daer toe de pen met deſe bladen ſtrecken,
Op dat ick uyt het graf de dooden mogt verwecken,
En ſoo ick dan met haer mag Lethes vloedt ontgaen;
'Tis wel, miin Boek, 'tis wel, en daerom iſt gedaen.

Op HANS FUYST.

De eed'le Druckery, dy, Haerlem, *is benomen,*
En is alſoo tot Mentz *en't land voort door gekomen,*
Hoe heeft dit Hans beſtaen, hoe heeft hy't ſo gekuyſt?
Hy ſtack ſijn hand recht uyt, greep toe, en ſloot ſijn Fuyſt.

Aen

Aen die van MENTZ.

Wat meinſtu, Meintz, *dat wy u van u eer beroven?*
Neen, ſekerlyck; ô neen; want wy wel groot'licks loven
De wercken van u hand. Maer d'hand van uwe knecht
En nemen wy niet aen, die bleef niet even recht.

Aen de ſelfde.

Ick ſie veel over-hoecks my vreeſelijck aen kijcken,
Als oft ick Ments *de croon ſocht van het hoofd te ſtrijcken;*
Beroofde van haer eer, en ſtiet haer uyt't beſitt
Van Gutenbergers *erf. Iae* Ments, *dit is het witt.*
End' op dat ghy u mogt noch meer en meer verſtooren,
Dewijl dit enckel een maer leeſt, en komt te vooren,
Dus in ons Moeders tael: ſoo ſal't niet eer wel gaen,
Oft ſal in goed Latijn voor u beſchreven ſtaen.

Ter ghedachteniſſe van HANS GUTENBERGER. p. 7.

Ha! Schalck, ha! ſijt ghy hier? ſijt ghy't Hans Gutenberger!
Hoe paſt u deſe naem? jae dubbel Schalck, en ergher!
Met dieverey beruchte, ô eer-vergheten bloed,
Mijns oordels dit verwijdt u ſchelmſtuck niet voldoed.
Om dat ghy Laurens goed gingt berghen en wegdraghen
En ſchalckelick benaemt; ſoo hoort men nu ghewaghen

Van Goedenbergers *loff; hoe dat men dat verbloemdt,*
En van den Goeden-berg *) *den* Guytenberg *vernoemdt.*
Nae Straetsburg *dan oft Ments ſoo ſiit ghy heen gheweken,*
En hebt daer in een hoeck u ſelven lang verſteken,
Niet ſoo aenſienelick als t' Haerlem *aen het Sandt,*
Doch niettemin ghy quaemt, ghy quaemt noch voor de handt;
En dacht, het is eens tijdt mijn hoornen op te ſteken,
Mijn Meeſter woond ſo verr', die kan hem qualick wreken;
De perſſen ſtaen ghereet, en alles is bereydt,
'Tis reden dat men nu aen't werck de handen leydt.
Ments *laght vaſt in haer Fuyſt: de nieuwe waer van Boecken*
Quam met verwondering een yder daer opſoecken;
Elck koft en braght wat t'huys. Hans Fuyſt *u camernet*
Alleen niet nae de winſt maer oock nae eere ſtaet.
Die **) *druckt ſijn naam op't werck; en heft een naem verkreghen;*
En Gutenberger *is allenskens ſo verſweghen;*
Maer op dat ghy oock yet mogt hebben tot u loon,
Soo ſtaet daer als een dieff in dit Tafreel ten thoon.

*) Moguntiæ domus Boni-montis, *zum Gutenber.*
**) An, 1465.

Index capitum hujus libri. p. 1.

P. S. Alloquium metricum ad Civitatem Harlemenſem. pag. 5.

Præfatio metrica ad Magiſtratum Harlemenſem, quæ primam originem artis typographicæ exponit, una cum poëtica inſectatione balatronum Moguntinorum. p. 7.

Cap. I. Introductio in hoc ſcriptum, una cum narratione deſumta ex *Hadriani Junii* Batavia de inventione artis typographicæ apud Harlemenſes, nec non verbis *Theodori Volckhardi Coornhertii* & *Lud. Gvicciardini* de eodem argumento. p. 15.

Cap. II. de libro deperdito, qui typographiam Harlemenſem deſcribit, compoſitus a *Joanne van Zuren*; exhibentur etiam narrationes quædam, è reliquiis ejusdem libri deſumtæ. pag. 28.

Cap. III. Teſtimonia quædam illorum, qui Typographiæ inventionem *Moguntiæ*, urbi Germaniæ, adſcribunt, ac nominatim *Nic. Serarii*. pag. 34.

Cap. IV. Alia pro Moguntinis teſtimonia à *Serario* adducta. p. 38.

Cap. V. Varia teſtimonia alia à *Serario* non adducta, quæ pro Moguntinis pugnant. p. 41.

Cap. VI. oſtendit, *Joannem Fauſtum* vel *Petrum Schöyfferum*, non autem *Joannem Guttenbergerum* primos exiſtimandos eſſe typographos Moguntinos. p. 45.

Cap. VII. de antiquiſſimis libris *Moguntiæ* impreſſis relatio. p. 48.

Cap. VIII. Recenſio quorundam auctorum, qui typographiæ inventionem *Argentorato* tribuunt. p. 51.

Cap. IX. Diſſenſio auctorum de Typographiæ inventore in urbe Argentoratenſi. pag. 56.

Cap. X. ubi probatur, *Moguntiæ* prius quam *Argentorati* impreſſos eſſe libros, & gloriam hujus inventionis *Moguntiæ* potius quam *Argentorato* eſſe tribuendam. p. 58.

Cap. XI. Rationes aliæ, cur *Argentoratum Moguntiæ* præferri nequeat. p. 62.

Cap. XII. de Typographia *Auguſtæ Vindelicorum* inſtituta. p. 63.

Cap. XIII. de Typographia *Baſileenſi*. p. 64.

Cap. XIV. de Typographia per omnem Germaniam divulgata atque diffuſa. p. 66.

Cap. XV. Quomodo & quo tempore ars typographica e Germania in Italiam & præcipue *Romam* pervenerit? p. 67.

Cap. XVI. Elenchus antiquorum aliquot librorum in diverſis Italiæ urbibus impreſſorum, quibus nomina Typographorum adduntur. p. 80.

Cap. XVII. ubi oſtenditur, ante annum à Chriſto nato MCCCCLXVIII. nec *Romam* nec in Italiam perlatam fuiſſe artem typographicam. p. 84.

Cap. XVIII. Antiquiſſima de Typographia

apud

apud hiſtoricos aliosque Scriptores relationes. pag. 85.

Cap. XIX. Digreſſus ex *Italia* in *Belgium*, una cum elencho quarundam antiquarum officinarum typographicarum hujus regionis. pag. 88.

Cap. XX. ubi demonſtratur, *Harlemi* etiam antiquis temporibus impreſſos eſſe libros. pag. 92.

Cap. XXI. Demonſtratio evidentior de gloria inventionis Typographiæ urbi Harlemenſi tribuenda; VERA LAUREA *Laurentii Coſteri.* p. 93.

P. SCRIVERII Aenſpraeck aen de Stad van HAERLEM. p. 5.

Niet Haerlem, *om u lucht, die ick hier heb ghetoghen,*
Niet om u Spaerne-vliet ſoo nering rijck gheboghen,
Niet om u trots ghebou van Clooſteren en Kerck,
En Koninglijck Pallays, en ander timmer-werck;
Niet om u Gheeſtlickheyd, en woonſtee der Templieren,
Hoewel lang uytgheroeyt; niet om, die u noch zieren
Met Kerck en huys en hoff, de Heeren van Sint Jan,
En ander Ordens meer, die ick niet noemen kan;
Niet om u Oudheyds wil, en edele Gheſlachten,
Niet ſelfs om's Princen hoff, end' hoogghebooren maghten;
Niet om u Oorloghen te water en te land,
(Vergheeft my, dat ick die moet ſtellen uytter hand;)

Niet om u groot begrip, niet om u ſtarcke wallen;
Niet om u ſtraeten oock, die meeſt op't Marcktvelt vallen;
p. 6. *Niet om u Drapery; niet om u Linnen ſtoff;*
Niet om u ſmaecklick bier, oft om u Brouwers loff;
Niet om dat ick aen u thien Poorten ſoude tellen,
En roemen het gheluyd der Damiaetſche ſchellen;
Niet om u ſoete ſtreeck en lieffelick ghebucht,
Daer menig ſtad op ſiet, en menig ſtad om zucht.
Niet om u lijftogts wil van Duyn, van Zee, van Meeren;
Van't ſuyvel-rijcke gras, en wat men mag begeeren:
Hoewel dit vry wat is ſoo onder een ghebiet,
Nochtans daer ick om kom', en is ſet, Haerlem, *niet.*
Veel liever is u Boſch, dat houd my meer verbonden,
Om dat de Druckery daer wijlen is ghevonden,
D' hooghlöffelicke Konſt door Laurens *voortghebraght,*
Doet, dat ick uwe Boſch ver boven 't ander acht.
Loop door des wereldts rond; de lijftogt en waeranden,
De neringhen daer by ſijn oock in andre Landen;
Het treffelick ghebou met andren is ghemeen;
De Vinding van den Druck hebt ghy, o Stad, alleen.
Waerd nu in mijne maght de Boomen te verſtellen,
Al d'Ypen en de Elſt ſond ick te neder vellen;
Daer ſou niet een Abeel de blaeuwe wolcken ſlaen:
Om onſe Laurens *wil moeſt 't hout vol Lauren ſtaen.*

P. SCRI-

P. SCRIVERII Voorreden aen de Magiſtraet der Stad Haerlem. p.7*

Wat iſer nutter Konſt dan't Drucken van de boecken?
Wat kan ick nutter doen, dan vlijtig onderſoecken,
Wie d'eerſte Vinder was, van't onwaerdeerlick goet?
Mijn Haerlem, *duyd ten beſt, dat uwe Schrijver doet.*
Ick ſie u eer gekrenckt: ick ſie een ander ſteken
Den zen aen uwen Oegſt; hier tegen moet ick ſpreken,
En ſtoppen Mentz *de mond. Leent, Heeren, 'tgunſtig oor,*
Al valt de reen wat lang, ſy loopt niet buyten ſpoor,
Bepaeld in's Waerheyds kriit. Ten ſijn geen oude droomen,
Van a) *Lem oft Eſeloor: daer ſal wat anders komen,*
En ſekerder beſcheyd; men noemt hier man en paerd,
En b) *Coſter, die ons heeft de* c) *heymenis bewaerd,*
Die eerſt ghevonden heeft de letteren te ſniiden,
Met laeyen inckt en pers, om dat door't druckend liiden
Op't uytgheſtreckt papier oft pergamenen veld
In haeſt een leeſbaer ſchrift moght werden voorgeſteld.
Men vind de teyckens hier, die ſulcx ons overtuyghen,
Noch wilt onſchaemle volck den harden neck niet buygen!

Men

a) Siet de belachelicke Hiſtorie der Frieſche Koninghen.
b) Laurens Janſz Coſter, omtrent't jaer 1440.
c) Palladium.

Men vind een ſijds papier met beelden en met
ſchrift
Uitdruckt'lick afgerecht, en tot een boeck geſtift.
Dit' wijſt Donatus aen in Holland eerſt herbooren,
Waer van d) Accurſi *pen en* e) *andren ſijn te hooren;*
Tot Haerlem *is dees Vrucht (niet elders) eerſt*
geplućt,
Opſhent van blad tot blad ghesneden en ghedrućt.
p. 8. *Men heeft noch eerts daer na wel ander blijck ver-*
nomen,
Als onſe dappre held wat hoogher was ghekomen:
Het houtwerck liet hy ſtaen. God ſtierd het in
ſijn ſin,
Dat hy en vond bedacht van letteren in tin.
De f) *Spiegel ſy ghetuyg en oock meer andre boecken,*
Die onſe burgher kan voorthaelen uyt de hoecken;
Daer aen ick my beklaeg een ding, dat after bleef
De Drucker, niet de tijd, wanneer hy ſulcx bedreef.
Eenvoudig vroom, oprecht, en met het haer' te vreden
Was in de wand'ling 't volck vans ons en andre Steden:
De grootsheyd queld' haer niet; en meeſt alhier
te land
Wierd wereldlicke eer verſmaed, en trots verſtand.
Derhalven moghen haer de Duytſche poechers ſchamen,
Die ons ſoo loflick werck onheuſchelick benamen,
Beroofden van ons eer en van ſo waerden pand,
Vervoerd uyt onſe Stad vert' in een ander Land.
Nu,

d) Mariangelus Accurſius, de quo infra.
e) de Coelſche Cronijck ghedruckt An. 1499.
f) Spieghel onſer behoudeniſſe.

Nu, Mentz, *geloof't het vry; 't komt niet van u burg-ſaten,*
Maer uyt een ander boeck; wilt ons die eere laten.
Verbreyd de konſt, ick lijdt; den Vinder eert en prijſt,
En hoe hy verder woond, hoe meerder eer bewiiſt.
De konſt die komt ons toe, end is alhier ghebooren,
Maer hebben die, (o ſchand?) eerlooſelick verlooren,
Door u niet onſe ſchuld. U isſet' huys ghebracht
Door ſlinxe dievery; en hebt ſe meer betracht.
Ons Ouders ſijn to ſlecht ghetweeſt in haere ſaecken;
Verſwegen haere naem, dien ghy ſoo groot gingt maecken,
En ſtelden alle ſins de Druckers after op,
En zierden ſoo te met ons afghebaelde pop.
Diet duyrde menig jaer, g) *dat plaets met naem en mercken*
Een yder vulden 'toogh aent eynde van de wercken;
En naderhand't is noch daertoe ghekomen, dat
De naem te vinden was op't voorſte Titel-blad.
'Tbegin des konſt is ſlecht; en eerſtmael opgereſen, p. 9.
En isſe niet ghebraght tot haer volkomen weſen.
Dat God ſchept, is volmaeckt; de menſch een ding begind,
Waer toe een ander voorts ſoo nu ſoo dan wat vindt.

De

g) *M. Tul.* Ciceronis Officia &c. gedruckt tot *Mentz* by *Jo. Fuſt* An. 1465.

De Duytſchen h) *even wel en ſijn niet eens in't noemen*
Hier Straetsburg *en daer* Mentz *haer uytermaten roemen,*
Van wegen deſe Conſt, en twiſten met krakeel,
En Augsburg *ſoeckt oock d'eer. Nu middlen wy het ſcheel,*
En deylen't Haerlem *toe. Hier daer de boomen ſtonden,*
Van't groot vermaerde Bos, daer is de Conſt gevonden,
Daer is ſi opgequeeckt. Daer in de beemden lag
De ludderlijcke Pan, *en ſpeelden al den dag;*
Daer Galathea *noyt haer wulpſe luſt kon boeten;*
Daer't al in raeren was; de ronde Satyrs *voeten,*
En Faunus *horen-dul; en namen haren Gang*
Het oude Bennebroeck, en 's Graven vogle ſang,
Daer Heemſte Weelgeberg; de Naiades van't ſparen,
Met d'Hamadryades by een vergadert waren;
Daer heeft ons Burgher oock beſteedt ſijn lege tijd,
Onleedig ſelf; want ſiet! hy in een i) *wind-braeck ſnijd,*
Oft van een Boecken-boom, oft van en Eyck ghekomen;
Ick houd 'het met de Eyck; hoewel ick heb vernomen
Van eene Boecke ſchors. Maer ſegt mij, Sanggodin,
Hoe is doch deſe ſaeck de man gevallen in?

Als

h) Siet de twiſtende Schrijvers hierafter in ons werck.
i) Een ſtuck houts ofte tack door de wind afghebroken.

Als Laurens *ſich in't hout en op de ſoete weghen*
Naer middaghmael begaf, (ſulcx als de riicke pleghen
Tot tijd en ſpiis verdrijſ, en lichting van hun maeg)
So nam bijt mes ind' hand, en was tot ſnijden graeg.
Hy wandelde vaſt heen, en vond de vuil van tacken p.10
(Corts hadd' het ſtijf gewaeid) 'twas niet van nood te hacken,
Hy greep een op, en ſneed drie letteren oft vier
Uitwendig in het hout, en ſtackt ſoo in papier,
Als in een ommeſlag; oft na ons and're ſeggen
Heeft hy het loos papier daer boven op gaen leggen.
Daer nae ſoo iſt gebeurd, dat hem de ſlaep beliep,
En't regende terwiil, dat Laurens *lag en ſliep.*
Dus van des Aerdrijcx vocht, oft van gevallen reghen
Heeft onverhoets 't papier een letter-form ghekreghen:
Alſoo het Eyckenhout, wanneer't bijt water raeckt,
Een verwe van tanayt of vaele ſwartſel maeckt.
Nu als hy wierdt ghewekt door reghen ofte donder,
Vernam hy letter-druck; het ſcheen te weſen wonder,
End als hy ſag verkeerdt in't wit de lettren ſtaen,
Soo is hy andermael aen't ſnijden weer ghegaen:
En heeft een regel ſchrifts verkeerd in't hout ghe-ſneden:
En nette doet papier (glijck als men doet noch heden)

En

En drucktet op de form. Ey ſiet de lieve vond!
Tgeen op het Houd verkeerd, doe recht voor oogen ſtond.
Dit was de eerſte voet, waer door hy is gheſteghen
Tot op Parnaſſi *top, en heeft de konſt verkreghen;*
De k) *ſlaep die hem beving, had wat bijſonders in;*
En oock de reghen was van gheeſtelicken ſin.
Men ſegt, dat Pegaſus *dit water heft ghegraven*
Met ſijn gheleerden hoef, om Laurens *dorſt te laven;*
Dat God door Morpheus *hem het oor ſoo raecken won,*
Op dat wanneer hy rees, wat godlick rijſen ſou.
Door deſe middel is de l) *Clercken ruſt ghegheven;*
Die vorden doe de pen, en ons de boecken ſchreven;
Nu levert een meer werck, dan doe drie hondert deen,
Niets heeft de vlugge pen met Laurens *konſt gemeen.*
p.11 *Dus bouwd' hy* m) Cadmi *teelt. Dus is de Konſt ontſpronghen,*
En door't gheſterde veld der wolcken heen ghedronghen.
Hie hoort de Laure-crans. Spreeckt, Boomen, 't vonnis uyt,
Ghy hebt de lett'ren eerſt gheleden in u huyd.
Die

k) vide Procemium A. Perſii Satyrographi: *Nec fonte labra* &c.

l) Deus nobis hæc otia fecit. *Virgil.*

m) De letteren by *Cadmus* eerſt in *Phoenice* gevonden.

Die averechts ghedruckt, de n) *kind'ren onderweſen,*
En oeffenden in't ſtuck van wel te leeren leſen,
Tbegin bevalt hem wel; voorts ijvert hy te deeg,
Tot dat hy had de Konſt, die hy behild' en ſweeg.
Den eerbryd wies vaſt aen; de luſt begon te ſmaecken;
Soo dat hy knechten nam, (alleen kon hie't niet maecken)
Met dieren end verplicht. Diet braght hem in't verdriet,
De wintſt bekoort een knecht, en word een deugeniet;
Paſt op bequame tijd. Den Cors-nacht ging men vieren;
Al 'thuysgeſin was uyt. Doe moght hy vrijlijck tieren,
En brenghen op een hoop, al dat ter konſt behoord;
Des morgens glipt hy deur met 'toop'nen van de poort.
Daer gaet de gauwe dief met ſack en pack heen ſtrijcken,
Met 'tharde letter-tuyg (op't bont wild' hy niet kijcken)
o) *Drie letters ſelf van naem. Meer niet van deſe ſiel,*
Want ick niet gaerne ſag, dat hy een naem behiel.
Sulcx miud oock't oude eeuw te noemen en te melde,
Die haer Dianaas kerck in lichten brande ſtelde,

P *Dat*

n) Voornamelick ſijn neefkens, daer andere haer met geſchreven boeckkens moeſten behelpen.

o) *Jan*, oft, *Fur*, trium literarum homo.

Dat ſchoone's Wereldts roem. Sulck volck met ving'ren wijſt,
Ghedenckt niet by de naem, de ſchelmery miſprijſt.
Dus wierd ons lieve Bruyd geſchaeckt, geſchend, ghebroken,
Tot dat ſy quam te Mentz, *daer is ſy weer ontloken*
Ghelijck als by de Son in't veld een rooſje lacht;
Daer is dees nieuwe vond verbreyd en hoog gheacht.
p,12 *De Vader van de Bruyd doet niet dan treurig queelen,*
Vervloeckende de daedt van dit meyn-eedig ſteelen,
End om op nieuws de vond te nemen by de hand,
Was nerghens nae de luſt ſoo groot als ſijn verſtandt.
'Tſtuck ſtiet hem op de borſt; 't vervreemde ſijne ſinnen,
Om voor-voets-aen het werck van drucken te beginnen;
Hy was't gereetſchap quiit; end' ook ſoo had de man,
Waer van hy leven kon; en't quam daer niet op an.
Meer onluſts en verdriets is daer oock uyt ghereſen,
Om dat men nu begon den druck van p) Mentz *te leſen;*
Hy kende daer ſijn kindt, hy ſagh ſijn maeckſel aen,
En ſeyde, q) *Swagher ſiet nu iſt met ons gedaen.*
De Konſt vloog door het Rijck, en bleef niet in die palen,
En dat men anders ſou van Haerlem *moeten halen,*
Dat

p) *Alexandri* Doctrinale & alia Moguntiæ cuſa an. 1442. teſte *H. Junio.*

q) *Thomas Pieterſz*, van den welcken Junius is te leſen,

Dat baelde men van Mentz, te Romen, te Milaen,
In and're Steden meer begon de Pers te gaen.
De uit-clag hielp al niet: De Duytſchen ſijn te Romen,
As vinders van de Konſt, eerbiedlijck aenghenomen;
Veneetye heeft oock plaets den Druckers inghe-ruymd,
En al het geen ter konſt mogt dienen, niet ver-ſuymdt.
Ou Laurens gaf de Gheeſt, met Lauren-loof te zieren,
Een eer van't gantſche Land, en roem der Batavieren;
De alderwaerſte man, gheleerdheyds eeuwig licht,
Verlaet de wereld (laes!) ſoo hoog aen hem ver-plight.
Dus is ons onderkloeckt, dus is de konſt ghenomen,
En hier in d'as gheraeckt. Dus iſſet om ghekomen.
Men eerd de Minnemoer; de Moer men niet en kendt,
En onſe Druckery gheraeckt ſoo aen het end.
Daer leyt het Haerlémſch kindt niet her gheſwinde Vader; P. 13
En ghy meyn-eedigh leeft, och leeft ghy, o Verrader!
1) O huychelaer! o dief! ghy at uws Heeren brood,
Die u heeft opgevoed een adder in ſijn ſchoot.
Meynt ghy, dat u de Mayn dees ſchandvleck kan uytwaſſen,
Met al ſijn water niet, 'twaer beter metter aſſen

 Te-

1) vid. Junius de hoc plagiario.

Te ſtroyen 't ſondigh hooft, en duycken nae bene'en,
Deer komt een ander toe, die u brengt opte been.
Wraeck, Conſt-goddingen, wraeck! de Conſt is ons geſtolen,
Hoe lange ſal noch ſijn dees dievery verholen?
Hoewel nu gaet in ſwang hot heymelijck verraed,
Mijns oordels, tot ons lof de weg noch open ſtaet.
'Tſa, Schrijver, grijpt een moed, wilt tegens Duytsland ſchrijven,
En haere ſchelmery haer vrij in't aenſicht wrijven;
En voorts, wat Room *belangt, ontdecken metter vaert;*
Het ſal te beter gaen, als ghy hier niemand ſpaert.
Dit trouloos ſchalck bedrijft een quants uyt dien geweſten
Heeft Junio belieft, ons Vaderſtad ten beſten,
Te ſtraffen. Maer wat iſt? De Leugentael ghecort,
Roert evenvel den beck den neus ſy noch opſchort.
Ey gaet hun dan te keer; verbied doch Mentz *te lieghen,*
En and'ren meer met waen en leughens te bedrieghen;
Tgebreeckt u aen geen ſtof; begint maer, t'is ghedaen,
En al der Duytſchen roem ſal als een roock vergaen.
Du biſt de rechte man, du kanſt den twiſt beſlechten,
Gaen and're ſlimme pa'en, vervoegdij in de rechten.
Du ſalſt haeſt meeſter ſijn. Al is de Leughen ſnel,
De heldre Waerheyd kan haer achterhalen wel.

Scribebam Kalendis novi anni 1628.
Harlemi.

Over-

Overſettinge van de Latijnſche verzen *p.14*
ſtaende onder de Beelteniſſe van LAURENS COSTER.

Wat roemt gy Mentz *den vond van't drucken van de Boeken?*
Gy moet den meeſter hier toe Haerlem *komen ſoeken.*
'Tis Koſter *die die Konſt door Godes Geeſt bedacht.*
Verſaekt gy deſen man? dat is ſelfs Gods veracht.

S. Ampzing.

Vanæ voces populi audiendæ non ſunt; ait JCtus.

CAPUT I. *p.15*

Introductio in hoc ſcriptum, una cum narratione, deſumta ex HADRIANI JUNII Batavia de inventione artis typographicæ apud Harlemenſes, nec-non verbis THEODORI VOLCHARDI COORNHERTII & LUDOVICI GUICCIARDINI de eodem argumento.

Memini, me ante aliquot annos in epiſtola quadam, typis expreſſa, Viro nobiliſſimo, *Jacobo van Dijck*, civi meo atque amico fideliſſimo, qui tum temporis apud Præpotentes Belgii fœderati Ordines Regis Sveciæ Conſiliarius & Legatus ordinarius in his regionibus erat, promiſſa feciſſe de libro edendo, qui accuratiorem hiſtoriam Typo-

graphiæ Harlemenſis exponeret. Multi itaque, harum rerum amantiſſimi, ſuggerentes mihi ſubinde vetus illud proverbium: *Promiſſa quæ ſunt, poſtules ceu debita*; ad hoc ſcriptum elaborandum me excitare ſtuduerunt. Hoc ita ſe habere lubens fateor. Quamvis autem, lepore jam capto, veſtigia ejus indagare minus neceſſarium ſit, tamen omni cura, aliis id petentibus, cumulate ſatisfacturus, in id incumbam, ut promiſſa pro virili mea ſervem atque exſolvam. Nam animum induxi candide exponere omnia, quæ de hac re mihi innotuerunt, & in medium proferre id, quod jam olim ab auctoribus fide dignis à partium ſtudio remotis ad tuendam *Harlemenſium* gloriam traditum eſt atque divulgatum. Neutiquam vero (ſiquid recte ſentio) incommodum & inutile erit, ædificium noſtrum, priusquam ad ipſam tractationem progrediamur, ad inſtar faſtigii elegantis exornare verbis, quæ Vir celeberrimus do-
p.16 ctiſſimusque, *Hadr. Junius*, abhinc annos ſexaginta *a*) de Typographia Harlemenſi ejusdemque origine pro ſuo in veritatem patriamque amore litteris conſignavit. Adjungam ſimul in hoc capite id, quod hac de re memoriæ proditum eſt à *Theod. Volchardo Coornhertio*, qui itidem in hac urbe *b*) per longum

a) An. 1568.
b) A. 1561. & ſequentibus.

gum temporis ſpatium commoratus eſt, ac munus publicum adminiſtravit. Ambo fuerunt cives noſtri vicini, alter Hornanus, alter Amſtelodamenſis, qui plurimum auctoritatis habentes, & *Harlemi* habitantes, quotidie cum optimatibus in urbe & extra illam familiariter vivebant, atque ſumma diligentia ſummoquè ſtudio omnia perſcrutabantur, quæ quodammodo huic rei probandæ inſervire poterant. Colloquia etiam ſuper his crebra cum viris ſenectute gravibus & rerum olim geſtarum valde peritis inſtituebant, qui ipſi erant viri ætate provecti, experientiſſimi, exercitati & fortes. Prior inprimis ille, honoris cauſa à nobis nominatus, *Junius* nimirum, Vir certe incomparabilis, æternumque Belgii numen. Hunc ſcio natum eſſe An. C. MDIV, denatum autem tempore illo, *c*) quo flamma bellorum Belgicorum erat vehementiſſima. *d*) *Coornhern* autem obitus atque ſenectus in multorum recenti memoria adhuc verſatur. Quoniam vero (quod ajunt) omne trinum eſt perfectum, in fine hujus capitis addere volui teſtimonium Viri nobilis Florentini, quod in deſcriptione regionum Belgii de Harlemenſium typographia dedit. Lubens interim prætermitto teſtimonia alia vix numeranda

 aucto-

c) An. 1575. 16. Jun.

d) Obiit An. 1590. 29. Octobr. æt. an. 68.

auctorum extraneorum, qui inventionem typographiæ Harlemenſibus vindicant. Ipſa *Junii e*) verba latina ita ſe habent:

Redeo ad urbem noſtram, (Harlemum) *cui pri-*
mam inventæ Typographicæ artis gloriam deberi &
ſummo jure aſſerendam ajo, utpote propriam & nati-
p.17 *vam: ſed luminibus noſtris ſola officit inveterata illa,*
& quæ encauſti modo inſcripta eſt animis opinio, tam
altis innixa radicibus, quas nulli ligones, nulla rutra
revellere aut eruere valeant, quæ pertinaciter credunt,
& perſuaſiſſimum habent, apud Moguntiacum,
claram & vetuſtam Germaniæ urbem, primo repertas
literarum formulas, quibus excuderentur libri. Uti-
nam hic incredibilem illam dicendi vim, quæ in Car-
neade *fuiſſe perhibetur, voto exoptare poſſem? qui*
nihil defendiſſe unquam, quod non probarit, nihil op-
pugnaſſe, quod non everterit, dicitur, ut ſaltem refu-
gam illam laudem poſtliminio revocare, & hoc quaſi
trophæum erigere poſſem, veri interpolator: quod ego
non alio optarim, quam ut veritas, recte à Poëta ve-
tere temporis filia nuncupata, aut ut ego ſoleo, χρόνου
ἔλεγχος tandem detegatur, quæque juxta Demo-
critum *altiſſimo in puteo demerſa hactenus delituit,*
in apertum proferatur. Si glorioſum certamen ſuſci-
pere non piguit, Ægyptios & Phœnicas de literarum in-
ventione, his Deo Duce earum inventum ad ſe tra-
hentibus, quando tabulas θεοχαράκτυς, hoc eſt, à Deo
p.18 *exaratas jactant: illis à ſe repertas Græciæ intuliſſe*
glorantibus, quando Cadmus *Phœnicum claſſe ve-*
ctus

e) His à latere verſio belgica apud *Scriverium* apponitur.

ſtus rudibus Græcorum populis artis illius author eas commonſtravit. Rurſus ſi Athenienſes Cecropi ſuo, Thebani Lino, eandem laudem vendicant, Palamedi Argivo excogitatorum characterum gloriam Tacitus & Philoſtratus deferunt: ut Hyginus Latinorum Carmentæ, Evandri matri. Si itaque controverſiam dubiamque gloriam cunctæ gentes ad ſe ceu propriam rapere non erubuerunt, quis vetat, quo minus indubitandæ laudis poſſeſſionem, de qua per ſocordiam avitam deturbati ſumus, quaſi poſtliminii jure repetamus? Equidem non invidia, aut malevolentiæ ſtudio transverſus agor, ut huic aſſeram, quod alteri derogem ac detraham. Craſſi impudentiam non imitabor; hinc Scævolæ ſanctimoniam & gravitatem affectando, illinc prehenſationibus favorem hominum eblandiendo: haud is ſum. Corruptis arbitriis planum agere non decrevi, veritatem illam unam perſpicuam, quam uti cœleſte ſolis jubar nulla nox, nulla caligo, quantumvis alta obtenebrare poteſt, ex- p.19
hibiturus, quantum in me eſt, idque ſimplici & minime fucato orationis filo, quod illa amat. Quod ſi optimus ille teſtis eſt, auctore Plutarcho, qui nullo obſtrictus beneficio, neque alterius addictus ſtudio, libere, quod ſentit, loquitur & intrepide, meum teſtimonium merito locum habeat; qui nec mortuum aut heredes poſteroſve cognatione attingam, neque gratiam aut beneficium inde exſpectem, qui quicquid hujus feci, id totum ſepultis Manibus pietatis ergo impendi. Dicam igitur, quod accepi a ſenibus & authoritate gravibus & reipubl. adminiſtratione claris, quique a majoribus ſuis ita accepiſſe graviſſimo teſtimonio confir-

marunt, quorum auctoritas jure pondus habere debeat
ad faciendam fidem. Habitavit f) ante annos cen-
tum duodetriginta Harlemi *in g) ædibus ſatis ſplen-*
didis (ut documento eſſe poteſt fabrica, quæ in hunc
usque diem perſtat integra) foro imminentibus è re-
gione h) Palatii Regalis Laurentius Joannis, *co-*
gnomento Ædituus Cuſtosve *(quod tunc opimum &*
p.20 *honorificum munus, familia eo nomine clara, heredi-*
tario jure poſſidebat,) is ipſe qui nunc laudem inventæ
artis Typographicæ recidivam juſtis vindiciis ac ſacra-
mentis repetit, ab aliis nefarie poſſeſſam & occupa-
tam, ſummo jure omnium triumphorum laurea ma-
jore donandus, Is forte in ſuburbano nemore ſpatia-
tus, (ut ſolent ſumpto cibo aut feſtis diebus cives, qui
otio abundant,) cœpit faginos cortices principio in lite-
rarum typos conformare, quibus, inverſa ratione i)
ſigillatim chartæ impreſſis verſiculum unum atque al-
terum animi gratia ducebat, nepotibus generi ſui li-
21 *beris exemplum futurum. Quod ubi feliciter ſucceſ-*
ſerat, cœpit animo altiora (ut erat ingenio magno &
ſubacto) agitare, primumque omnium atramenti ſcri-
ptorii genus glutinoſius tenaciusque, quod vulgare lite-
ras trahere experiretur, cum genero ſuo k) Thoma
Petro, *qui quaternos liberos reliquit, omnes ferme*
conſulari dignitate functos (quod eo dico, ut artem in
fami-

f) h. e. An. 1440. *Junius* hæc circa An. 1568. ſcribebat.
g) Nunc illæ ſubdiſtinctæ & imminutæ ſunt.
h) Nunc curia.
i) i. e. ſingulis literis ſeparatim impreſſis.
k) Qui filiam Laurentii in matrimonium duxerat.

*familia honeſtâ & ingenua, haud ſervili, natam intel-
ligant omnes) excogitavit, inde etiam pinaces totas
figuratas additis characteribus expreſſit. Quo in genere* p.21
*vidi ab ipſo excuſa adverſaria, operarum rudimentum,
paginis ſolum adverſis, haud opiſthographis. Is liber
erat vernaculo ſermone ab Authore conſcriptus Anony-
mo, titulum præferens* Speculum noſtræ ſalutis;
*in quibus id obſervatum fuerat, inter prima artis in-
cunabula, (ut nunquam ulla ſimul & reperta & abſo-
luta eſt) uti paginæ adverſæ glutine commiſſæ cohæreſce-
rent, ne illæ ipſæ vacuæ deformitatem afferrent. Poſtea
faginas formas plumbeis mutavit; has deinceps ſtan-
neas fecit, quo ſolidior minusque flexilis eſſet materia
durabiliorque. E quorum typorum reliquiis quæ ſu-
perfuerant, conflata Oenophora vetuſtiora* 1) *adhuc ho-
die viſuntur in Laurentianis illis, quas dixi, ædibus, in
forum proſpectantibus, habitatis poſtea à ſuo Prone-
pote* Gerardo Thoma, *quem honoris cauſa nomino,
cive claro, ante paucos hos annos vita defuncto ſene.
Faventibus, ut fit, invento novo ſtudiis hominum, quum
nova merx, nunquam antea viſa, emptores undique
exciret, cum uberrimo quæſtu crevit ſimul artis amor;* p.22
*crevit miniſterium, additi familiæ operarum miniſtri,
prima mali labes, quos inter* Joannes *quidam, ſive is
(ut fert ſuſpicio)* Fauſtus *fuerit ominoſo cognomine,
Hero ſuo infidus & infauſtus, ſive alius eo nomine;
non magnopere laboro, quod ſilentum umbras inquie-
tare nolim contagione conſcientiæ, quondam dum vi-
verent, tactas. Is ad operas excuſorias ſacramento
ductus,*

1) A. 1568. poſtea ob varias turbas tenebris involuta.

ductus, poſtquam artem jungendorum characterum, fuſilium typorum peritiam, quæque alia eam ad rem ſpectant, percalluiſſe ſibi viſus eſt, captato opportuno tempore, quo non potuit magis idoneum inveniri, ipſa nocte, quæ Chriſti natalitiis ſolennis eſt, quâ cuncti promiſcue luſtralibus ſacris operari ſolent, choragium omne typorum involat, inſtrumentorum herilium ei artificio comparatorum ſupellectilem convaſat, deinde cum fure ſe domo proripit. Amſtelodamum principio adit, inde Coloniam Agrippinam, donec Moguntiacum perventum eſt, ceu ad aſyli aram, ubi quaſi extra telorum jactum (quod dicitur) poſitus
p.23 tuto degeret, ſuorumque furtorum aperta officina fructum uberem meteret. Nimirum ex ea intra vertentis anni ſpacium ad annum à Chriſto nato 1442. ipſis iis typis quibus Harlemi Laurentius fuerat uſus, prodiiſſe in lucem certum eſt, Alexandri Galli Doctrinale, quæ Grammatica celeberrimo tunc in uſu erat, cum Petri Hiſpani m) tractatibus, prima fœtura. Iſta ſunt ferme, quæ à ſenibus annoſis fide dignis, & qui tradita de manu in manum quaſi ardentem tædam in decurſu acceperant, olim intellexi, & alios eadem referentes atteſtanteſque comperi. Memini narraſſe mihi Nicolaum Galium pueritiæ meæ formatorem, hominem ferrea memoria & longa canitie venerabilem, quod puer non ſemel audierit, Cornelium quendam Bibliopegum, ac ſenio gravem, nec octogenario minorem (qui in eadem Officina ſubminiſtrum egerat) tanta animi contentione ac fervore commemorantem rei geſtæ

ſeriem,

m) Logicis.

ſoriem, inventi (ut ab Hero acceperat) ratione
diu artis polituram & incrementum, aliaque id
ut ipsius quoque præ rei indignitate lacrymæ e
rent, quoties de plagio inciderat mentio: tum
ereptam furto gloriam ſic ira excandeſcere ſe
lere, ut etiam lictoris exemplum eum fuiſſe edi
in plagiarium appareret, ſi vita illi ſuperfuiſſet
devovere conſueviſſe diris ultricibus ſacrilegum
ſubinde illas damnare atque execrari, quas un
ſcelere illo communi in cubili per aliquot menſ
giſſet. *Quæ non diſſonant à verbis* Quirini T
Coſ. eadem fere ex ore librarii ejusdem ſe olim
fuiſſe, mihi confeſſi. *Iſta dictare me compulit*
lis & ſtudium defendendæ veritatis, quam
odium ſui plerumque parere ſoleat: in qua
paratus, quam ut deſerere vadimonium velim, ad
quodcum odium paratior ſim ac promptior. *Na*
facile ponent, qui rem ipſam ſincere ac candid
gabunt & expendent, tanquam in Critolai
appenſam: at veritatis, quæ Dei imago quad
qui non libenter patrocinium ſuſcipiat, vix h
appellationem mereri exiſtimo, cujus cura atque
nihil unquam vel ſanctius vel antiquius eſſe
Tuendo veritatem & conſtabit ſuus urbi noſtræ
in ſua ereptam inventionis pulcherrimæ gloria
præmium, & cadet eorum arrogantia, quos
aliena gloriæ hæreditatem cernere non puduit,
deſpectui de ponte ſexagenariis alieni juris poſſe
ſuperbe uſurparunt. *At vereor ſurdis ut iſta*
cantentur, utcunque tamen erit, juvabit me
memoriæ inventoris & gloriæ urbis pro virili conſ

dum apud leves & vere incurioſos animos plus valet præjudicium opinionis, quam cum ratione auctoritas. Quæ injuria muſſitanda eſt & devoranda parum lubentibus. Quanquam dolendum minus foret in clariſſimam Germaniæ urbem velut aliam in familiam tranſiiſſe, ſi non plagio, ſed recta ratione factum id fuiſſet. Verum arbitror Deo volente (apud Junium: *fatis volentibus) hanc viam commodiſſimam viſam, ut citiſſime ad nitorem ſuum ac perfectionis culmen perveniret inventum illud, orbi ſale (quod dicitur) & ſole magis neceſſarium, nimirum in majore luce hominum per ſtudia magnatum præmia & honores, (quibus artes aluntur) facilius emerſurum, uti accidiſſe res docuit, quam in extremo Orbis terrarum receſſu & quodam angulo inter hominum privatorum ſordes.*

Hactenus *Junius*, teſtis præſtantiſſimus omnique fide digniſſimus. Jam perpendamus ea, quæ *Theod. Volchardus Coornhertius* de eadem inventione typographiæ ad Dominos p. 26 ſuos legitimos, Conſules, Scabinos & Senatum urbis Harlemenſis ſcripſit in limine dedicationis quam verſioni belgicæ Officiorum Ciceronis præmiſit. Ita vera ille: *Viri ſpectatiſſimi prudentiſſimique, ſæpe mihi bona fide narratum eſt, utiliſſimam artem typographicam in hac urbe Harlemenſi quamvis modo rudiore inventam eſſe; emendare enim inventa & ad majorem perfectionis gradum perducere facilius eſt, quam nova invenire. Poſtea hanc artem ſervus quidam perfidus* Coſteri *Moguntiam tranſtulit, ibique illam perfectiorem reddidit, & huic ſimul urbi inventionem hujus artis, ſimulatque*

fama

fama ejus rei divulgata eſſet, conciliavit, adeo ut cives noſtri, quando hunc honorem vero inventori adſcribunt, vix apud quemquam fidem inveniant, cum tamen res ipſa à multis in noſtra urbe propter notitiam certiſſimam omnino credatur, & a civibus veteranis cunctis extra omnem dubitationis aleam ponatur. Neque me fugit, famam illam de Moguntia ob majorum noſtrorum incuriam temerariam omnium mentibus tam altis infixam eſſe radicibus, ut nullum argumentum, quamvis evidentiſſimum, certiſſimum & validiſſimum fuerit, inveteratam illam opinionem ex illorum animis evellere queat. Sed quoniam veritas, etiamſi paucis nota ſit, veritas tamen manet, idcirco ego quoque rem modo narratam certiſſimam eſſe credo, convictus teſtimoniis fide digniſſimis virorum ſenio & auctoritate gravium, qui non ſolum de n) *familia inventoris Harlemenſis, ſed etiam de ejus* o) *nomine & cognomine me ſæpe certiorem reddiderunt: imo primum impreſſionis modum rudiorem deſcripſerunt, & primi typographi* p) *ædes indice digito olim monſtrarunt. Itaque, non invidia honoris alieni, ſed amore veritatis inductus, intermittere non potui, quin hanc rem ad gloriam promeritam urbi noſtræ vindicandam paucis attingerem. Hac honeſta & juſta honoris cupido videtur etiam in cauſa fuiſſe, cur typographia in hac urbe ad inſtar ſurculi è radicibus arboris vetuſtæ denuo effloruerit atque incepta fuerit.*

Ete-

---

n) *Coſterorum.*

o) *Laurentius Johannis Coſterus.*

p) Ad littus vel ad forum.

Etenim ſæpe contigit, ut cives noſtri, in congreſſum colloquiumque mutuum venientes, quererentur, alios hoc p. 27 *honore immerito frui, atque adhuc à nemine poſt illud tempus, (ſic illi ne ullo quidem contradicente loquebantur) hanc artem in noſtra urbe exercitam eſſe. His quotidianis dictis effectum eſt id, ut ego ſociique mei, qui honeſtum laborem otio præferunt, conſilium de typographia Harlemi conſtituenda in hujus urbis honorem, aliorum emolumentum noſtrumque commodum, absque ullius hominis damno promovendum, cepimus &c.*

Hoc eſt teſtimonium *Theod. Volchardi Coornherti*, quo Junii verba confirmantur. His ſe adjungit Nobilis Florentinus, *Ludovicus Guicciardinus*, in q) deſcriptione regionum Belgii. Alios enim complures ſcriptores extraneos, uti jam monui, ſciens lubensque prætermitto, quos deinde forſitan pro re nata allegabimus. Sufficiat nunc unum *Guicciardinum* adhuc audire, qui in deſcriptione Harlemi his verbis utitur: *In hac urbe, non publica tantum incolarum aliorumque Hollandorum voce, ſed & ſcriptorum quorundam ſuffragio aliisque aliquot monumentis inventa primum traditur typographia, id eſt, ea librorum formulis excudendorum ratio, quæ hucusque paſſim in uſu eſt; ſed, auctore ante perfectam & evulgatam*

q) Hic L. *Guicciardinus* ſuam deſcriptionem regionum Belgii italica lingua primum compoſuit An. 1565. & poſtea multo auctiorem edidit apud *Plantinum* Antwerpiæ alibique variis in linguis.

gatam artem extincto, famulus, uti narrant, Moguntiacum abiit, ubi, edito levi aliquo artis ſpecimine, perbenigne fuit receptus. Moguntini vero quum ſummo ſtudio in hoc r) *tantum negotium incubuiſſent, conſecuti ſunt tandem integram ejus notitiam; unde increbuit poſtea, & cum tempore magis magisque invaluit fama, prodiiſſe ex ea urbe hanc tam inſignem ſcientiam. Ego ſane de rei ipſius veritate nec poſſim nec velim decernere, puta quam ſatis habeam, ut ne urbi reginique iſti prajudicem,* s) *obiter attigiſſe.*

In loco hoc t) belgice reddendo gallicam verſionem à *Franc. de Belle-Foreſt*, è comitatu Convenenſi oriundo, adornatam ſecuti ſumus, quia Auctoris opus ipſum italica lingua p. 28 ſcriptum nobis non ad manum fuit. Perſequitur ille porro u) argumentum de Typographia

r) Utilius ſole & ſale.

s) In his, quæ ad ejus honorem & jus pertinent.

t) Latina verba transſcripta ſunt ex verſione latina *Regneri Vitellii*, Amſtelod. 1613, fol. pag. 182.

u) *En ejus verba*: Sed audiamus de ea differentem in libris de inventoribus rerum (lib. II. cap. 7.) *Polydorum Vergilium*: *Fuit illud* (Bibliothecas inſtituendi ſtudium) *omnino magnum mortalibus munus, ſed nequaquam conferendum cum hoc, quod noſtro tempore adepti ſumus, reperto novo ſcribendi genere; tantum enim uno die ab uno homine literarum imprimitur, quantum vix toto anno à pluribus ſcribi poſſet. Ex quo adeo diſciplinarum*

graphia ex Polydoro Virgilio, qui inventionem hujus artis (ſi Diis placet!) commen-

titio

omnium magna librorum copia ad nos manavit, ut nullum amplius ſuperfuturum ſit opus, quod ab homine quamvis egeno deſiderari poſſit. Illud inſuper adde, quod auctores quoque plurimos, tam Græcos quam Latinos, ab omni prorſus interitus periculo vindicavit. Quare tanta rei auctor non eſt ſua laude fraudandus, præſertim, ut poſteritas ſciat, cui divinum beneficium acceptum referre debeat. Itaque Joannes Guthenbergius *natione Teutonicus, equeſtri vir dignitate, ut ab ejus civibus accepimus, primus omnium in oppido Germaniæ, quam* Moguntiam *vocant, hanc imprimendarum literarum artem excogitavit, primumque ibi ea exerceri cœpit; non minore induſtria reperto ab eodem, prout ferunt, auctore novo atramenti genere, quo nunc literarum impreſſores tantum utuntur. Decimo ſexto deinde anno, qui fuit ſalutis humanæ MCCCCLVIII. quidam nomine* Conradus, *homo itidem Germanus,* Romam *primo in Italiam attulit, quam dein* Nicolaus Jenſon *Gallus primus mirum in modum illuſtravit, quæ paſſim hac tempeſtate per totum fere terrarum orbem floret; de qua plura loquendi labore ſuperſedeo, ejus inventorem, ac ſimul unde ad nos delata fuerit, prodidiſſe, haud me parum feciſſe ratus, cum ea omnibus longe notiſſima ſit. Quæ propterea, ut ab initio non minore quæſtu, quam*

homi-

tiño cuidam nobili Germano & equiti, *Joanni Gonzabergio* adſcribit. Ea, quæ his ſubjungit, ad

hominum admiratione, vulgari cœpit; ſic paulatim, velut auguror, futura eſt vilior. Non debebat ſane *Polydorus* hic omiſiſſe *Aldum Manutium*, civem Romanum, virum utraque lingua doctiſſimum, qui omnium plane doctorum judicio, ſumma profecto cum diligentia & laboribus indefeſſis, nulla omnino ſumptuum & privati ſui incommodi, ſed honoris tantum & publicæ utilitatis habita ratione. typographiam omnibus numeris ſuis abſolvit; ita ut nihil usquam audires, nihil quisquam expeteret, præter typos Aldinos; quia ſcilicet adeo nitidi, adeo elegantes, ut exiſtimarent plerique, eum uti argenteis characteribus; quin & hodie, licet expolita jam arte, vix invenias tamen, qui hominem ſuperet; ante quem, ſi quis vere examinet, re videliter recens inventa, editiones omnes ineptæ, incultæ. mendoſæ, ac ſine venere ulla & gratia; ipſe vero, nihil inauſum linquens, ingenio ſimul & judicio artem polivit, ex difficili facilem expeditamque reddidit, & ad ſummum (ut dixi) perduxit faſtigium; neque tantum ipſe tamen artem, ſed qua erat inſigni doctrina; etiam plerumque auctorum ſcripta, ingenti ſua cum laude, illigavit; & quid amplius? ipſe ni fallor, omnium primus libros græcos excudit; quam in rem eo quidem incumbebat ſtudio, ea perpetuo utebatur vigilantia, ut ne quis poſſet interpellari, adeuntibus ſeſe ſtatim aures velleret hoc pulcherrimo monito, beſſalibus literis ſcripto, & ad muſei fores appenſo: *Quisquis es, rogat te* Aldus *etiam atque etiam, ut ſi quid eſt, quod à ſe velis, perpaucis agas. deinde actutum abeas, niſi tanquam* Hercules, *defeſſo* Atlante, *veneris ſup-*

 poſi-

ad laudes celebris Typographi *Aldi Manutii* pertinent, de quo noſmet ipſi plura proferre infra conſtituimus.

CAPUT

---

poſiturus humeros; ſemper enim erit, quod & tu agas & quotquot huc attulerint pedes. Ex hac autem divina inventione typographiæ, præterquam quod innotuerint nobis innumera omnium pene linguarum volumina, quæ hac demum via prodierunt in lucem, cum alioqui latitarent, ac velut intercidiſſent, maxima illa ſummo cum fructu conjuncta exurgit commoditas, quam non tam ipſi typographi, quam ſtudioſi, omneſque adeo generatim lectores ex ea percipiunt. Subjungam hiſce & aliud, quod videlicet Luſitani adfirment, neque deſint, qui litteris etiam prodant, typographiam nec in vaſta illa opulenta ac bene inſtituta Sinarum in Indiis Orientalibus regione ignotam eſſe, adſerentibus incolis, ea ſe uſos jam à millenis aliquot annis retro; quod ipſum tamen haud usque adeo mirum ſit; cum in beatis illis oris innumeras ſere, adeoque plures fortaſſe, quam in alio ullo terrarum tractu, admirandæ antiquitatis invenire ſit elegantias, adfabre prorſus atque induſtrie elaboratas; ut non hominum modo relationes & rariſſimæ quædam illinc allatæ merces oſtendunt, ſed in peculiari quoque deſcriptione, quæ (ut ſpero) brevi viſura eſt lucem, ſumma cum voluptate eſt legere.

Additamentum *Regneri Vitellii*:

Ea quæ Auctor noſter hic obiter tantum attigit de inventione typographiæ, fuſius certiusque in Batavia *ſua exequitur doctiſſimus* Hadr. Junius, *qui validis ſane & prorſus invictis argumentis oſtendit, nobiliſſimam artem* Harlemi *primum excogitatam ab* Laurentio *quodam* Joannis, *cognomento*

CAPUT II.

De libro deperdito, qui typographiam Harlemenſem deſcribit, à JOANNE VAN ZUREN compoſitus, ex cujus reliquiis narrationes quædam exhibentur.

Non opus (opinor) fuiſſet trium præcedentium teſtimoniorum recenſione, urbique noſtra procul dubio plena inventæ typographiæ gauderet poſſeſſione, & gloria hac ſine ulla controverſia, in omnium invidorum contumeliam, hodie adhuc jure meritoque frueretur; niſi per incuriam deperditus fuiſſet ſingularis huc ſpectans liber, à *Joanne Zureno* diu ante turbas belgicas compoſitus, cum ipſe Scabinus Harlemi conſervandis legibus digniſſime præeſſet, atque nondum conſulatum ſuſcepiſſet. Doleo ſane, & ægerrime fero, quotieſcunque ſolum titulum utiliſſimi hujus libri inſpicio, paucis cum foliis reſiduis, præfationem tantum & introductionem exhibentibus. Hiſtoria vero ipſa

mento Coſtero, *cui ſuffuratus inſtrumentum omne* Joannes Fauſtus, *infauſtus Domino famulus*, Amſterodamum *primum, inde* Coloniam, *atque hinc* Moguntiacum *tandem profugit. Plura vide apud eundem* Junium, *& Moguntinenſes falſo ex hoc mendacio ſibi laureolam petere diſcito.*

ipſa & demonſtratio modeſtæ & ingenioſæ hujus disquiſitionis deſiderantur; ignoratur etiam, cujus culpa quove fato ſupprimantur ea vel perierint. Inſcriptio hujus libri latine (hac enim lingua erudite eſt conſcriptus) ſic habet:

p.29 ZURENUS JUNIOR,

ſive de prima & inaudita hactenus vulgo & veriore tamen artis typographicæ inventione,

DIALOGUS,

nunc primum conſcriptus & in lucem editus,

autore

JOANNE ZURENO, Harlemeo,

ad ampliſſimum virum N. N.

Ex hac inſcriptione, & iis, quæ ſequuntur, patet, auctorem tractaſſe hoc argumentum in forma dialogi inter patrem & filium *Zurenos* habiti. In præfatione queritur ac miratur, hanc adeo neceſſariam & inæſtimabilem artem tam ſero in lucem & hominum notitiam perveniſſe. Porro declarat, ſe hoc argumentum *de ſubtili, ingenioſo ſolertique inventio non ita multis abhinc annis mortalibus divino conſilio prodito, ac in hanc lucem ac hominum uſum producto ſuſcepiſſe, tum ipſius veritatis amore, tum patriæ quoque ſtudio.* Quibus addit: *Quo* a) *ego profecto meo ſcripto, etſi id facile contemni poteſt, nihil tamen*

a) Vide candorem optimi atque integerrimi viri.

tamen Moguntinenſi quicquam Reipublicæ unquam detractum volo, aut de illius etiam hujus inventi gloria diminutum tantillum, cujus ego quoque nomini faveo præ ceteris multum. Fruantur illi certe, idque me nec invito nec reluctante quidem, laude ſua præclara certe, qua jam annos multos in hominum ſermone ac ſcriptis, nec immerito gaudent. Sit hæc ipſis quoque quieta & juſta longiſſimi temporis præſcriptione poſſeſſio; qua ipſos turbare profecto nec juſtum nec etiam humanum (arbitror) foret. Hoc tantum (precor) animo ferant æquo, ut liceat mihi hanc patriæ fidem ne an pietatem dicam? præſtare, quæ mihi certe hujus & lucis & inſtitutionis nonnulla initium exſtitit primum & cauſa præcipua, ut non ſinam hoc patrimonium laudis, quod adhuc in recenti patrum memoria hæret, à genitoribus ſuis ſibi per manus traditum, aliquando tandem perire, & ex omni hominum memoria extingui delérique, ut perpetuis deinceps tenebris obruatur, cujus ad ſeram poſteritatis famam decebat nos præſertim p.30
memoriam conſervare ſempiternam. Illa quidem civitas merito prædicanda, olim hanc rem acceptam à nobis prima certe publici juris fecit, & in hanc lucem altius evexit, & rude admodum inſormeque inventum in formam tandem redegit elegantiorem, ut quidem tum ferebat ætas; Quo nomine quis non inſigni ſane laude ac merito perpetuo celebrandam ac prædicandam illam quoque profecto judicet, quæ etiam vel imprimis, quanquam non ſit difficile, inventis aliquid addere, tanti tamen beneficii bonitate orbem ſibi devinxit univerſum. Ceterum hoc teneat velim Amplitudo tua N. N. in hac urbe noſtra Harlemenſi prima

eſſe jacta opificii hujus præclari fundamenta, rudia fortaſſe, ſed tamen prima. Hic nata & in lucem edita eſt Typographia (quod Moguntinenſium pace dictum velim) ſuisque membris formata, ut ſuccreſcere poſſet; ac diu certe, ut nuper nati infantes ſolent, tractata figurataque ſedulo, multosque hic annos intra privatos tantum parietes ſtetit, qui b) *ſunt modo, quanquam ruinoſi, tamen adhuc ſalvi & incolumes, tanto pridem partu ſuo orbati ac ſpoliati miſere. Hic eſt profecto educata, ſumptuque tenui diu nutrita & alta parcius atque reſtricta nimium, donec tandem tanquam privati laris anguſtias & paupertatem aſpernata, exteræ cuidam ſe comitem dedit, ſordibusque patriis majore ſui parte relictis, nacta ampliſſimas opes, ad poſtremum apud Moguntiam ſe publici juris fecit; ubi brevi adeo tempore in tantam excrevit amplitudinem, ut ea jam propemodum magnitudine laboret ſua. Quæ omnia Tua Amplitudo, hunc noſtrum cum filio* Zureno *ſermonem per otium aliquando legens, latius cognoſcet.*

Tandem, poſt folia quædam interjecta, ita ſcribit: *Nam cum res ſit profecto non miraculo ſolum, poſtquam eſt cognita, ſed & utilitate quoque non tam uſu tamen ſui quam fructu, & ſumma per ſe, & hujuſmodi meritis etiam prædicanda ſemper, cujus item in amplitudine ac ubertate mirabili, ut omnem ſtylum ſuperante, compendium quoddam & in anguſtum*

quo-

b) Proſpectantes in forum & curiam, nunc in duas tresve domus partiti ac diviſi. Ipſum typographeion antiquum ad Clariſſ. J. C. *Dobbium* pertinet, habitatum à bibliopego.

quoque, pro tam copioſi fructus magnitudine contracta brevitas extat, varias ſane dabit nec inamœnas nobis multa & narrandi & diſputandi occaſiones, cum & de commodis illius multiplicibus, tum incommodis quoque quæ ſingulis intercurrent; quæque ſunt alia hujusmodi multa non contemnenda profecto: ut nihil dicam quoque de ejus inventione prima, quam falſo hactenus totus propemodum orbis unanimi conſenſu Maguntinenſibus *aſſcripſit. De quo vel ſolo negotio, fili, ſæpe mecum multa ſoleo tacitus cogitare, ac nonnihil etiam ſubinde heſitare, muſſitandane ſit hæc res* P. 31
inter nos clanculum magis, ne quid quis forte eorum exaudiat, qui hanc hujus inventi gloriam Maguntinenſibus *eripi, tamque jucunda ac diuturna poſſeſſione turbari, nunquam æquo animo patientur: an potius manifeſta nobis præſertim rei veritate ſubnixi, cujus adhuc recens in hominum memoria teſtimonium extat, Patriæ etiam hanc pietatem grati præſtemus, ut ipſam tandem in avita hæreditatis poſſeſſionem opinione noſtra ac animo nunquam quoque deperditam; per reliquam etiam nonnullam orbis partem aliquando tandem reſtituamus, eique hoc tanquam patrimonium laudis ſimul in hominum animis ad poſteritatis memoriam confirmemus; ſecuri, quæ nobis inde tandem naſci exoriarique poſſit tempeſtas, & fortaſſe etiam bellum nonnullum.*

Plura huc ſpectantia in fragmentis authenticis, ab amico quodam mihi commodatis, non invenio; nec exemplar illud, quo utor, ulterius deductum aut abſolutum fuiſſe cognoſcere poſſum, quod ſane ſummopere eſt do-

dolendum. Conſpicitur enim in his lucu-lente optimi viri inſtitutum ſanctum ſince-rumque, quippe qui nullis ambagibus, ſed via recta atque regia ad veritatem venire co-nabatur. Quam modeſte, quæſo, & lauda-biliter Moguntiæ meminit! cujus tamen ty-pographia non ingenua ſed adulterina eſt; id quod ipſi demonſtratu erat facile, nobis autem è contrario multo plus negotii faceſ-ſet. Nos enim auctore laudato quod ad ætatem longe ſumus poſteriores, nec iis in-ſtructi viribus atque ſubſidiis, quibus abun-dabat *Zurenus*. Animum tamen quamvis hoc libro deſtituti, non abjiciemus, ſed pro exi-gua facultate noſtra omnia, quæ invenire aut excogitare huc facientia & veritati maxi-me conſentanea potuimus, adducemus, ita ut media via ſecuri progrediamur, neque proprii commodi cauſa ſive ad ſiniſtram ſive ad dextram deflectamus; perſuaſum haben-tes, fautoribus atque benevolis lectoribus quædam haud vulgaria à nobis commonſtrari & exhiberi poſſe, quæ Zurenus forſan, c) *Ju-nius* certe, ignorarunt. Horum poſterior, me quidem judice, jacturam libri Zureniani ex
p. 32 parte ſupplere & ſarcire poterit illis, quæ ſupra latine omni fide, addita ad latus bel-gica verſione, enarravimus. Loca Zureni modo

c) *Junius*, ſua de typographia magnam partem videtur hauſiſſe ex *Zureni* commentario MS.

modo in medium prolata vertere, & verbis belgicis exprimere rem minus neceſſariam eſſe duximus, quandoquidem ea, uti ſupra narravimus, nonniſi præfationem & introductionem ad opus propoſitum continent, ex quibus tantum intelligitur, auctorem ad propugnandam & defendendam gloriam Harlemenſium atque hæreditarem avitam fuſius (ut videtur) de Typographiæ inventione agere, & veritatem libere aſſerere voluiſſe, quæcunque tandem tempeſtas inde excitari poſſit. Affirmavit itaque,

Artem typographicam Harlemi primum eſſe inventam.

Officinam primam typographicam temporibus ipſius auctoris, quum hæc ſcriberet, incolumem d) adhuc fuiſſe, cum illis quæ ad eam pertinebant.

Artem hanc novam atque tum adhuc rudem à peregrino quodam ſubductam,

Hinc Moguntiam perlatam,

Ibi vero exceptam, nutritam, excultam, continuatam & plurimum emendatam fuiſſe. Hæc & ſimilia ejusmodi argumenta pertractavit *Zurenus* noſter, additis præterea illis, quæ de commodis & incommodis uſuque honeſto ac turpi abuſu hujus artis aliisque huc

d) Ubi adhuc hodie, quanquam mutata & diminuta, ut videre eſt in loco, qui dicitur *Marckweld.*

huc pertinentibus non ſine ingenio & arte dixit. His itaque omnibus negligenter habitis ac deperditis (neſcio qua inſcitia) caſum in conſilium vertamus oportet, & contenti ſimus tum fideli adjumento egregii ſodalis *Junii*, qui calamo ſuo tam viriliter pro nobis decertavit, tum iis quoque, quæ à me nunc præſtantur; inprimis quum querelæ & lamentationes noſtræ de jactura iſtius libri nobis parum prodeſſe poſſint.

p. 33 *Quis pudor, o cives! aut quis reſpectus amici*
Privatas adeo ſuadet amare lares?
Plena laboratis Zureno *ſcrinia libris,*
Plurimaque eſt propria charta notata manu.
Et mavult aliena tamen committere prælo,
Quam ſua; quum poſſit dignius ipſe legi.
Et præſtet liber iſte, novam qui vindicat artem,
e) *Auctoremque ſuum tollit in aſtra, teri;*
Atque alii fœtus, & docta pignora dextra.
Sed vetat auſterus (proh rata vota!) pater.
Hinc cum tot poſſent dicique legique libelli,
Hi periere aliis, & periere patri.
Jamque ſuum prelis decus immortale Batavis
Staret, & Harlemo *non temerandus honos.*
Non ſic ex rapto præclara Moguntia *vivat,*
Aut primo impreſſas arroget ære notas.

Zure-

e) *Laurentium Coſterum* Harlemenſem artis typographicæ inventorem.

Zurenus, *tacitas inter numerandus* f) Amyclas,
Heu quantum muto perdidit ore decus?

* *
*

Mijn g) *Burgers, lieve toch, wat ſchaemte ſonder reden,*
Wat aenſien van een vriend houd ons ſo laeg beneden?
En ſteekt ons binnens huys verſchoven in een hoek
Met menig heerlijk ſchrift, met menig nodig boek?
Zurenus *heeft by ſich veel kiſten met papieren,*
Die hem en onſe ſtad met eren konden zieren,
Veel liever druckt hy noch het werck van and're lien,
Daer hem die ere ſelfs behoerde te geſchien.
En daermen alderliefſt dat boek behoord te leſen,
Daer hy de Druckery van Haerlem *heeft beweſen,*
Waer mede hy den vond van deſe Konſt beweerd,
En haeren vinder prijſt, en onſen burger eerd:
En and're vruchten meer van ſijn verſtand gegeven,
En and're vruchten meer van ſijne hand geſchreven.
Wat opzet is dit toch! waer heeft man meer gehoord,
Dat oyt een vader heeft ſijn eygen vrucht vermoord?
Daer hadden dan (eylaes) veel boeken konnen leven, p. 34
Die nu als in den dop ſo droevig ſijn gebleven.
Sy ſijn dan, ja ſy ſijn tot onſe ſcha vergaen!
Wat heeft de Vader nu? hy heefter ook niets aen.

De

f) *Amyclæ* tacendo perierunt, teſte *Lucilio* Satyrographo. Vide *Eraſmum* in Adagiis.

g) Interprete S. A. (*Sam. Ampzing.*)

De Bataviersche perz. ſou in haer ere blijven,
De roem van onſe Stad van Haerlem ſou beklijven,
Mentz waer van haren roof en roem al lang ont-kleed.
Die ſich ſo valſch den vond der Druckerey ver-meet.
Sound dan Zurenus niet in't Swijgers h) *gild be-boren,*
Die door ſtil-ſwijgendheyd hun leven ſelfs verloren?
Eylaes? hoe heeft hy ons in d' eer van ſulken vond
Verachterd en verkert door ſijnen ſtommen mond!

CAPUT III.

Teſtimonia quædam illorum, qui Typographiæ inventionem *Moguntiæ* urbi Germaniæ adſcribunt, ac nominatim NIC. SERARII.

Harlemi itaque inventa eſt typographia, teſtibus *Junio, Coornherto, Zureno* aliisque; quibus contradicunt Moguntini, & qui ab eorum ſtant partibus. Hos ad unum omnes non recenſebo, ea tantum, quæ non ita pridem pro defendenda hac ipſorum opinione longe lateque deblaterata ſunt atque ſcripta, breviter allegaturus, reliqua autem in tempus opportunius reſervaturus. *Nicolaus Serarius,* i) vir

h) *Amyclarum*, quæ ſilentio perierunt.
i) *Moguntiacarum rerum ab initio usque ad Archiepiſcopum & Electorem* D. Joannem Schwidum *libri V. auctore* Nic. Sera-

vir eruditus & magni nominis, ante annos circiter viginti quinque ita ſcribit:

Cap. XXXVI.

De Typographia.

Decimum quintum Moguntinæ urbis ornamentum Typographia eſt, non eo tamen modo, quo ad alias complures urbes nunc pertinet, ſed alio quodam præcipuo & ſingulari, quod ea ſcilicet hanc primo artem excogitarit, pepererit, ceteriſque, apud quas nunc eſt, civitatibus, & orbis hujus noſtri nationibus omnibus tradiderit. Sed omnium fere magnarum laudatarumque rerum laudem ad ſe per fas ac nefas rapiunt plerique, & ſicut olim *Cicerone* pro Archia & *Gellio* lib. III. cap. 11. teſtibus, *Homerum Colophonii* ſuum civem eſſe dixerunt, *Chii* ſuum vindicarunt, *Salaminii* repetierunt, *Smyrnæi* vero ſuum eſſe confirmarunt, (ideoque & eleganter ab *Euſtathio* in Iliados principium πολύπατρις ille dictus eſt,) ita etiam hodie artem typographicam ſe inveniſſe, ad aliasque omnes propagaſſe, non autem *Moguntiam*, jactitant nonnulli. (Eſt enim ars nobiliſſima, quia ut p. 35

Apru-

Serario S. I. *Theologo ac in Academia Moguntina Profeſſore, editi Moguntiæ* an. 1604. 4. recuſi Tomo I. Scriptorum rerum Moguntiacarum Francof. 1722. fol. cum commentatione editoris *Georgii Chriſtiani JOANNIS*, cujus notas his ſubjecimus. Verba *Serarii*, ſignis parentheſeos incluſa, apud *Scriverium* non exſtant.

Aprutinus ait Epiſcopus *Jo. Ant. Campanus* (carm. l. 8. n. 43.)

Imprimit illa die, quantum vix ſcribitur anno.

Divus *Hieronymus* epiſtola ad Nitiam (*quæ tom. I. ep. 42. eſt.*) *Rudes*, ait, *illi Italiæ homines, quos Caſcos Ennius appellat, qui ſibi (ut in Rhetoricis Cicero ait) ritu ferino victum quærebant, ante charta & membranarum uſum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabant. Unde & portitores earum tabellarios, & ſcriptores à libris arborum librarios vocavere.* Quanto nos expolito jam artibus mundo, veteribus illis, apud quos, ut idem *Hieronymus* loquitur, *cruda erat ruſticitas*, & qui humanitatem quodammodo neſciebant, ſæculum noſtrum beatius, quo tam expedita ſcribendi ratio, ingenioſe admodum inventa & excogitata eſt? Libet igitur, ut ſuum cuique tribuatur, paucis rem hanc totam disquirere. k)

Cap. XXXVII.

Sitne ars Typographica Moguntiæ primo inventa & nata?

Sex aut ſeptem de laudis hujus poſſeſſione ac jure lites ſunt. Nam Argentinæ inventam &

k) Sunt quidem, quæ his de *Typographia* capitibus, majoris lucis cauſa adſpergi poſſent. Verum cum pleraque illorum jam attulerim, dum de ejusdem egi origine, nolim, quæ dixi, hic iterare, contentus, quæ proprie huc pertinent, paucis annotaſſe. *Joannis.*

& natam ex Argentinenſi Epiſcopatu & Sleſtadienſi urbe tradit *Jacobus Wimphelingius* in Rerum German. Epitome cap. LXV. *Anno*, ait, *Chriſti* MCCCCXL. &c. (vid. ſupra pag. 173. ſq.) Huic libro VIII. cap. XI. credidit *Fulgoſius*, & qui *Urſpergenſis* Abbatis Paralipomena conſcripſit.

Ad Hollandiam vero ejusdem artis inventionem rapit Hollandus, Leydenſis Profeſſor., *Pet. Bertius* lib. II. Geographiæ cap. 9. in Hollandiæ deſcriptione, ſed ita, ut Moguntinis convitium etiam faciat: *Huic*, ait, *urbi*, (Harlemo) *inventæ typographicæ artis gloria debetur. Ante annos enim CLIII.* Laurentius Joannis, *cognomine* Ædituus, *qui in ædibus ſatis ſplendidis, foroque imminentibus è regione palatii regalis, habitabat, forte cum in ſuburbano nemore ſpatiaretur, cœpit faginos cortices in litterarum typos conformare, quibus chartæ impreſſis, verſiculum unum atque alterum animi gratia ducebat. Hoc fuit primum maximæ artis rudimentum. Quod uti feliciter ſucceſſit, cœpit animo altiora magis concipere. Primum omnium atramenti ſcriptorii genus glutinoſius tenaciusque excogitavit, adhibito in conſilium & partem curæ* Thoma Petro, *genero ſuo. Inde totos pinacas characteribus expreſſit: Extant hodieque illius operis adverſaria, paginis tantum adverſis impreſſa, quæ paginæ glutine commiſſæ inter ſe cohærent, ut videantur eſſe opiſtographæ. Liber eſt conſcriptus vernaculo ſermone, auctore anonymo, titulum præferens:* Speculum noſtræ Salutis. *Poſtea faginas formas*

R plum-

plumbeis commutavit: has deinde ſtanneis, quo ſolidior eſſet materia. Ex horum typorum reliquiis conflata ſunt œnophora, quæ adhuc viſuntur in Laurentianis illis, quas commemoravi, ædibus. Manſiſſetque diutius tam præclari inventi apud Harlemenſes *gloria, niſi* Joannes *quidam, ſive, ut fert ſuſpicio,* Fauſtus, *hero ſuo infidus & infauſtus, à quo artem omnem fuerat edoctus, ipſo pervigilio natalis Dominici omne typorum choragium involaſſet, convaſaſſet, aſportaſſetque primum Amſtelrodamum, inde Coloniam Agrippinam, deinque Moguntiacum: ubi hic trifurcifer & ſeſquilavernio, ſibi inventionis novæ laudem arrogans, intra vertentis anni ſpatium ad annum à nato Chriſto MCCCCXLII. iis ipſis typis, quos hero ſuo fuerat ſuffuratus, in lucem edidit* Alexandri Galli *doctrinale cum* Petri Hiſpani *tractatibus.* Periiſti *Moguntia,* quæ ab infido, furaci & fugitivo ſervulo, infauſto trifurcifero, & ſeſquilavernione inanem falſamque hactenus gloriam quæſiiſti. Ni caveas, in te invadent Hollandi: te ulciſcentur, ſua ſcilicet repetent. Clarigator eſt iſte *Bertius*, & quidem, ut audiiſti, vehemens & contumelioſus.

Sed ecce Luſitanus, homo & graviſſimus & eloquentiſſimus, *Hieronymus Oſorius* lib. XI. de rebus Emanuelis, omnem de nimio in ſe patriamque ſuam amore ſuſpicionem removens, non Luſitaniæ ſuæ, neque genti aut populo, qui Luſitanico ſceptro pareat, ſed remotiſſimæ Sinarum nationi, tam mirabilis inventi laudem, eamque non nuper natam, ſed

per-

pervetuſtam pæneque canam tribuit. *In libris, ait, deſcribendis, & rerum memoria propaganda, æneis formis uti ſolent Sinæ; quarum uſus adeo antiquus apud illos eſt, ut qui primus eam artem excogitarit, ignoretur.* Italus vero *Jovius* ante ipſum ſimilia.

Gallus autem *Genebrardus* lib. IV. Chron. fol. 391. *Addo*, inquit, *Themiſtaneos, quorum urbem, patrum memoria, Caſtilii in novo orbe occuparunt, Typographiæ auctores eſſe.*

Sed *Antonius Campanus* homini Gallo eandem inventionem potius adſcribit, dum canit:

Anſer Tarpeii cuſtos &c. (vid. ſupra pag. 175.) Quid quod *Pomponius Lætus* hanc, ut infra dicetur, impreſſoriam artem à *Saturno* inventam docuit.

Horum refutatio ipſis auctoris verbis expreſſa ita ſe habet:

(II. Sed in iſtis rebus *primo* ſtatuendum, à Deo O. M. eſſe omnem omnium bonarum artium ſolertiam & inventionem, *Omne* ſiquidem, ait S. *Jacobus* cap. I. v. 17. *datum optimum*, & omne *donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.* Unde ipſemet Dominus Exod. XXXI. 2. *Ecce*, ajebat, *vocavi ex nomine* Beſeleel, *filium* Uri, *filii* Hur, *de tribu Iuda, & implevi eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia & ſcientia in omni opere*; ideoque ſtatuendum & illud, omnem omnium inventorum gloriam & laudem illius laudi & gloriæ tranſcribendam. *Deinde* multo nobis

Chriſtianis fore certamen utilius & glorioſius, ſi ob hujusmodi beneficium certaremus, quis in datorem Deum gratior, ejus reverentior, & in gratibus dicendis eſſet alacrior & prolixior. *Tertio* infigendum illud Apoſtoli memoriæ diligenter, moribusque ipſis & factis noſtris exprimendum diligentius Gal. V. v. 26. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. Quarto*) ab iſta quæſtione removendos & Sinas, & omnes ignoti orbis alios. Cum enim an hoc vel illud hic aut illic omnium primo uſitari cœperit, diſſeritur, ſatis conſtat, non agi niſi de notis gentibus. Quid enim ſi apud Antipodas, borealis auſtralisve poli homines, id jam, ignaris nobis, cœptum eſſet? *Quinto*, an Argentinenſis fuerit hujus artificii auctor, itemque, an inibi de hoc aliquid aut cogitarit, aut etiam tentarit, mihi haud liquere. Unus, quod ſciam, tantum eſt, qui aſſerit, *Wimphelingus.* Poſſet videri velle iſtud, cuicuimodi eſt, ſupra veritatem, dare patriæ. Quia tamen potuit aliquis eſſe domo Argentinenſis, & civitate tamen Moguntinus, aliquid Argentinæ cogitare atque conari, hocque idem ipſum Moguntiæ jam in lucem efferre ac perficere; denique, quia citra cauſam, idoneosque auctores, non eſt quisquam facile mendacii accerſendus, credat, qui volet, illi affirmanti. Credidit certe *Jo. Arnoldus Bergellanus*, dum dixit:

Quam veteres nobis argenti &c. (vid. ſupra p. 16. v. 49. ſqq.)

De Gallo res facilis. Nam qui primus artem iſtam Italis plane admirabilem Romæ oſtendit, Germanus quidem fuit, *Uldaricus* nomine, ſed cui cognomen eſſet germanicum *Han*, quod latine valet gallum gallinaceum, eaque res audita *Campano* impoſuit, uti loco citato indicat *Wimphelingus*. *Sexto*,) an etiam in aliqua Hollandiæ ſilva quidquam tentarit Hollandus aliquis, an item domi litteras deformarit aliquas, nolim pugnare. p. 36 Nam forte & alibi pluribus tale quid in mentem aliquando venire potuit. Quemadmodum viatores, ſic & hominum cogitationes, in eadem aliquando incurrunt veſtigia. Et hoc forte tantum vult vulgaris illa Harlemenſium fama, de qua *Ludovicus Guicciardinus*. (Et ne viros tantum ætate, ingenio, rerumque uſu acres in earundem poſſe artium excogitationem incidere arbitremur, ecce tibi è vicina Hollandiæ Friſia puerulus, novus pæne typorum inventor. Nam de S. Rudgero lib. I. vitæ cap. 4. ita memoriæ proditum eſt: *Luſum pueris admodum familiarem, tanquam peſtem, fugiebat; ſcripturas, quas nec dum per ætatem diſcere quivit, jam ſe animi affectu præmeditari certis quibusdam indiciis præmonſtrabat. Nam, aliis pueris ludentibus, ipſe arborum cortices colligere, quibus uti ad luminaria ſolemus, & inde quaſi libellos componere conſuevit. Quos, cum forte liquorem inveniſſet, feſtuca utiliter,*

ut ſibi videbatur, inſcriptos, nutrici, ac ſi proficuos admodum libros, tradidit cuſtodiendos. Poſſet è Calvinianis etiam hæreticis quiſpiam huc trahere, quod de *Hildebrando* puero narrat Lib. IV. Metropol. cap. 19. & 20. *Crantzius*, & *Zwingerus* Vol. V. Theatri fol. 1364. Sed illud *ſeptimo*) aſſero, æquum eſſe, ut bonis vel teſtimoniis vel indiciis doceat *Bertius*, ſuo illi Hollando fuiſſe ſervum, & quidem, tunc temporis, Moguntinum, aut illum cujuscunque urbis gentisve hominem ex Hollandia profugiſſe Amſtelrodamum, deinde Coloniam appuliſſe; & cur potius hæ in via urbes, quam aliæ tam multæ nominentur; an typographicum forte ibi aliquid inceptarit; doceat denique Moguntiam illum veniſſe; hic fugæ finem fuiſſe; hic furtum ſuum in lucem dediſſe; & quod alienum erat, quaſi ſuum venditaſſe. Alioqui ſi ſatis ſit dicere, aliquem eſſe furem, quis, ut à veterum quodam dictum eſt, innocens & non fur? (Te ipſum, te ipſum, cui, ut Poëta tuus canit:

- - - - - mundus debetur, & ingens
Per tibi devinctam fama refertur humum,

diceret eodem modo aliquis, Altorfii aut Norimbergæ alicujus compilaſſe ſcrinia, & ablatas furto tabulas primo Gedanum, deinde Leidam deportaſſe, illaque in ſchola quaſi tuas falſo jactitaſſe. Hic vero quid ageres? os accuſatori quemadmodum oppilares? Teſtes, opinor, & argumenta impoſiti plagii poſtu-

poſtulares, teſtes alios, qui pro te dicerent, tuumque librum illum defenderent, excitares. At hoc jam ii, quos accuſas, quosque *trifurciferos* & *ſesquilaverniones* tam late, quam mundus tuus patet, inclamas, cum pridem vixerint, facere non poſſunt. Patere igitur, pro mortuis adeoque pro viva & ſpirante adhuc florenteque Moguntia, cui pro inventæ artis beneficio probrum & dedecus regeris, dici aliquid.

Tandem ut evinceret, typographiam primo *Moguntiæ*, non autem *Argentorati* aut etiam in *Hollandia* inventam eſſe, variorum ac primum quidem magni noſtri Roterodami, *Deſiderii Eraſmi* teſtimonia profert. Accipe verba ejus: (Dico igitur *octavo*, artis hujus habendam inventricem Moguntiam, quia & domeſtici, & exteri, recentes & vetuſtiores, plures & ab ſuſpicione omni alieniores id ipſum teſtentur teſtes;) inter quos libet *Eraſmo* primas dare, non quia omnium optimus, ſed quia Hollandus fuit, patriarum rerum peritiſſimus, typographicæ arti deditiſſimus, domeſticarum laudum præco vocaliſſimus, & quia primo loco ab ipſo *Bertio* collocatur. Is igitur ſuis in *S. Hieronymi* Epiſtolam IX. quæ ad *Gerontiam* eſt, annotationibus: *Extat*, ait, *hodiernis quoque temporibus inclita civitas* Moguntia *ſive* Maguntiacum (*utrumque enim apud* Oſorium *legitur*) *cum plurimis aliis inſignis dotibus, tum vero Archiepiſcopali ſede præeminens, celebri bonarum litterarum*

Petrus Apianus Cosmographiæ parte ſecunda: Moguntia *metropolis & limes altæ & baſſæ Germaniæ; in qua laudabilis illa & utiliſſima ars impreſſoria circa annum Domini* MCCCCLIII. *per* Joannem Fauſtum *inventa eſt.*

Conradus Peutingerus in Sermonibus conviv. de Germaniæ mirandis (pag. 17. ſq. ed. Argent. in 4.) *Movit mihi ſtomachum præceptor meus rerum vetuſtarum alioquin ſolertiſſimus inquiſitor,* Pomponius Lætus; *voluit enim nobis Germanis inventa artis impreſſoriæ laudem præripere (qui) ad* Auguſtinum Maphæum *ſcribens ita ait;* Imprimendi facultatem multis ſeculis intermiſſam, pauló ante revocatam eſſe. *Unde hæc diceret, ego plurimum cunctatus ſum, tandem ex* Franciſco Cardulo *Narnienſi didici, eum Divi* Cypriani *ſententia fretum fuiſſe; is enim de Idolis ſcribens inquit:* Saturnus literas imprimere & ſignare nummos in

ventam. Alii Joannem Mentel *inventorem ſcribunt. Qua arte mire promota ſunt bona ingenia, quæ alias in deſcribendis autoribus longa fatigatione fuiſſent impedita. Huic invento ſucceſſit barbariei proſcriptio; excuſis bonis auctoribus mundities latinæ linguæ intravit; mox Græcæ ac Hebrææ literæ cœperunt florere, & ſinceriter eruditi emerſère. Linguarum peritiam ſolida Theologia ſecuta eſt. Purius enim nunc loquitur Theologus, Medicus & Juriſperitus, quam unquam apud Germanos, ut ii, quibus aliquando eramus barbari, nunc præ nobis potius ſint barbari dicendi.*

in Italia primus inſtituit, *qui licet rarus apud* Pomponium *vetuſtatis inveſtigandæ Chriſtianus teſtis eſt, fidem tamen non facit, Divum* Cyprianum *de ea impreſſoria arte, qua nunc utimur, locutum* p.37 *fuiſſe, ſed & Saturni tempore calami vel pennæ uſus non erat, literas forte ferro vel lignis impreſſit, cæteroſque docuit non conjunctim, verum ſingulas particulatim imprimendo debito ordine locare: vel ut idem noſter Epiſcopus Tergeſtinus opinatur, Saturnum docuiſſe literas imprimere eas, quæ in numismatis expreſſa ſunt, non quæ nunc papyro imprimuntur. Signavit enim is primum in Italia cum Jano monetam, & in æs impreſſit literas. Sic Deus etiam verus apud* Hieremiam *cap.* 32. *ait:* Agri ementur pecunia, & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum.

Genebrardus Chronic. lib. IV. (pag. 697. ed. Lugd. 1609. fol.) Moguntiæ, *qui limes eſt ſuperioris & inferioris Germaniæ, inventa eſt laudabilis illa ars typographica circa annum* MCCCCLIII. *per* Johannem Fauſtum. m) Adjiciantur, ſi libet, *Mid-*

m) Idem *Genebrardus* l. c. pag. 695. Joannes Guttenbergius *Argentinenſis artem impreſſoriam ſeu excuſoriam, novum ſcribendi genus primus excogitavit an.* 1440. *in urbe Argentinenſi; inde veniens Moguntiam eam feliciter perfecit.* Jacob Wimphelingus in Epitome Germanor. cap. 65. & Fulgoſus lib. VIII. cap. 11. Platina *& fere omnes tale inventum referunt ad* Joannem (Polydorus *vocat* Petrum) Fauſtum *Moguntinum ſub an-*

Middendorpius in Acad. qui & Colonienſia citat Chronica; D. *Georgius Bruin* tomo I. urbium, num. 27. *Huic urbi* (Moguntiæ) *Typographicæ artis debetur inventio, quæ plusne boni an mali attulerit, probabiliter diſputari poteſt.* & in indice ſub *Moguntia*: *In hac urbe ars typographica circa annum ſalutis* MCCCCLIII. *per* Joannem Fauſtum *inventa eſt. Celtes* ad Rhenum:

Jamque Moguntiacam *vaſtus te flectis ad urbem,*

Quæ prima impreſſas tradidit ære notas.

Aventinus lib. XVII. *Carion* lib. III. *Sebaſt. Brand, Sebaſtianus Munſterus* lib. III. *Theodorus Zvingerus* in Theatro, *Petrus Ramus* in Mathematicis: (quorum verba vid. infra in *Mallincrotii* tractatu) Adjiciantur primi denique hujus artis modioli, quos antiqua hic domus, quæ in ceraſini horti platea, *Seuleffel* vocatur, cuſtodit; quosque mihi nuper *Albinus* typographus monſtrabat: *Jo. Arnoldus* in chalcographici encomii præfatione: *Hodie*, ait, *vetuſtiſſima quadam*

---

annum 1452. Infra. *At* Paulus Jovius *à Catayinis India populis per Scythas & Moſcos illud ad nos perveniſſe ſcribit. Addo Temiſtitaneos, quorum urbem patrum memoria Caſtilii in novo orbe occuparant. Ferunt libros* Auguſtini *de civitate Dei &* Lactantii Firmiani *de divinis inſtitutionibus fuiſſe primos, qui typis excuſi ſunt.* Volater.

dam in eum uſum ab auctoribus comparata, quæ vidi, inſtrumenta exſtant Moguntiæ. Doctus Juris Moguntinus Profeſſor in lapide, qui Juriſperitorum domus interiori ſtillicidio ſubjectus eſt, hæc inſcripſit: *Jo. Gutenbergenſi Moguntino,* p.38 *qui primus omnium literas ære imprimendas invenit, hac arte de orbe toto bene merenti* Ivo Witigiſis *hoc ſaxum pro monimento poſuit* MDVIII. n)

Cum vero iſta contra *Bertium* notaſſem, peropportune auctorem eum nactus ſum, è quo non rem modo, ſed verba etiam pæne ſumpſit ille, *Adrianum* ſcilicet *Junium* in Bataviæ hiſtoria, ubi de Harlemo agit. Quoniam vero ejus aliqua jam interſperſi antea, interſpergam & quæ huc pertinent paucula. Primo igitur hanc inventæ chalcographiæ laudem Harlemo patriæ ſuæ prorſus deberi, eamqne velut magni momenti rem vindicandam affirmat. *Redeo*, inquit, *ad urbem noſtram &c.* usque ad verba: *quaſi poſtliminii jure repetamus.* (vid. ſupra pag. 232.) Ait *deinde*, ſui teſtimonii magnam eſſe oportere auctoritatem, *qui nec mortuum aut heredes poſterosve cognatione attingat, neque gratiam aut beneficium inde* ex-

n) *Monumentum hoc fruſtra hodie quæſiveris. Forſan dum veteris ædificii in locum novum ſucceſſit, obliteratum fuit. De reliquo perperam hic legi, quod id anno* MDVIII. Witigiſis *poſuerit, hinc patet, quod* Ivo *jam anno* MDVII. *vita exceſſit, ut in Epitaphiis videre eſt.* Johannis.

expectet. Attamen patriæ ſe ſuæ laudem quærere antea profeſſus eſt, cujus ad ipſum ſenſus pertineat aliquis. Ponit *tertio* ſenes, à quibus narrationem illam acceperit, aliquos, qui tamen οἴκοθεν μάρτυρες. Ego autem non domeſticos tantum, ſed exteros etiam, ſenes ac juvenes, Catholicos & hæreticos pro Moguntia complures attuli. *Demum* ſe veritatis ſtudio, ut iſta ſcriberet, adductum memorat; idque laudarem, ſi contra eam, quam faſſus eſt, communem, inveteratam, altisque infixam radicibus opinionem paulo plures ac meliores argumentorum machinas, & ſi, uti cœperat, à convitiis, quæ in *Bertio* mihi maxime diſplicuerunt, abſtinuiſſet. At vero, *Tuendo*, inquit, *veritatem & conſtabit ſuus urbi noſtra honos, in cive ereptam inventionis pulcherrima gloriam recuperatura, & cadet eorum arrogantia, quos falſam aliena gloria hereditatem cernere non puduit, & quaſi dejectis de ponte ſexagenariis alieni juris poſſeſſionem ſuperbe uſurparunt.* Falſum id clamant citati antea cum teſtes tum indicia. Sed pergit: *Quanquam dolendum minus foret, eam laudem in clariſſimam Germania urbem velut aliam in familiam tranſiiſſe, ſi non plagio ſed recta ratione factum id fuiſſet.* Rectiſſima vero ratione factum, absque plagio ullo, iidem teſtantur Auctores. Quocirca illud unum hac in re dolendum, tam acerbe Hollandos iſtos de Moguntia narrare, quibus tamen hæc, ſi vel in typis vel aliis in rebus laudem ali-

aliquam habeant, neque invidet, neque adimit: ſed ſuam, quam à patribus accepit, in cujus poſſeſſione eſt, quam ratio nulla eripit; quam tot & tanti etiam alieni & Batavi atteſtantur, defendit ac tuetur.

Caput XXXVIII.

A quo Moguntiæ primum & quonam tempore inventa Typographia?

I. Moguntiæ inventam typographicen ſat multi, ſat clare ac ſolide nobis demonſtrarunt. In eorum tamen verbis duplex ineſſe videtur de *anno* & *auctore* ſcrupulus. Quidam enim annum, quo inventa ſit, numerant MCCCCXL. quidam MCCCCL. alii etiam annos poſteriores. Rurſus quidam *Joannem Fauſtum* ſeu *Gutmannum*, alii *Petrum Fauſtum*, alii *Joannem Guttenberger*, nonnulli *Schœfferum* nominant. o)

II. Sed de *tempore* res facilior. Nihil enim ab hominibus cœptum ſimul & perfectum.

Tempus in apricis maturat collibus uvas,
Tempus agit certo lucida ſigna die.

Plures annos in arte hac ejusque artis inſtrumentis inveniendis, concinnandis, & explorandis laboratum. Auctorum igitur alii prima initia, progreſſum aliquem alii, perfectionem notant alii.

III.

o) *Corn. Lous* in fine catal. illuſtr. anno MCCCCLIV. *Serrarius*.

III. De *Auctore* autem ſic res habet. Inventor & excogitator primus fuit *Joannes Gudenberger*; opibus conſilioque ſuo ei adjutores fuere duo alii Moguntini cives, *Joannes Fauſt*, ſive, ut ipſi tum & loquebantur & ſcribebant, *Fuſt*, & *Joannes Medinbach*. Eidem *Gudenbergero* fuit puer ſeu famulus primum, poſtea vero etiam gener, p) *Petrus Opilionis* ſeu *Schöffer*, qui complura poſtmodum & magna opera edidit, uti *S. Hieronymum*, quem Eberbacenſis ſervat Bibliotheca. q) Quia igitur ſuo iſti modo ad artis inventionem juverunt omnes, poſſunt quodammodo dici omnes ejus auctores, ſed ita, ut primas merito *Joannes Gudenberger* teneat; quem tamen cur aliqui ex equeſtri ordine ſtatuant, non video, niſi quia ob rei tantæ partum induſtriamque ipſius & labores eum honore illo non indignum cenſuerunt. r)

Ne

p) Sequitur hic auctor manuſcriptum, quem tractavit, ac ſub finem citat. Quod miror. Cum *Trithemius* non ſolum, (qui certe ab ætate artis inventæ non longe abfuit, ac ipſius Pet. Schœfferi ex ore, quæ narrat Annal. Hirſaug. ad An. MCCCCL. p. 421. ſq. hauſit) verum ipſe etiam *Joannes Schœffetus*, *Petri filius*, in verbis é fine breviarii Trithemianarum hiſtoriarum huc allatis *Petrum*, patrem *Joannis*, *Fauſti* generum fuiſſe teſtetur. *Joannis*.

q) Inter hæc vero bello tricennali, quum Bibliotheca à milite Haſſo diriperetur, ſuo amiſit damno, ut mihi, cum de eo Erbaci quærerem, relatum eſt. *Joannis*.

r) *Joannem Gudenberg* equeſtri ſtirpe natum, in dicta disquiſi-

Ne autem vel à me confingi videantur, vel ab aliis deinceps confundantur iſta iſtorum nomina, adſcribam Moguntini typographi & manuſcriptorum noſtrorum verba. Ille in Trithemianarum hiſtoriarum breviarii fine ſic: *Impreſſum & completum eſt præſens chronicarum opus anno Domini MDXV. in vigilia Margaretæ virginis, in nobili famoſaque urbe Moguntina, hujus artis impreſſoriæ inventrice prima per* Joannem Schœffer, *nepotem quondam honeſti viri* Joannis Fuſth, *civis Moguntini, memoratæ artis primarii auctoris. Qui tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare ſpecularique cœpit anno Dominicæ nativitatis MCCCCL. indictione XIII. regnante illuſtriſſimo Romanor. Imperatore* Frederico III. *præſidente ſanctæ Moguntinæ ſedi Reverendiſſimo in Chriſto Patre, Domino* Theodorico, *Pincerna de* Erbach, *Principe Electore. Anno autem MCCCCLII. perfecit deduxitque eam (divina favente gratia) in opus imprimendi. opera tamen & multis neceſſariis adinventionibus* Petri Schöfferi *de Gernsheim miniſtri,*

S *ſui-*

quiſitione quam clariſſima oſtendi. Auctori tamen confirmando duo ſcriptorum, ætati iſti fere ſupparium, loca adducere non ab re erit. Prior eſt auctoris *chronici antiqui Colonienſis*: *Mer de eyſte vynder der Druckerey iſt geweſt eyn burger tzo Mens, ind was geboren van Straiſsburch, ind hieſch* Joncker Johann Gudenburch. Alter *Bergellani* in litteris dedicatoriis poematis ſui encomiaſtici, *in quibus elogium quoddam de chalcographia ejusque inventione deprehendi, qui Moguntinæ urbis incolæ, equeſtris dignitatis virtutisque nobiliſſimo,* Joanni Gutenbergo, *primo auctori - - acceptam refert.* Joannis,

ſuique filii adoptivi, cui etiam filiam ſuam Chriſtinam Fuſthen *pro digna laborum multarumque adinventionum remuneratione nuptui dedit. Retinuerunt autem hi duo jam prænominati* Joannes Fuſth & Petrus Schöffer *hanc artem in ſecreto (omnibus miniſtris ac familiaribus eorum, ne illam quoquo modo manifeſtarent, jurejurando adſtrictis) quoad tandem anno Domini MCCCCLXII. per eosdem familiares in diverſas terrarum provincias divulgata haud parvum ſumpſit incrementum.* Manuſcriptus autem ſic: *Hoc autem urbis noſtræ Moguntiaci triumphale perpetuæ laudis eſt præconium, quod hanc ingenioſam characterizandi artem non ſolers Italorum indago, non celebris Græcorum ſapientia, non multiformis Gallorum ſapientia, neque callidum barbarorum reperit ingenium: ſed induſtrioſi nobilis urbis Moguntiaci cives, ſcilicet* Joannes Gudenberg, *qui cum omnem ſubſtantiam ſuam propter artis difficultatem fere profudiſſet, tandem auxilio* Joannis Fuſth, Joannis Medinbach *& aliorum concivium adjutus, rem perfecit. Poſt quem* Gudenberg, *qui morabatur* zum Jungen, *qui usque nunc ejus artis nomine nuncupatur,* Petrus Opilionis, *id eſt*, Schöffer, *ejus gener, artis impreſſoriæ dilatator extitit. Qui etiam ſuo tempore multa impreſſit opera. Eccleſiæ Dei quanta provenerit ab hac arte utilitas, quis ſufficienter eloqui valebit? dum multi codices obſoleti, pulverulentis olim recluſi bibliothecis, nunc impreſſi palam modico feruntur pretio venales.*

Caput

Caput XXXIX.

Quinam libri omnium primi typo excuſi; & de typographiæ uſu ac abuſu.

I. Hollandus antea nominatus Profeſſor Moguntiæ primum excuſum ait *Alexandri Galli* doctrinale, *Petrique Hiſpani* tractatus; *Ciceronis* vero libros de officiis *Petrus Ramus*; *D. Auguſtini* libros *de Civitate Dei*, *Lactantiumque* alii apud *Genebrardum*. *Volaterranus* philologiæ lib. XXXIII. *jam*, ait, *divina providentia ingeniorum, immortalitati conſultum, quando novo portento reperit hoc ſeculum non deſcribere libros, ſed fingere, ex aneis characteribus atramento ſcriptorio perfuſis, pagina torcularibus expreſſa; auctores duo è Germania fratres Romæ cœperunt anno M CCCC LXV. primique omnium* Auguſtinus *de Civitate Dei &* Lactantius *prodiere.* Ego compertum nihil dum habeo. Illud autem ſatis ſcio, in libro, quem in Hollandia primum fuiſſe cuſum vult Hollandus, & inſcriptum, *Speculum noſtræ Salutis*, non fuiſſe Calvinianæ, Anabaptiſticæ, ac ſimilium, quæ in eadem Hollandia modo graſſantur, hæreſeωn ſpeculum, à quibus ut religioſa quondam regio, Europaque tota liberetur, eum oro, qui per Prophetam ſuum dixit: *Eſt ſpes noviſſimis tuis & revertentur filii ad terminos ſuos.* Amen. Ita fiat, DOMINE JESU. s)

s) *Tarrans Hebius, Nobilis à Sperga*, ſive, qui hoc ſub anagrammate Batavi perſonam induit, *Gaſpar*

II. At reverſioni huic, bonisque adeo moribus obeſſe non parum typographiam cenſet

Gaſpar Barthius in ſatyra, cui titulus: *Cave Canem* &c. p. 289. & ſq. *Ut quisque vetuſtum librum nactus eſt ante annos* CXL. *impreſſum, eum putat omnium primum excuſum.* Volaterranus *in illam congeriem Commentariorum ſuorum multa temere & ſine delectu conjicere ſolet, in quibus illud: Auctores artis impreſſoriæ fratres duos, homines Germanos edidiſſe Romæ* Auguſtini *libros* de Civitate Dei, *&* Lactantium, *eosque primos omnium prodiiſſe anno* MCCCCLXV. *quibus ſignificat*, eo anno natam typographiam, idque Romæ. *Alii producunt libros* Ciceronis de officiis anno MCCCCLXVI. à Johanne Fuſt *impreſſos. Unde quidam ſomniant, & ipſum* Fuſt *artis inventorem fuiſſe, & ante eos* Ciceronis *libros nullum fuiſſe typis excuſum. Alii ab eodem* Fauſt *primum omnium Moguntii impreſſum fuiſſe* Doctrinale Alexandri Grammatici. *Omnium vetuſtiſſimum, cujus tamen nomen reticetur, Venetiis excuſum profert* Rabbi Joſeph, *Sacerdos, in Chronico anno judaico* 5188. *Chriſtiano* 1428. *quod nemo hactenus animadvertit, certe nemo indicavit. Unde ille Judæus colligit, artem imprimendi ab eo libro cœpiſſe. Sed falluntur omnes. Nam opus* Ciceronis de officiis *non eſt primus librorum, qui typis excuſi ſunt, ſed primus* Ciceronis *liber de* officiis. *Idem de reliquis judicandum,*

ſet in libro de hujus ſtatera *Guilelmus Inſulanus Menapius*, ita ut ejus pœne inventionem execretur.

---

candum. At illi libri eodem modo, quo hodierni impreſſi ſunt, ex plumbeis nimirum litteris ſimul compoſitis, & in formas quadratas ſtipatis. Atqui aliter rudimenta artis inchoata ſunt. Nam non ex diſcretis & ſingularibus typis inter ſe junctis, ut hodie fit, cœptum eſt imprimi; ſed in pagellis ligneis, quibus litteræ inciſæ erant, qui modus excudendi in noſtra Hollandia Harlemi inventus fuit, ubi etiam hodie ædes oſtenduntur, in quibus inventor artis eam primus periclitatus eſt. Harum pagellarum meminerat Accurſius Mariangelus *in* Donato *ſuo, in membranis excuſo, qui liber poſtea in poteſtatem venit* Aldi Manutii *Junioris. Verba* Mariangeli *poſt alia ſunt:* impreſſus autem eſt heic (*Harlemi apud Batavos*) Donatus & Confeſſionalia *primum omnium anno* MCCCCL. *admonitus certe fuit ex* Donato *Hollandiæ primum impreſſo, in tabula inciſa. In urbe vero Harlemenſi inventam teſtatur vir eruditiſſimus,* Hadrianus Junius, *qui cum jure hanc patriæ ſuæ vindicaverit, & non pauca digna cognitu de ejus incunabulis prodiderit, eam a tabulis inciſis & ab editione Donati cœpiſſe ignoravit.* Hæc ille. Diſtinctius longe *Chriſtianus Junckerus* in programmate quodam Iſenaci anno MDCCVII. edito. *Has adeo artis typographicæ quaſi periodos ſi quidem colligimus, quod fieri omnino oportet,*

 jam

cretur. Nimirum ſpectat ille, ſicuti & apud *Philippum Callimachum*, in oratione de Barbadici funere, alii nonnulli, rei, alioqui præclaræ, abuſum, propter quem tamen uſus haud tollendus aut improbandus, ſicuti neque in aliis

jam demum patet, *quod* liber primus *omnium* tabulis ligneis *impreſſus* Harlemii *apud Batavos fuerit* Donatus circa annum MCCCCXL. (vid. *Tenzelius* von Erfindung der Buchdrucker-Kunſt p.30. *Benthem* Hollandiſcher Kirchen-und Schulen-Staat Part.I.p.69.) *Quod* litteris ligneis impreſſus Moguntiæ fuerit primus omnium Vocabularium Catholicon. (vid. Tenzelius l. d. p.17. & 32.) Quod litteris æneis impreſſus Moguntiæ fuerit primus liber Biblia latina anno MCCCCL. (Idem Tenzel l. d. p. 18. & 24. ex *Chronica Coloniensi*: in dem Jahr unſers Herrn, da man ſchrieb 1450, da war ein gülden Jahr, da begann man zu drucken, und war das erſte Buch (intellige æneis litteris, idem pag. 26.) das man druckte, die Biebel zu Latein, und ward gedruckt mit einer groben Schrift, damit man nun die Meſſe-Bücher druckt) *Quod* primus *liber*, Moguntiæ *ſolo* Fauſti & Schæfferi *nomine notatus fuerit* Pſalmi Davidis an. MCCCCLVII. (Idem Tenzelius l. d. p.48. quo loco quidem exſtat annus 1467. ſed per errorem typothetæ, qui an. 1457. ſignare debuit, ut ex pag. 54. ipſoque contextu patet.)

aliis pœne rebus omnibus; ſed id potius, quod ſub libelli ſui finem ſuadet ille, agendum; ut uſus rectus retineatur, pravus coerceatur, quemadmodum fieri jubet SS œcumenica Synodus Tridentina Seſſ. IV. & ante hanc Lateranenſis ultima Seſſ. X. cujus verba, cum ſimul artis commendationem, ſimul etiam modificationem contineant, non immerito hunc de typographia ſermonem concludent. *Nos*, inquiunt ejus Concilii Patres, *ne id, quod ad DEI gloriam & fidei augmentum ac bonarum artium propagationem, ſalubriter eſt inventum, in contrarium convertatur, ac CHRISTI fidelium detrimentum pariat, ſuper librorum impreſſione curam noſtram habendam fore duximus; ne de cetero cum bonis ſeminibus ſpinæ coaleſcant, vel medicinis venena intermiſceantur. Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio providere, hoc ſacro approbante Concilio, ut negotium impreſſionis librorum, hujusmodi eo proſperetur felicius, quo deinceps indago ſolertior diligentius & cautius adhibeatur; Statuimus & ordinamus, quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunque Scripturam tam in urbe noſtra, quam in aliis quibusvis civitatibus & diœceſibus imprimere ſeu imprimi facere præſumat, niſi prius in urbe per Vicarium noſtrum & ſacri palatii Magiſtrum, in aliis vero civitatibus & diœceſibus per Epiſcopum, vel alium habentem peritiem ſcientiæ, Libri, ſeu ſcripturæ hujusmodi imprimendæ ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac inquiſitorem hæreticæ pravitatis civitatis*

ſive diœceſis, in quibus librorum impreſſio hujuſmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia, gratis & ſine dilatione imponendam approbentur.

Adjiciuntur pecuniariæ pœnæ, quas imitari ac intendere aut remittere poſſunt Principes ac Reſpublicæ omnes, prout quolibet in loco neceſſarium aut utile judicatum fuerit.

Si enim magiſtratibus curæ eſt, & merito eſt, ne pro medicamentis venena, vel putrida certe ac evanida in pharmacopoliis pharmaca ſint, ne pro mercibus bonis vitioſæ atque corruptæ in foro veneant; quidni & iidem curent, ne noxii & venenati a bibliopolis libri edantur, vendantur & divulgentur? *Mala medicamenta & venena*, inquit L. *Cetera* ff. *familiæ erciſcundæ* Ulpianus, *veniunt quidem in judicium: ſed judex omnino ſe interponere in his non debet, boni enim & innocentis viri officium fungi oportet. Tantundem debebit facere, & in libris improbatæ lectionis, magicis forte vel his ſimilibus; Hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt.* Et ſane non in Apoſtolorum modo noſtrorum Actis cap. XIX. ſed etiam apud gentiles flammis corruptos, penituſque abolitos perniciales id genus libros videmus, indicante id ipſum *Cicerone* lib. I. de Natura deorum, *Valerio* lib. I. cap. 1. Livio lib. IX. decadis III. *Tacito* lib. VI. & X. annalium, Seneca lib. X. Contro-

troverſiarum, aliis bene multis. Quia vero libros doctorum hominum liberos ac partus dicunt multi, a filiis ad patres porro tranſeamus.

CAPUT IV.

Alia pro Moguntinis teſtimonia à SERARIO adducta.

Serarius a) pergens ſummis negat opibus, typographiam alibi quam Moguntiæ inventam. Atque id quidem aſſerere exiſtimat teſtes ſupra dictos & indicia ejus rei in ædibus antiquis *Seuleſſel* dictis exſtantia. Furtum itaque factum eſſe pernegat, criminationem hanc graviſſime ferens, ideoque in Batavos b) invectus, quos modeſtius & minus acerbe egiſſe mallet cum civitate *Moguntia*. Hæc enim, ut cauſſatur, gloriæ Batavorum, quam ſibi tam litteris quam aliàs compararunt, non invidet, nec ſuam facit, eam viciſſim, quam a majoribus ſuis accepit traditam, quamque diu tenuit, a tot tamque præſtantibus teſtibus, inter quos & extranei & Batavi (magnum Roterodamum c) noſtrum innuit) ſibi vindicatam adſerens. Quantæ vero ſint auctoritatis nonnulli horum teſtium, infra curatius diſpiciemus. Cumque conſtituerim

 hic

a) lib. I. cap. 37.
b) *Junium* & ex eo *Bertium* in Tabulis geographicis.
c) *Eraſmum*.

hic agere aperte & ingenue absque ullo vel minimo partium ſtudio, veſtigia premam *Serarii*, d) occaſionem inventæ ibi typographiæ enarraturus. Primus, qui invenit & excogitavit artem, fuit *Joannes* e) *Gudenbergerus*, quem conſilio pariter ac opera juverunt duo alii cives Moguntini, *Joannes* f) *Fauſtus*, vel uti tum temporis nomen ejus
p. 39 vocabant & ſcribebant, *Fuſt*, atque *Joannes* g) *Medinbach*. *Gudenbergero* iſti famulus erat vel ſervus, *Petrus Schœffer*, ipſi affinitate poſtea conjunctus, qui multa impreſſit ingentia Opera, v. c. *S. Hieronymi*, quæ in cœnobio Eberbachienſi aſſervantur. Tres quatuorve illi, quandoquidem artem hanc ſinguli promoverunt, alterque alteri opem tulit, ſuo modo omnes artis hujus inventores atque auctores haberi poſſunt, ita tamen, ut primus locus jure tribuatur *Joanni Gudenbergero*. Qua de cauſa hic dicatur eques, h) divinare nequeo. Factum forſan id eſt, (ut opinatur *Serarius*) ob ejus merita, & quoniam typographiæ inventio ac divulgatio ordine equeſtri digna viſa eſt. Quodſi tamen hoc honoris titulo vivus adhuc fuiſſet inſignitus, *Ivo Wittigiſis* utique in epitaphio, quod in memoriam

d) cap. 38.
e f & g) *Hans.*
h) a *Sabellico* & aliis, Chronicon Colonienſe eum appellat *Joncker*.

moriam ejus anno 1508. erigi curavit, mentionem ejus facturus fuiſſet. In eo vero tantum legitur: *J. Gutenbergenſi Moguntino* &c. ut capite præcedenti monuimus. Fides vero huic rei, meo judicio, evidentior fieri debebat, quæ cum deſideretur, excuſatum me velim, quando ipſum ſupra, ubi ad L. *Guicciardinum* provoco, nobilem & equitem putatitium appello. Porro hoc titulo condecoratus procul dubio ab illo auctore fuiſſet, quo omni ex parte utitur ante dictus *Serarius*. Jam vero fabulatoris anonymi verba ita habent: Hoc i) urbis noſtræ &c. (vid. ſupra pag. 274.) Ex his patet hauſiſſe *Serarium*, quæ p.40 de tribus iſtis, quibus ſingulis nomen *Joannes* erat, retulit. Neque enim hic notatur, quo tempore vel anno id omne contigerit. Itaque neceſſe eſt enarrare typographiæ hiſtoriam, prout ea ad calcem Breviarii Hiſtoriarum *Joannis Trithemii*, Abbatis, Moguntiæ impreſſi, aliquanto clarius & diſertius exprimitur. Patientiam quæſo adhibe, lector, & quoniam verba Hiſtorici Moguntini in memoria adhuc hærent, ad illa curatius attende: Impreſſum &c. (vid. ſupra pag. 273.) Ex his patet Lectori, hæc typographi verba minus conſentire cum iis, quæ Hiſtoricus p.41 ille de conjugio *Petri Schœfferi* tradit. Ab hoc enim Joannis Fuſth, ab illo Joannis Gutenber-

i) MS. infimæ vetuſtatis.

tenbergenſis filiam matrimonio ſibi junxiſſe dicitur. Hanc ob rem verba probe notata volui. Qua vero ratione hæc conciliari poſſint, non video: alteruter eorum fallatur, neceſſe eſt. Serarius, ſi quid video, ſuum ſequitur Hiſtoricum; mihi tamen magis arridet Breviarium Trithemii, quandoquidem ibi uxor Petri Schœfferi nomine patris *Joannis Fuſth* diſerte appellatur. Niſi quis opinari malit, duas ipſum duxiſſe uxores, easque amborum illorum filias, quarum altera ipſi viduo nupſerit. Hoc vero nusquam traditum invenitur. Miror, Serarium nihil heic monuiſſe. Mihi res videtur incerta, quod hinc ex parte patet, infra a nobis ulterius deducendum.

CAPUT V.

Varia teſtimonia alia, non adducta a SERARIO, quæ pro Moguntinis pugnant.

Notabimus hic adhuc inſcriptiones aliquot librorum veterum Moguntiæ impreſſorum, qui non innotuerunt Serario. Moguntiæ impreſſa ſunt: *Officia Ciceronis cum ejusdem Paradoxis*, in quorum calce hæc legis, a me deſcripta:

Preſens Marci Tullii clariſſimum opus. Johannes Fuſt Moguntinus civis. non atramento. plumali canna neque area. Sed arte quadam perpulcra. Petri

manu

manu pueri mei feliciter effeci finitum. Anno MCCCCLXV,

Liber iſte in forma quarti ordinis majoris ſeu folio minori impreſſus eſt chartæ, quædam vero exempla membranæ; cujusmodi unum ego poſſideo, nullo pretio permutandum. Pro cimelio enim jure aſſervari ac haberi poteſt. Membranis pariter impreſſum fuit exemplum, quod poſſedit *Petrus Ramus*. Talia quoque oſtenduntur in Bibliothecis publicis Auguſtæ Vindelicorum ac Lugduni Batavorum, quorum poſterius in charta eſt deſcriptum; cujusmodi aliud ibidem poſſidet Vir Nobilis, Franciſcus de Raphelingen, vir mihi amiciſſimus. Alia ejus generis, opinor, poſſident eruditi alii. Rami exemplum frequenter celebratur, quod ipſe in ſcriptis ſuis ita commemorat: p. 42

a) *Primum* (inquit) *Typographiæ exemplum Moguntiæ editum anno* 1466 (imo 1465) a Petro Gerneſo *puero* Joannis Fuſtei: *ut conſtat de* Ciceronis *Officiis, quæ prima omnium typis æneis impreſſa ſunt. Exemplar Officiorum iſtorum habeo in membrana impreſſorum, quæ ad finem adſcriptionem continet*: Præſens M. Tullii &c.

Ipſe vidi etiam ac manibus verſavi librum, cujus hæc eſt inſcriptio: *Inſtitutiones Juris Juſtiniani cum gloſſis*. Liber eſt in forma majore

&

a) *Ramus* in Scholis Mathematicis. Lib. 2.

& ampliore membranis impreſſus anno 1468, in ejus calce ſequentia leguntur:

Præſens Inſtitutionum præclarum opus alma in urbe Moguntina inclitæ nationis Germanicæ, quam DEI clementia tam alti ingenii lumine donoque cæteris terrarum nationibus præferre illuſtrareque dignatus eſt, non atramento communi, non plumali canna, neque ærea, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu characterizandi ſic effigiatum & ad euſebiam DEI induſtrie conſummatum per Petrum Schoyffer de Gernsheym *anno Dominicæ incarnationis Milleſimo CCCCLXVIII. viceſima quarta die menſis Maji.*

Monitum hoc ejusdem fere ſenſus eſt cum præcedenti, quod *Officiis & Paradoxis Ciceronis* ſubjungitur, niſi quod heic *Joannis Fuſt* nomen penitus omittitur, illud vero Petri Schoyfferi de Gernsheim diſertius exprimitur. Fortaſſe Joannes Fuſt jam fatis erat functus. Similiter nomen ejus omittitur ad calcem Valerii Maximi, Moguntiæ anno 1471. impreſſi, ubi ſequentia ſubſcripta leguntur:

Præſens Valerii Maximi opus præclariſſimum in nobili urbe Moguntina Rheni terminatum anno
p.43 *MCCCCLXXI, XVIII. Kalendis Juliis, per egregium Petrum Schoyffer de Gernsheim artis impreſſoriæ magiſtrum feliciter conſummatum.*

Pariter reticetur nomen *Joannis Fuſt* in editione *S. Auguſtini de Civitate DEI* Moguntina anni 1473. hoc monito inſignita:

De

De civitate Dei opus præclariſſimum binis ſacræ paginæ profeſſoribus eximiis (Thoma Valois & Nicolao Triveth *ordinis Prædicatorum*) *id commentantibus, rubricis tabulaque diſcretum, præcelſa in urbe Moguntina partium Alemanniæ non calami per craſim, characterum autem apicibus artificioſe elementatum, operoſe eſt conſummatum per* Petrum Schoiffer de Gernsheim, *anno Domini* MCCCCLXXIII. *die* V. *menſis Septembris, Præſidibus Eccleſiæ Catholicæ* Sixto tertio *Pontifice ſummo, Sedi autem Moguntinæ* Adolfo ſecundo, *Præſule magnifico; Tenente autem ac gubernante Chriſtianiſſimi monarchiam Imperatore ſereniſſimo* Frederico tertio *Cæſare ſemper Auguſto.*

Iisdem, quibus Auguſtinus, formis ac ſine facta *Joannis Fuſti* mentione, ſequenti anno Moguntiæ quoque impreſſum eſt *Speculum aureum Fr. Henrici Herp*, quod Bibliotheca Lugdunenſis Batava ſervat, ſequentem in calce formulam exhibens:

Fr. Henrici Herp *Speculum aureum decem præceptorum Dei opus præclarum in nobili urbe Moguntiaca, quam imprimendi arte ingenioſa gratuitoque dono glorioſus Deus plus cæteris terrarum nationibus præferens illuſtrare dignatus eſt, non atramento plumali cannave penna, cannave, ſed adinventione quadam perpulcra, per honorabilem virum* Petrum Schoyffer de Gernsheim *feliciter eſt conſummatum, an. Dominicæ incarnationis* MCCCCLXXIIII. *menſis Septembris Idus quarto.*

Joan-

Joannis Fuſt nomen reticetur etiam in *Chronico Saxonico*, ubi pariter ſolus nominatur *Petrus Schoyffer*. Id vero mirum videri non debet, quandoquidem hoc Chronicon viginti quatuor annis poſt illas Juris *Inſtitutiones* impreſſum eſt. Verba in fine hæc leguntur:

Duſſe Kronecke van Keyſeren unde anderen Furſten
p. 44 *unde Steden der Saſſen mit oren wapen, heft ghepr ent* Peter Schöffer van Gernsheym *in der eddelen Stat Mentz, die eyn anefangk is der Prentery, in deme jare na Chriſti gebort duſent vierhundert* LXXXXII. *uppe den Seſten dach des Mertzen.*

Plures alii libri, ejusmodi gerentes formulas, ibi procul dubio ſunt impreſſi, quamvis memoriæ nunc non ſuccurrant. Præterea ſatis jam videor moleſtus, allegando loca ſuperiora, quippe quæ Moguntiæ gloriam typographiæ tribuant, Harlemi autem noſtri ne minimam quidem mentionem faciant, cives vero mei, quæ ſuæ gloriæ inſerviant, legere malint. Ad ea itaque adferenda me ſtatim accingam, ubi duas addidero inſcriptiones, quæ in calce librorum Moguntiæ, alterius anno 1509, alterius 1513 impreſſorum exſtant. In his nominatur *Joannes Schœffer*, filius (ut videtur) Petri Schœfferi, ante a nobis laudati. Liber anno 1509. impreſſus inſcribitur: *Breviarium Moguntinenſe, noviſſime impreſſum*, ac, quod in præfatione dicitur, *jucundiſ-*

cundiſſimo & emendato charactere elaboratum. In calce vero leguntur ſequentia:

Breviarium ſecundum ritum inclytæ & inſignis Eccleſiæ Moguntinæ ſumma cum diligentia caſtigatum & emendatum, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei &c. impreſſum Moguntiæ, impenſis & opera honeſti & providi viri, Joannis Scheffer, *civis Moguntini, cujus avus primus artis impreſſoriæ fuit inventor & autor, anno ſalutiferæ incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo nono, in vigilia nativitatis Mariæ.*

Liber anni 1513. vocatur *Miſſale Moguntinenſe exactiſſima cura caſtigatum*, & habet in fine:

Finit Miſſale Maguntinenſe, reviſum, caſtigatum, diligentiſſimeque emendatum, ſub Præſulatu Reverendiſſimi Domini, Domini Urielis, *Archiepiſcopi Moguntinenſis, per* Joannem Scheffer *in urbe Maguntina, hujus artis impreſſoriæ inventrice elimatriceque prima, feliciter conſummatum & impreſſum Kalend. Ianuar. anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo tertio.*

CAPUT VI p. 45

oſtendit, JOANNEM FAUSTUM, vel PETRUM SCHOYFFERUM, non autem JOANNEM GUTENBERGERUM, primos exiſtimandos eſſe Typographos Moguntinos.

Præcedentes ſubſcriptiones docent, quod & vero eſt conſentaneum, primum, qui in-

notuerit, Moguntiæ typographum fuiſſe *Joannem* vel *Hans Fuſt*, non autem *Joannem Gutenbergerum*, putatitium illum nobilem aut equitem, fuiſſe. De hoc ſupra obiter diximus, in ſequentibus, ut ſperamus, plura allaturi. Antiquiſſimus, quem vidi, liber eſt *M. Tull. Cicero de Officiis &c.* quem exemplum meum membranaceum, & duo alia chartacea, alterum Raphelengii, alterum Bibliothecæ Leidenſis, Moguntiæ anno 1465. impreſſum eſſe teſtantur. *P. Ramus* annum appellat 1466, juxta cum Henrico Salmuth a) *ad Guidonis Panciroli Nova Reperta*, qui idem teſtatur, in exemplo, quod in Bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum aſſervatur, hæc legi:

Præſens M. Tullii *clariſſimum opus* Jo. Fuſt, *Moguntinus civis &c. manu* Petri de Gernsheim *p. m. fel. eff. Finitum anno M CCCC. LXVI. die IV. menſis Februarii*,

In hac inſcriptione *Joannis Fuſti* famulus non prænomine ſolo, ut in exemplo meo, *Petrus* dicitur, ſed addito cognomine, ſive gentilitium, ſive a ſolo natali deſumtum putes, *Petrus de Gernsheim* appellatur. Idem in *Rami* exemplo fieri ſupra monui. Præterea in quibusdam exemplis exprimitur menſis dies, quartus nempe Februarii, quo idem liber ad finem ſit perductus. Hujus vero exemplum meum nullam facit mentionem. Hæc itaque exem-

a) *Tit. 12. de Typographia.*

exempla anno, poſt meum illud, in lucem prolata videntur, divenditis ſcilicet prioris editionis exemplis, & altera denuo parata. Auguſtanum itaque exemplum, una cum p. 46 *Rami* illo, poſterioris ſunt editionis; prioris vero membranaceum meum, ac duo illa formæ ſimilis, chartæ licet impreſſa, alterum Bibliothecæ Lugdunenſis, alterum Franciſci Raphelengii, cum tria illa annum M CCCC LXV. referant.

Quæ ut clarius pateant, pace Lectoris benevoli, ſecunda vice apponam formulam, quæ in calce exempli mei legitur; Eam vero non ita, ut in capite ſuperiori exſtat, interpunctionibus inconvenientibus & obſcuris, præeunte edito exemplo, deturpatam; ſed, prout imprimi debebat, repræſentabo:

Præſens Marci Tullii *clariſſimum opus* Johannes Fuſt, *Moguntinus civis, non atramento, plumali canna neque area, ſed arte quadam perpulcra* Petri *manu pueri mei feliciter effeci. Finitum anno M. CCCC. LXV.*

Subſcriptionem hanc, quæ in utroque exemplo, Leidenſis ſcilicet Bibliothecæ & Raphelengii illo exſtat, convenire cum hac noſtra, hic exhibita, ſupra diximus. Hoc non obſtante, notatu digna ſunt, quæ laudatus Raphelengius in Catalogo quodam librorum, b) auctionis ritu venditorum, in hanc ſententiam ſcripſit:

b) *Anno* 1626. 3. *Octob.*

M.T. Ciceronis *Officia & Paradoxa Moguntiæ* 1465.

Hoc exemplar eſt primum ſpecimen inventionis typographicæ, teſtibus Ramo *& aliis, quod ipſum conteſtantur etiam hæc ſub finem Paradoxorum ſubjuncta verba: Præſens* M. Tullii *clariſſimum opus* Joannes Fuſt &c. *Finitum anno* MCCCCLXV. *Similia huic exemplaria in Auguſtana & celebrioribus Europæ Bibliothecis pro cimelio curioſe aſſervantur.* Hæc ille.

Ut hæc omnia accuratius definiantur, ipſa *Rami* verba ex Scholarum Mathematicarum lib. II. deſcribenda videntur:

p. 47 *Beneficio Mathematico* (inquit) *mirabiles tres artes ſunt inventæ.* Primo Bombardica, *ſeu tormentorum bellicorum machina* &c. *à Germano quodam reperta* &c. Secundo *ex eadem gente mathematico beneficio prodiit* Typographia, *quæ videtur in* c) Purbachii *tabulis ad* d) Regiomontanum *referri, inter cujus opera ſaltem tentata ars illa mirifica literarum formatrix appellatur; neque chronologia repugnat, cum primum Typographiæ exemplum Moguntiæ editum ſit an.* 1466. *à* Petro Gerneſo, *puero* Joannis Fuſtei, *ut conſtat è* Ciceronis *Officiis, quæ prima omnium typis æneis impreſſa ſunt. Exemplar officiorum iſtorum habeo in membrana impreſſorum; quæ ad finem adſcriptionem continet:* Præſens *M. Tullii* cl. o. I. F. Mog. c. n. a. p. c.

c) Georgius Purbach.

d) Joannes de Regiomonte claruit an. 1475.

a.p.c. neque ærea ſed arte q.p. manu *Petri de Gernsheim* pueri mei feliciter effeci. Finitum anno MCCCCLXVI. quarta die menſis Februarii. *Hæc inquam adſcriptio poſtremum tempus indicat libri primum typis impreſſi. Ita Typographia è mathematis Germania primum nata eſt.* Poſtremo Nautica *atque in omnes univerſi orbis oras navigatio, excitatis jam per univerſam Italiam mathematis* &c.

His addantur, quæ H. Salmuth *ad Guidonis Panciroli Nova Reperta, Titulo XII. de Typographia* monet; inter alia de Auguſtano exemplari hæc teſtatur:

Exemplar Officiorum Ciceronis *Moguntiæ primo, ut putatur, impreſſorum in Bibliotheca Auguſtana adſervatum, hanc in fine continet inſcriptionem:* Præſens *M. Tullii* cl: o. I. F. Mog. c. n. a. p. c. neque ærea; ſed arte q. p. manu *Petri de Gernsheim* pueri mei fel. eff. Fin. an. 1466. die 4. menſ. Febr.

Animadverto etiam *Georgium Fabricium* ejusmodi exemplo librorum *Ciceronis de Officiis* in concinnanda ROMA ſua uſum eſſe. In ea enim epitaphia quædam ex editione hac Moguntina affert, in cujus calce duodecim diverſa M. T. Ciceronis Epitaphia leguntur.

Subſcriptio iſta, iterum atque iterum dicta, in exemplo meo minio vel atramento rubro eſt impreſſa. Bibliophili, qui vel ipſi hæc *Officia Ciceronis* editionis ſecundæ poſſident, vel alibi reperiunt, circumſpiciant, ſi libet,

aut operæ pretium videtur, qua ratione ibi ſit expreſſa.

Videbitur forſan quibusdam, fieri non potuiſſe, ut temporibus iſtis, interjecto tam p. 48 brevi ſpatio, idem liber denuo imprimeretur. Contra hæc vero putabunt ſimilius, in exemplis nonnullis, libro ſub prelo ſudante, quædam eſſe mutata, & nomen typographi vel typothetæ aliquanto clarius expreſſum eſſe, die etiam, quo abſolutus ſit, addito. Hoc niſi ita accidit, atque adeo nec mutatio quædam, nec altera editio, ſuſcepta fuit; fieri poteſt, ut *Ramus* & *Salmuthus* enormiter errarint. Id tamen difficulter mihi perſuadeo, nec errorem ſubeſſe adhuc ſuſpicor. Nihil interim definio, rem omnem curatiori examini permittens.

CAPUT VII.

De antiquiſſimis libris Moguntiæ impreſſis relatio.

Pergo Moguntinis alios libros, iis, quos ego vidi, & capite præcedenti recenſui, antiquiores, vindicare, quos tamen nec ipſe vidi, nec, ubi in præſentia aſſerventur, novi. Viri interim fide digni ſunt, qui eorum faciunt mentionem.

Primus horum eſt Auctor antiqui Chronici Colonienſis, abſoluti ac impreſſi anno 1499. qui teſtatur, Biblia Latina Moguntiæ

anno

anno jubilæo 1450. impreſſa eſſe typis majoribus, quam quibus tum temporis Miſſalia imprimebantur. Verba infra diſertius adferam ubi lauream meam ex inſtituto texam, & demonſtrabo, typographiam jam ante illa tempora in Hollandia fuiſſe inventam. Nunc ſequentia tantum, tanquam huc pertinentia, exhibeo:

In den jairen uns Heren do men ſchreyff MCCCC L. do was eyn gulden jair, do began men tzo drucken, ind was dat eyrſte boich dat men druckde die Bybel zo Latijn ind wart gedrukt mit eynre grover ſchrifft, as is die ſchrift dae men nu Myſſeboicher mit druckt.

Ab aliis etiam horum Bibliorum, Moguntiæ anno illo 1450. impreſſorum, mentionem fieri video. Ita CBST. RS. R.O.M. P.G. *inf.* auctor libri, quem inſcripſit: *Stry-dende, overwinnende ende triumpherende Waerheyd*, e) h. e. *Veritas dimicans, vincens & triumphans*, capite primo, ubi de Bibliis authenticis agit, antiquiſſimis emendatorum Bibliorum editionibus hanc etiam annumerat, ſcribens:

De f) *ghemeyne Latijnſche Bibels ſiinde gedruckt tot Ments* 1450. *ende* 1472.

Equidem vidi ejusmodi Biblia majoribus & antiquis literis membranis inſcripta, non autem typis tam antiquis impreſſa:

e) *Antwerpiæ anno* 1625.

f) *Vulgata Biblia.*

- - *Non omnia poſſumus omnes.*

Neque tamen hoc rei ipſi fraudi fuerit; tantum abeſt, ut probos iſtos viros mendacii arguam.

Pariter non vidi *Donatum* & *Confeſſionalia* eodem anno 1450. Moguntiæ impreſſa apud Johannem Fauſtum. De his legi ſequentia, quæ hic deſcripta uſui erunt haud vulgari:

Johannes Fauſt, *civis Moguntinus, avus maternus* Joannis Schœffer, *primus excogitavit imprimendi artem typis æreis, quos deinde plumbeos invenit; multaque ad artem poliendam addidit ejus filius* Petrus Schœffer. *Impreſſus eſt autem hic* Donatus *&* Confeſſionalia *primum omnium anno* 1450. *&c.*

Donatus iſte membranis eſt impreſſus, cujus primo folio ſequentia manu *Mariangeli Accurſii*, inſcripta ſunt, teſte Reverendo ac erudito *Angelo Rocha a Camerino*, g) qui ea deſcripſit, αὐτόπτης, libri conditionem ita repræſentantia:

p 50 *Typographicæ artis inventum uſui chartarum apud nos frequenti & valde utili, ita præſtat, vix ut verbis unquam explicari queat. Hoc enim novo ſcribendi genere, tantum uno die ab uno homine litterarum imprimitur, quantum vix toto anno, ut* Polydorus Vergilius] *lib. II. cap. 7. (vid. ſupra pag. 241. in not.) teſtatur, a pluribus ſcribi poſſet. Hinc non ſolum mira librorum copia ad nos manavit, atque*

g) *In Appendice Bibliothecæ Vaticanæ*, p. 409-412.

que ita, ut quisque, quamvis egenus, litterarum ſtudiis facilius incumbere queat, verum etiam Scriptorum monumenta ab omni prorſum interitus periculo vindicata ſunt, & quotidie non modo ab hujusmodi interitu, ſed ab aliis etiam incommodis, quæ multa ſunt, vindicantur. Quamvis autem impreſſoria hujus generis ars in Europa, anno à partu virginis 1442. *fuerit inventa, ut multi ſcribunt, eam tamen in magno Sinarum regno ante annos plus minus bis mille in uſu fuiſſe, atque nunc eſſe accepi à multis, qui inibi diu vixerunt, & præſertim à* Michaële Rogerio *Neapolitano è Societate Jeſu, qui cum undecim annos ad Chriſtianam fidem propagandam eo in regno vitam duxerit, nunc Romam ab ejus regni incolis miſſus, ait ſe legiſſe libros, verbis & characteribus Siniacis impreſſos ante Salvatoris noſtri adventum annos circiter quadringentos. Typographica vero ars, quæ dicto in regno exercetur, diſtat à noſtra; ea enim non habet characteres ex plumbo ac ſtanno conflatos, quibus utuntur noſtrates, ſed in tabulis inſculptos, quales nos interdum effingimus, cum figuras in tabulis ligneis vel laminis æreis incidendas curamus, & alia id genus permulta. Utuntur præterea Sinarum incolæ in imprimendo paginis tenuiſſimis, ex cujusdam arboris cortice confectis; ut ſupra à nobis non ſemel* (*pag.* 341. & 379.) *dictum eſt, cum de quodam libro apud Siniacos impreſſo, quem Frater Spiritus Vicentinus, ſummus olim Auguſtinianorum Magiſter, Sixto V. dono dedit, mentionem fecimus. Hujus item generis libros aliquos vidi aſſervatos penes Michaëlem Rogerium, nuper à me nominatum, qui mihi paginam, ora-*

oratione dominica & ſalutatione angelica inſignitam & verbis & characteribus Siniacis impreſſam donavit. Utuntur denique variorum colorum atramento, & vice glutinis alumen adhibent in paginis conglutinandis, aut tenuiſſime illinendis, ut quandam eis ſoliditatem aut tenacitatem ad characteres recipiendos tribuant; nam ob miram chartarum tenuitatem nonniſi altera cujusque pagina facies imprimi ſolet, ut ego ipſe vidi. Hoc autem admiratione dignum eſt, omnes dictiones Siniaca lingua eſſe monoſyllabas, ut in oratione dominica, quam ſuo jam loco appoſuimus, videre eſt. Multos igitur poſt annos ars typographica in Europa anno ſalutis noſtra 1442. *inventa fuit, ut* Polydoro *placet, à* Joanne Guthembergio *natione Teutonico, equeſtri dignitate viro, ſicut ab ejus civibus ſe audiſſe ait, in oppido Germania, quam* Moguntiam *latine dicunt, vulgari vero ſermone* Maintz, *Decimo ſexto deinde anno, qui fuit ſalutis humana* 1458. *quidam nomine* Conradus, *eodem* Polydoro *teſte, homo itidem Germanus, Romam primo in Italiam intulit, quam deinde Nicolaus Jenſon Gallus mirum in modum illuſtravit. Hac* Polydorus. Volateranus *autem duos fratres Alemannus in Italiam advexiſſe artem impreſſoriam, & anno ab orbe redemto* 1465. *Roma inſtituiſſe, & libros Sancti Patris* Auguſtini *de civitate Dei &* Lactantii Firmiani *inſtitutiones primum impreſſas fuiſſe ajunt. Sunt qui velint, hujus artis inventores fuiſſe* Joannem Fauſtum, & Ivonem Schœfferum *anno Dominica incarnationis* 1440. *deinde à* Joanne Guthembergio *eam illuſtratam fuiſſe in Germania; anno vero*

1460.

1460. à Conrado *item Germano Romam*, à Sixto *autem* Ruſſinger *Argentinate Neapolim advectam*, *& in Italia ab* Aldo *ſeniore illuſtriorem fuiſſe redditam*, *& à* Nicolao Jenſone *Gallo in Galliam aſportatam. Sed in tot Scriptorum controverſia apponere libet, quod manu* Mariangeli Accurſii *exaratum in prima Donati Grammatici pagina inveni.* Aldus *enim junior, vir quidem eruditus, & in antiquorum monumentis indagandis accuratiſſimus, oſtendit mihi librum Donati ex membranis confectum & impreſſum, in cujus priori pagina hæc ſcripta leguntur:*

Joannes Fauſt, Civis Moguntinus, avus maternus *Joannis Schœffer*, primus excogitavit imprimendi artem typis æreis; quos deinde plumbeos invenit; multaque ad artem poliendam addidit ejus filius *Pet. Schœffer*. Impreſſus autem eſt hic Donatus & Confeſſionalia primum omnium anno 1450. Admonitus certe fuit ex *Donato*, Hollandiæ prius impreſſo in tabula inciſa. *Hæc ibi, ubi etiam à latere eadem manu ſcripta leguntur*: Hæc ſcripſit Mariangelus Accurſius. *Hic liber eſt Grammatica Donati, non parum autem, quantum ad ordinem pertinet, ab ea diſtans, qua in Italia uti ſolemus; immo principium eſt adſimile Grammaticæ inſtitutioni* Guarini, *qui ab eo multa accepiſſe judicatur.* h) (*Hujus codicis typi, & imminutus imprimendi modus rudem illam inventionem præ ſe ferunt; characteres enim à primis illis in-*

h) Hæc tantum verba *Roebbr* quæ ſignis parentheſeos includuntur, in *Scriverii* libro exſtant.

inventoribus non ita eleganter & expedite, ut à noſtris fieri ſolet, ſed filo in litterarum foramen immiſſo, connectebantur; ſicut Venetiis id genus typos me vidiſſe memini.) Utcunque autem ſit, Typographia non ſolum à nobilibus & eruditis viris, ac ditiſſimis quidem fuit inventa, ſed etiam ab hujus generis hominibus diu exculta. Hac autem tempeſtate, in qua per totum fere terrarum orbem exercetur, viliſſimus quiſque, perpaucis exceptis, egenus præterea, nulliusque eruditionis homunculus eam illotis tractat manibus, ſpe tantum lucri aut mercaturæ exercendæ gratia ductus. Hinc factum eſt, ut ſoli fere mercatores, quorum multi nullum norunt litterarum elementum, pauperrimis hanc artem hominibus exercendam committant, quæſtum inde omnem deſumentes, & nonniſi labores litterarum concinnatoribus, qui & Compoſitores dicuntur, nec non iis, qui prælo præſunt, & Torculares vocitantur, relinquentes. Correctores inſuper vel ſatis mediocriter eruditi ob tenuiſſimam mercedem ad corrigendi artem eliguntur, vel ſi eruditi ſint, accurati eſſe non poſſunt, ob ingentem ſarcinam humeris imparem, quam tamen ſponte ſuſceperunt, ut die noctuque adlaborantes victum quotidianum ſibi comparare queant. Id quod etiam Compoſitoribus, Torcularibus, ac Proto, ceteriſque hujuſce artis operariis evenire ſolet. Dira igitur lucri cupido, pace bonorum dixerim, hanc nobiliſſimam artem & omni laude dignam deturpavit, viliſſimamque reddidit. Quamvis autem hæc ars à priſtino illo ſplendore degeneravit, characteribus exceptis, qui nunc pulchriores ſunt, & in majori extant varietate, addito item multarum rerum ornatu, non

defuerunt tamen noſtra ætate viri eruditiſſimi, publicam utilitatem adamantes, & honorem magis quam quæſtum ſectantes, qui ipſam diligenter excoluerunt, & in maxima conſervarunt exiſtimatione. Quos inter, Aldus Pius Manutius *Senior primum hac in re locum occupavit, atque ita, ut omnibus in rebus quidquid exacti, quidquid pulchri, quidquid denique boni appareat, id ipſum Typographia Aldina nomine ex proverbio nuncupari ſoleat: fuit enim doctiſſimus, ac non minus re, quam cognomine,* Pius, *omnique laude dignus, ut in Bibliotheca Aldina (pag. 402. & ſeq.) fuſius dictum eſt. Audivi enim ab iis, qui cum eo diu verſati ſunt, ut alias poſthabeam diligentias in Typographia præſtitas, duo ad ſummum folia ſingula quaque hebdomada imprimi ſolere, cum hodie totidem fere in ſingulo quoque prælo quotidie cudantur, nulla præſtita multis in locis accuratione, quin etiam (proh ſceleſtum & nefarium facinus) poſthabito Correctore. Hinc fieri non poteſt, quin libri multis conſperſi mendis atque hæreſibus imprimantur, ut frequentiſſime vidi. Huic ſane rei Principes Civitatum, non ſolum privatæ ſed publicæ etiam utilitati conſulentes, toto conatu invigilare deberent: vix enim verbis explicari poſſet, quantum boni ex hujusmodi arte naſcatur, ſi diligenter; contra vero, ſi negligenter, & ſpe ſordidiſſimi ſolum quæſtus exerceatur. Cujus enim bonus uſus, illam rem bonam dicas oportet: contra vero cujus uſus malus, ſicut de pecuniis, de armis, & de aliis dicendum eſt, & præſertim de ſclopo, quem vulgo vocitant arcumbuſium ab arcu & foramine, quod itali* buſium *dicunt. Idem ſentiendum eſt de tormento illo æneo,*

quod

quod Bombarda à bombo, ardeo & do *paſſim nuncupatur; nam facit bombum, terribilem ſcilicet ſonitum, ardet & dat. Quamvis enim hujuſmodi tormentum bellicum, ut ait* Polydorus, *caſu repertum à quodam Germano, homine admodum ignobili, ſed ut ait* Genebrardus, *à* Bartholdo Schwartz, *ſive* Nigro, *quem deinde hujus machinæ uſum Venetiis in illo bello, quod ad Foſſam Clodiam cum Genuenſibus anno ſalutis humanæ 1330. geſtum eſt, primum oſtendiſſe affirmat, non propterea diabolica res appellari debet, ſi uſus bonus ſit, hoc eſt, in defenſionem Eccleſiæ, juſtiſque aliis de cauſis adhibeatur. Artis etiam typographicæ uſus ſi ſit bonus, quantum inde boni naſcatur, vix unquam dici poſſet: ſi autem ſit malus, alterum tantum mali ex eo oriri neceſſe eſt, ut experientia ipſa docet. Studendum igitur eſt, ut ars typographica recte & cum ſplendore tractetur, non ſecus atque* Aldus *fecit, quem magna ex parte imitati ſunt* Badius Aſcenſius, Frobenius, Junctæ, Sebaſtianus Gryphius, Chriſtophorus Plantinus *& alii perpauci; ſed ut verum dicam, nunc à ſplendore illo deſciverunt. Quare* Sixtus V. *ad præclara omnia & ſane pia contendens, Typographiam Apoſtolicam Vaticanam magnificentiſſime inſtituit, viris doctis undique conquiſitis ad Concilia Generalia imprimenda, Sanctorumque Patrum monumenta reſtituenda Eccleſiaſticoſque libros promulgandos, nec non ad catholicam diſciplinam toto terrarum orbe propagandam. Quantum enim jactura paſſa ſit univerſa Theologorum catholicorumque Schola, quantove diſcrimini expoſita ſit, optime ipſe novit. Hinc nobiliſſimam Typographiam,*

phiam, rem quidem Pontifice, quin ſe ipſo dignam, in Vaticano inſtituit, Dominico Baſa, *Veneto, typographo, homine quidem navo & induſtrio ac ſagaci ad typographiam erigendam atque regendam electo, qui pro hujusmodi re præſtanda circiter quadraginta aureorum millia inſumpſit, nulli parcens incommodo, nullique impenſæ. Hæc præterea typographia Apoſtolica Vaticana & elegantia ac varietate ingentique characterum copia, latinis ſcilicet litteris, græcis, hebraicis, arabicis & Servianis, nec non chartarum pulchritudine ac bonitate, aliisque rebus imprimendi arti neceſſariis, ceteras typographias longe antecellit, viris eruditiſſimis ad exemplaria (quod caput eſt) recognoſcenda & illuſtranda ſelectis. Id quod Typographiam ipſam reddit nobiliorem, in qua Scriptura Sacra, Concilia, Sanctorum Patrum ſcripta, aliorumque Doctorum libri tum ſcholaſtici tum ſcripturales, omnesque denique codices ad Theologiam catholicamque diſciplinam hiſtoriasque Eccleſiaſticas pertinentes accurate indies imprimuntur. Hæc ſunt arma, quæ contra adverſariorum machinas veritati tantopere oppugnatæ opem ferunt; hæc denique ſunt arma illa, ad quæ cohortatur nos Beatus* Paulus *Epheſ. VI. dicens:* Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli, *& infra:* in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere; & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. *Hæc profecto arma a* Franciſco Lamata *Doctore Theologo, ex provincia Arragonia, viro quidem erudito, in ſua epiſtola ad* Sixtum V. *ſatis*

belle

belle explicantur. Quare ego, cum hæc mecum conſidero, in hanc devenio ſententiam, nihil Typographiæ Vaticanæ erectione præclarius & opportunius ad catholicam fidem defendendam excogitari potuiſſe. Faxit autem Deus, qui bonum incipit opus & perficit, ut divina hæc erectio illud habeat incrementum, quod à bonis ſperatur ac deſideratur. Hæc de typographiis.

Teſtatur ibi, typos hujus libri artis ruditatem ſatis ſuperque præ ſe ferre, primosque inventores non æque peritos fuiſſe chalcographos atque typothetas, quam quidem hodiernos: cum typi perforati, atque adeo filo in foramen ſingulorum immiſſo ſecum invicem connexi fuerint, quales ipſe Venetiis viderit. Hæc de *Donato* teſtatur *Angelus Rocha*; *Confeſſionalia* vero quod attinet, de iis nil amplius refert, quam quod teſte *Mariangelo Accurſio*, pariter Moguntiæ primo omnium cum *Donato Joannis Fauſti* anno 1450. impreſſa ſint. Eadem vero opera monet, hunc Joannem Fauſtum ſocerum fuiſſe Petri Schœfferi, & avum Joannis Schœfferi, i) tum temporis adhuc ſuperſtitis, & laude, ex typographia parta, clarentis. Id in calce præcedentis capitis docuimus.

Junius, vir celeberrimus, doctiſſimus ac fide dignus, cujus mentionem honorificam aliquoties fecimus, Moguntiæ anno 1442. k) *Ale-*

i) *circa annum* 1505.

k) vid. ſupra pag. 236. hujus libri.

Alexandri Galli Doctrinale, *cum Petri Hiſpani Tractatibus* (Logicis) tanquam primum Moguntinorum fœtum in lucem prodiiſſe iis ipſis typis deſcriptum, quibus non multo ante Harlemi uſus fuerat noſter *Laurentius*, teſtatur. Hæc ſcribit pro adſtruenda ſua ſententia, ubi ſimul Moguntinos manifeſti furti arguit, inque eos graviter animadvertit. Verba ejus, notatu digna, ita habent:

Joannes quidam, captato oportuno tempore, cum p. 51 *fure domo ſe proripit, donec Moguntiacum perventum eſt, ceu ad aſyli aram, ubi quaſi extra telorum ictum (quod dicitur) poſitus tuto degeret, ſuorumque furtorum aperta officina fructum uberem meteret. Nimirum ex ea, intra vertentis anni ſpatium, ad annum a nato Chriſto* 1442. *iis ipſis typis, quibus Laurentius fuerat uſus, prodiiſſe in lucem certum eſt Alexandri Galli Doctrinale, qua Grammatica celeberrima tunc in uſu erat, cum* Petri Hiſpani *Tractatibus (logicis) prima fœtura.*

Hi antiquiſſimi ſunt libri, Moguntiæ impreſſi, qui innotuerunt. Nos autem infra evidenter demonſtrabimus, libros eſſe iis antiquiores, atque adeo ante illa tempora imprimendi artem in Hollandia exercitam fuiſſe. Ante vero, quam hoc agamus, diſceptationem atque controverſiam, quæ inter Argentinenſes & Moguntinos de inventa typographia intercedit, breviter commemorabo.

CAPUT VIII.

Recenſio quorundam auctorum, qui Typographiæ inventionem Argentorato tribuunt.

Supra in præfatione noſtra numeris ligata monuimus, Germanos in laudando & deſignando nobiliſſimæ ac præſtantiſſimæ artis typographicæ inventore non conſentire, atque Argentoratenſes in hoc negotio controverſiam movere Moguntinis; Ibi Lector ſimul ablegatur ad Scriptores litigantes, quos in hoc opere recenſere & exponere conſtitueram, quot eorum mihi quidem innotuerunt. En igitur, quæ ea de re comperta habeo. In fine Capitis primi, nec minus Capite tertio, quarto & quinto, de putatitio quodam nobili & equite Germano, *Joanne Gutenbergero*, Argentorati nato, ac cive Moguntino, diximus. Hujus famulus & affinis fuiſſe dicitur *Petrus Schœfferus*; ineptiſſime, ut mihi videtur, cum e contrario *Petrum Joannis Fuſti* famulum fuiſſe appareat. *Joannes* iſte *Gutenbergerus* a
p. 52 multis habetur & exiſtimatur primus artis inventor, quam Argentorati inchoaſſe, ac inde rudem adhuc anno 1460. Moguntiam transtuliſſe, creditur. *Tractata eſt Typographia* (inquit in Annalibus Suevicis *Martinus Cruſius*) *Argentorati* 1) *anno* 1460 *ab Johanne Gutenbergio.*

1) *Forſan* 1440 *cum Wimphelingo.*

bergio.m) Jacobus Wimphelingus in Rerum Germanicarum Epitome, Cap. LXV. ait: *Anno Chriſti* 1440 *Friderico III. Romanor. Imp.* &c. usque ad verba: artem exercuerunt. (vid. ſupra pag. 174. &c.) Idem *Wimphelingus* præter alia ſcripta reliquit Catalogum Epiſcoporum Argentinenſium, ubi in Vita *Roberti de Bavaria*, Epiſcopi Argentinenſis, ſcribit: *Sub hoc Roberto nobilis* &c. (vid. ſupra pag. 174.)

In his bonus vir non eo progreditur, quo excurrit in *Epitome* ſua. Satis habet, breviter & paucis verbis innuere, temporibus Epiſcopi *Roberti*, Bavari, nobilem artem typographicam, ab Argentinenſi quodam, (cujus nomen reticet) ex parte inventam eſſe; qui, edoctus, alios quoque in hac arte inveſtiganda Moguntiæ laborare, eo ſit profectus; ut proinde ars illa in ædibus *zum Guttenberg* in laudem & gloriam Germanorum ſempiternam, ad apicem ſit perducta. In dicta vero *Epitome* rem fuſius exponit, ceu ex parte jam conſtat, & modo ex ſequentibus conſtabit. *Nec ſolum* (inquit) *noſtri ex hac arte* &c. (vid. ſupra pag. 174. ſq.)

His ſubjungit *Wimphelingus*: *Non eſt prætereundus* Joannes Prus, *municeps noſter, qui hanc artem hodie in urbe Argentina diligenter excolit, qui infinita volumina literarum ſtudioſis legenda dedit. Multi ſummi & celebres viri hoc impreſſorium munus laudaverunt, ut* Polydorus Urbinas, ut Bero- p. 53

m) *vixit anno* 1500.

aldus *præceptor tuus. Is in quadam oratione ſua:* Quod, *inquit*, ingenioſius inventum, quam ars literaria impreſſoria, vel ut latinius loquar, excuſoria, qua nihil utilius. *Et alibi idem* Beroaldus *in quodam hendecaſyllabo:* O Germania &c. (vid ſupra pag. 173.) *Non piguit in præſentia eos, qui Chalcographiam vel invenerunt, vel illuſtrarunt, memorare. Non ſunt enim tantæ rei auctores ſua laude fraudandi, præſertim, ut poſteritas ſciat, quibus hoc divinum & immortale munus acceptum referre debeat.*

Non ſolus tamen n) *Wimphelingus*, ac diverſi alii, qui eum ſequuntur, inventionem typographiæ Argentorato per Guttenbergium tribuunt: ſed alia, eaque antiquiora, hujus rei indicia apud *Baptiſtam* o) *Fulgoſium*, Scriptorem Italum circa annum 1485. Memorabilium Lib. VIII. Cap. XI. leguntur: *Quam ingentes ſint quarundam artium effectus;* inter exempla recentiora: *De* Joanne Gutenbergio *Argentinenſi: Omnem mechanicæ artis effectum, non recentis modo, verum etiam antiqua, illud ſuperavit, quod ſcribendo* Guttenbergius *Argentinenſis oſtendit, primum a ſe inventa imprimendarum literarum ſcientia. Nam non ſolum uno die imprimendo plura ſcribere, quam uno anno calamis docuit. Verum cauſſa etiam extitit, ut aucta librorum commoditate bonarum artium ſcientia, quæ intermortua*

n) Anno 1502.

o) *Raph. Volaterranus* eum nominat *Baptiſtinum Fregoſum*, & alii *Campfulgoſum*.

mortua erat, velut ab orco excitata videatur. Viſus eſt enim immortalis Deus hujuſmodi induſtriam huic homini divinitus infudiſſe, veluti commiſeratione motus, quod tantarum doctrinarum volumina ſcribendi difficultate perirent. Per hanc igitur literarum imprimendarum artem præclariſſimi auctores, etſi diu ante fuerunt, tamen anno ſalutis quadringenteſimo ac quadrageſimo ſupra mille haud injuria iterum noti eſſe dici poſſunt. Hactenus *Fulgoſius.* Scriptoribus antiquis jure etiam annumerari poteſt *Fr. Jacobus Philippus Bergomas*, qui circa illa tempora floruit, & in Chronico ſuo, ſæpius recuſo, quod *Supplementum omnimodæ Hiſtoriæ* appellat, ita ſcribit: *Sub Pii II. Pontificatu ad annum* 1458. *Ars imprimendi libros his temporibus in Germania primum enata eſt, quam alii repertam aſſerunt à* Guttenbergo *Argentino, alii à quodam alio, nomine* Fuſto, *alii à Nicolao Jenſone prædicant, per quam innumerabiles congregaverunt divitias, qua certe nulla in mundo dignior, nulla laudabilior, aut utilior, ſive divinior & ſanctior eſſe potuit. In cujus quidem laudem quidam ex noſtris hus cecinit verſus, dicens:*

O felix noſtris memoranda impreſſio ſeclis,
Inventore nitet utraque lingua tuo.
Deſierat quamſi, totum quod fundis in orbem,
Nunc parvo doctus quilibet eſſe poteſt.

Omnes te ſummis igitur nunc laudibus ornent,
Te duce quando ars hæc mira reperta fuit.

p 54 in edito Brixiæ, anno 1485. Iam ex illis, qui *Wimphelingum* ſequi videntur, nonnullos tantum eosque præcipuos appellabo. *Gilbertus Genebrardus* Chronographiæ Lib. IV. in Eugenio IV. P. P. inter Humana ita: Joannes Guttenbergius *Argentinenſis artem Impreſſoriam ſeu Exeuſoriam, novum ſcribendi genus, primus excogitavit anno* 1440. *in urbe Argentinenſi, inde veniens Maguntiam, eam feliciter perfecit.* Idem teſtantur in operibus ſuis Chronologicis *Jacobus Gordonius* & *Jacobus Gaulterus*, ambo ex S. Jeſu. *Sethus Calviſius* in magna Chronologia ſua ad annum 1440. hunc Joannem Guttenbergium aurifabrum Argentinenſem appellat, addens, ejus ope ac magnis ſumtibus artem Moguntiæ primum in lucem productam; & ab ejus ſucceſſore *Joanne Mentelio*, ibidem typographo, auctam atque locupletatam fuiſſe. Pari ratione *Joannem Guttenbergium* primum exiſtimat inventorem *Math Dreſſerus* Millenario ſexto ad annum 1440. ſcribens, artem ab ipſo Argentorati tractatam & inventam, Moguntiæ autem perfectam eſſe; *Joannem* vero *Mentelium* Argentorati primum ingentia imprimendo volumina magnas ſibi opes peperiſſe. Imprimebat vero ille libros anno 1473. Ego inter meos numero *Speculum Hiſtoriale*

Fra-

Fratris Vincentii Bellovacenſis, *Ordinis Prædicatorum, impreſſum per* Johannem Mentellin *anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio.* Locus, ubi impreſſus eſt liber, ut videt Lector, non exprimitur, quod in aliis quoque libris & tractatibus, qui nudum *Joannis Mentelii* nomen præferunt, uſu venit. Hoc *Speculum* in duas ingentes & amplas diviſum eſt partes, in Bibliotheca publica Harlemenſi ac alibi conſpiciendum. Revertor nunc ad *Joannem Guttenbergium*, quem *Ivo Witigiſis* in Epitaphio (ſupra in extremo capite tertio a nobis exhibito) Moguntiæ natum aſſerit:

JOANNI GUTENBERGENSI MOGUNTINO, &c.

Daniel Angelocrator Chronologiæ Lib. IV. de eo ſic ſcribit: *Anno* 1440 *Ars Typographica inventa decennio comparatur auctore* Joanne Guttenberg, zum Jungen, *Equite Moguntiæ.* Sequitur is, quod mihi perſuaſum habeo, *Joannem Trithemium* in Chronico Sponheimenſi Anno 1450. *His temporibus ars imprimendi & characterizandi libros à novo reperta eſt in civitate Moguntina, per quendam civem, qui* Joannes Gutenberg *dicebatur, qui cum omnem ſubſtantiam propter nimiam difficultatem inventionis nova in eam perficiendam expoſuiſſet, conſilio & auxilio bonorum virorum,* Joannis Fuſt *& aliorum, adjutus rem inceptam perfecit. Primus autem hujus dilatator fuit poſt ipſum inventorem* Petrus Opilionis *de Gernsheim,* p. 55

heim, qui multa volumina ſuo tempore impreſſit. Morabatur autem præfatus Joannes Gutenberg *Moguntiæ in domo, dicta* zum Jungen, *quæ domus usque in præſentem diem illius novæ artis nomine dignoſcitur inſignita.*

Hic non legitur, hunc *Joannem Gutenbergium* fuiſſe Argentinum; nec idem innuit M. *Ant. Sabellic.* Lib. VI. Enneadis X. aut *Pol. Virgilius* de Inventoribus Lib. II. Cap. VI. ita ſcribens: *Joannes Gutbenbergius, natione Theutonicus,* &c. (vid. ſupra pag. 242.)

Hæc leguntur in emendato ejus ac ſecunda vice anno 1517 edito libro. p) Octodecim vero annis ante, junior adhuc, alium perhibuit inventorem, nomine q) *Petrum. Verba* ejus in editione anni 1499 iſta ſunt: *Quidam itaque Germanus, nomine Petrus, (ut ab ejus conterraneis accepimus) primus omnium in opido Germaniæ* &c. Antonius Coccius Sabellicus Enneadis X. lib. VI. (Tom. II. Opp. p. 958. ed. Baſil. 1560. fol.) *Per idem tempus* (inquit) *libraria impreſſio apud Italos vulgari cœpta eſt, res ſane memorabilis, nec minore admiratione digna, ſed multo admirabilior futura, ſi non adeo vulgari contigiſſet; mirum & vix credibile dictu, ſed verius vero, tantum literarum uno die opificem unum formare, quantum vix biennio velociſſimus queat librarius.*

p) *Anno* 1499.

q) *Peutingerus* quoque *Petrum* appellat, teſte *Fr. Irenico* Lib. 2. Cap. 47.

xius. Commentum id Theutonicum, fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minore quæſtu. Pulcherrimi inventi autor Ioannes Gutembergius, *equeſtri vir dignitate, Maguntiaeque res* r) *primum tentata eſt, majore quidem fiducia, quam ſpe, Annis circiter* s) *ſexdecim, priusquam in Italia res cœpta ſit vulgari. Sunt qui inter initia Pientini pontificatus id opificium Italiæ invectum dicant, quod non multum ſit diverſum ab eo, quod alii prodidere, ut in eum ipſum annum* Caliſti *exitus inciderit, &* Pii *Pontificis creatio. Sed utcunque res ſignanda eſt, claruerunt plerique ejusmodi opificio, ſed omnium maxime opibus & eleganti literarum forma multum ceteros antecelluerunt* Nicolaus Ienſon *&* Ioannes Colonienſis, *ambo Teutonici, quibus multi diligentem operam navarunt, varia recognitione, ut in jure pontificio* Petrus Trecius, *quem audio gloriari ſolitum XXX. voluminum millia ex formula recognitionis ſua librariis officinis impreſſa. Reddidit* Maripetri *principatum ad poſteros illuſtriorem libraria impreſſio, res humano generi gratiſſima, qua omnis vita continetur.* In his ita tradendis plures alii conſentiunt. Quid vero ſibi vo- p. 56
lunt *Natalis Comitis* verba, qui Hiſtoriæ univerſæ ſui temporis Libro XXIV. (pag. 525. ed. Argentor. 1612. fol.) ubi de Harlemo ab Hiſpanis graviter obſeſſo commentatur, ita ſcribit: *Memorabilis eſſe poteſt hac urbs* (Harlemum) *ob divinum prope inventum imprimendorum librorum:*

V 5 quod

r) circa Ann. 1442.

s) Anno 1458. juxta Polydorum.

quod fuit Ioannis Gutenbergii *primum excogitatum anno Salutis noſtræ* 1453. *qui cum rudem quandam rationem prius inveniſſet, uti ſunt res prope omnes recens ortæ, habuit famulum ſatis callidum & artis domini obſervantem. Famulus, mortuo* Ioanne, *ubi Moguntiacum adiiſſet, artem ad meliorem rationem perduxit: atque inde didita eſt fama, quod ejus urbis fuit* t) *inventum.* Mira, quæ audio. u) *Gutenber-*

x) *Caſp. Bitſchius* in notis ad h. l. hæc obſervat: *Artis* impreſſoriæ ſeu typographicæ inventionem ſibi adſcribere Harlemenſes præter *Natalem* noſtrum etiam ſcribit *Pet. Bertius* lib. II. tabularum Geograph. in deſcriptione Hollandiæ, ut & *Ge. Braunius* lib. I. Civitatum charta 37. nec non *Ludov. Guicciardinus* in Belgica, ſub deſcriptione urbis Harlemenſis, præcipue vero *Io. Franc. Petitaus* in magno Chronico Bataviæ T. I. lib. 4. ſub fin. qui bujus inventionis occaſionem, originem & progreſſum exponit, ac *Laur. Ianſonium*, unum ex primariis civibus Harlemenſibus primum inventorem fuiſſe; ſed *Ioannem Fauſtum*, unum ex quatuor operariis illius *Laurentii Ianſonii* ejusque generi *Thomæ Petri*, captata occaſione in feſto nativitatis Chriſti, cum omnes ſacris intereſſent, inſtrumenta & ſcientiam imprimendi Domino ſuo ſurripuiſſe, ac poſtquam Amſterdamum indeque Coloniam ac tandem Moguntiam veniſſet, artem illam novam, quaſi a ſe inventam, exercuiſſe tradit, auctoritatibus quibusdam eam in rem adductis. Qui locus totus a verbo ad

bergius dicitur Harlemenſis: ſed ea prudenti Lectori dijudicanda permitto.

CAPUT

ad verbum exſcriptus legitur in nova Belgicæ deſcriptione Guicciardina Gallica p. m. 248. & 249. Verum Moguntiæ primum an. 1440. hanc artem inventam eſſe à *Ioanne Fauſto*, cive Moguntino, aut certe à *Ioanne Gutenbergio* Argentinenſi ſcribunt *Io. Aventinus* lib. XVII. annal. Bojor. *Polydorus Vergilius* lib. II. de invent. rer. cap. 7. *Conr. Peutingerus* in antiquit. Germaniæ M. *Ant. Coccius Sabellicus* Ennead. X. lib. VI. & alii plerique. Paulo aliter *Iac. Wimphelingus* in lib. de Germania cap. 65. qui artem hanc eodem quidem an. 1440. & ab eodem *Ioanne Gutenbergio* Argentinenſi, ſed in urbe Argentina ibi is eam inceperit, ac demum Moguntiæ adimpleverit, adinventam eſſe ſcribit. Quem ſequitur *Franciſcus Irenicus* lib. 2. exegeſeos Germaniæ cap. 47. nec non *Matthæus Dreſſerus* in Iſagoges Hiſtor. millen. 6. P. I. p. m. 429. & *Martin. Cruſius* Part. III. annal. Svevic. lib. VII. cap. 2. qui & in paralipomenis chronici Urſpergenſis idem haberi refert. Alii in prædio Alſatiæ, nomine Ruſſemburgi, inceptam primitus hanc artem fuiſſe ſcribunt, quod à ſono imprimendorum librorum dixerunt, ac Moguntiam primo impreſſos libros delatos; unde fama, illic repertam fuiſſe hanc artem, referente eodem Irenico d. loco. *Pomponius Lætus* huic Germanorum laudi inſidiatus eſt, & Italis adſcripſit, Saturnum Italiæ quondam æreas notas tradi-

CAPUT IX.

Diſſenſio Auctorum de Inventore Typographiæ in urbe Argentoratenſi.

Iacobus Wimphelingus Seleſtadienſis & plures alii, qui inventæ Typographiæ gloriam Argen-

didiſſe adſerens, quem refellit *Peutinger* in antiquit. German. *Io. Anton. Campanus* à Gallis inventam exiſtimavit, eo quod *Ulricus Gallus* (quæ tamen vox non nationem ſed familiam viri ſignificabat, cum *Han* Germanice diceretur & Moguntinus eſſet) primus hanc artem Romæ intulerit. Vide *Irenicum* & *Aventinum* locis citatis; & *Michaelem Fernum* in vita Campani, *Theod. Zwingerum* Vol. 20. Theatri vitæ hum. lib. I. p. m. 3629. Sed & apud Sinenſes vel Chinenſes populos in oriente ultimo aliquot ſeculis, antequam in Europa fuerit cognita, ita ut, qui primus excogitarit, non conſtet, artem imprimendorum æneis formis librorum (ut artem tormentariam) in uſu fuiſſe ſcribit *Hieron. Oſorius* lib. XI. de rebus geſtis Emanuelis Regis Luſitaniæ. Nec non *Io. Hugolinſcotus* (leg. *Hugo Linſcotanus*) in hiſtoria navigationis cap. 24. Non tamen exemplis, uti nos, libris imprimendis, ſed laminis inciſas literarum formas ab illis adhiberi notat *Io. Metellus* in hiſtoria de novis inſulis & novo orbe. De Catainis quoque Indis, qui Chinenſibus ſunt finitimi, ex relatione mercatorum Luſitanorum refert *Iovius* lib. XIV. Hiſtor. quod apud eos ſint typographi artifices,

gentorato adſcribunt, primum dicunt inventorem *Ioannem Gutenbergium*, uti Capite præcedenti fuit expoſitum. At *Iacobus Spiegelius*, civis ejus et conterraneus, inventionem artis hujus tribuit *Ioanni Mentelio*, eamque anno 1444. vin-

ces, qui libros hiſtorias & ſacrorum cerimonias continentes more noſtro imprimant; quorum longiſſima folia introrſus quadrata ſerie complicentur, cujus generis volumen à Rege Luſitaniæ cum elephante dono miſſum *Leoni* Pontifici, ab hoc ſibi oſtenſum eſſe ait. Quod ut facile concedi poteſt, cum & illinc ſint homines ratione præditi, ad inveniendum apti, nihilque prohibeat, teſte *Ariſtotele*, easdem artes à diverſis, vel eodem, vel etiam diverſo tempore, citra ullam communicationem inveniri; ita probandum minus videtur, quod ibidem ſubjicit *Iovius*, ſe facile credere, ejus artis exempla, antequam Luſitani in Indiam penetrarint, per Scythas & Moſcos ad nos perveniſſe. Videtur enim hoc ex invidia erga nationem noſtram profectum; ut cum pulcherrimæ artis ortum Germanis eripere non poſſet, ſaltem non per eos inventam ſed ab Indis acceptam confingeret. Nimirum quia barbari Scythæ multum has artes pacis altrices curant, & pro ſua humanitate eas in mediam potius Germaniam, quam in vicinam Poloniam aut Ungariam, inferre voluerunt &c. *Theodorus Zwingerus* in Theatro vitæ humanæ Vol. XX. lib. 1. p. 3629. & lib. 3. p. 3713.

u) Mira hallucinatio, quæ ſe ipſam prodit.

vindicat. Hic vero *Io. Mentelius* ut typographus Argentorati claruit, & multa edidit ingentia opera, teſtibus libris, & iis, quæ ſupra expoſuimus. *I. Spiegelii*, Seleſtadienſis, in Scholiis ad Richardi Bartolini Peruſini Auſtriados Lib. IX. (pag. 649. Scriptorum Hiſtoriæ German. à Iuſto Reubero edit.) verba ſunt: *Fato quodam Germanica ingenia cæteris præſtant in ære tractando; ut abſoluta, quæ quotidie edunt, opera docent. Inſigniter autem divina illa impreſſoria ars Argentorati primum per* Io. Mentel, Schotti *noſtri avum, anno Chriſti* 1444. *inventa teſtatur ſimul cum bombarda.* Hic videmus, *Ioannem Gutenbergium* præteriri, quod etiam fit ab aliis. Sed ea prolixiora ſunt, quam quæ exponamus: quando
p. 57 quidem ad finem nitimur. Ideo brevitati ſtudentes, Lectorem hic tantum monebimus, ejusque permittemus judicio, quid tandem ſit habendum de putatitio illo nobili aut equite, qui aliis *Ioannes*, aliis *Petrus Gutenbergius* appellatur. Miſſis igitur recentioribus, unum tantum eumque antiquum auctorem, celebris Abbatis Trithemii æqualem, in medium proferam. Eſt ille x) *Paulus Langius*, Cygnæus, in Chronico Citicenſi ſub anno Chriſti M CCCC LIV. (Tom. I. Scriptorum Hiſtoriæ German. Io. Piſtorii pag. 865.) *Circa id tempus*, inquit, *ars imprimendi libros primum in Germania exorta*

x) *Claruit hic Monachus Bazavienſis circa annum* 1500.

orta eſt Moguntiæ per Petrum Gutenbergum, *equeſtris ordinis virum, qui ſolertiſſimo ingenio novam ſcribendi artem ſimul & novum atramenti genus, quo impreſſores tantum utuntur, excogitavit. Magnum certe ac vere divinum munus. Tantum enim uno die ab uno homine literarum imprimitur, vel (ut latinius loquar) formis excuditur, quantum toto anno à pluribus ſcribi non potuiſſet. Quod uno verſu* Campanus *ille diſertiſſimus Aprutinus Pontifex elegantiſſime expreſſit:*

Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.

Prædictis quadrat illud Germani poëta. Ita enim per quandam excellentiam Doctorem Sebaſtianum Brant *appellare ſoleo:*

Nuper ab ingenio Rhenanæ gentis & arte
Librorum emerſit copia larga nimis.
Et qui divitibus vix regi obvenerat olim,
Nunc liber in tenui cernitur eſſe caſa.
Gratia Diis primum, mox impreſſoribus æqua
Gratia, quorum opera hæc prima reperta via eſt.
Quæ doctos latuit Græcos Italosque peritos
Ars nova, Germano venit ab ingenio.

Auctorem ejusmodi aut narrationem ſecutus videtur *Polydorus Virgilius* in prima trium librorum ſuorum *de rerum Inventoribus* editione, ubi y) primum inventorem non *Ioannem*, ſed *Pe-*

y) *Lib.* 2. *Cap.* 7.

Petrum nominat. M. *Melchior Adamus* Sileſius in vitis Germanorum illuſtrium volumine primo, in limine, ubi de *Ioanne Fauſto*, ac *Ioanne Guttenbergio* agit, primum ipſis locum tribuens, hæc ſcribit: *Nomina haud raro aliquid portendere, jam olim non uno exemplo confirmatum ſcimus. Ita enim, ut de ſacris nihil dicamus,* D. Octavius, *Monarchiæ Romanæ confirmator, vero augendi omine, volente Senatu, Auguſti cognomen adſumſit; ſicut contra* Auguſtuli *male ominoſo nomine appellatus eſt A. C.* 475. *ultimus in Italia Occidentis Imperator. Hac ratione &* Ioanni *illi* Fauſti *nomen fatale non abſurde dixerim; qui primus vel artem typographicam invenit, vel ſaltem inventam adjuvit & feliciter abſolvit. Fuit is* Fauſtus *Germanus, civis Moguntinus, qui divino haud dubie inſtinctu agitatus, ingenii ſagacitate plus quam Dædalea aut Cadmea, novum ſcribendi genus adinvenit, quam chalcographiam, typographiam, græce; artem impreſſoriam excuſoriamve latine nominamus. Factum id* Friderico III. *Auguſto imperante, ſub A. C M CCCC L. Verum hic ſunt divortia hiſtoriarum. Alii enim, iique non poſtremæ notæ hiſtorici,* Ioanni Guttenbergero (*ſunt, qui* Petrum, *ſunt qui* z) Iacobum *nuncupent* Ioannem Gutenberg) *Argentinenſi, equeſtris ordinis viro, acceptam hanc artem ferunt. idque decennio ante, anno nempe M CCCC XL. atque ſic narrant:* Ioannem *illum cum ſuo puero* Scheffero, *diu multumque de tali artificio cogitaſſe, tandemque literis vel compoſitis vel in aſſeres tabu-*

z) Hujus nominis auctorem non habeo.

*bulasve inſculptis, artis ſpecimen quale quale exhibuiſ-
ſe; ei poſtea opibus & conſilio adjutores fuiſſe* Ioan-
nem Fauſtum, Ioannem Medinbachium, *alios.
Sunt è diverſo, qui aſſerant, à* Fauſto & Pet. Schef-
fero de Gerensheim, *genero illius, cui unicam fi-
liam* Chriſtinam *deſponderat, hoc diviniſſimum mu-
nus inter ſecreta adactis omnibus συνεργοῖς jurisjuran-
di religione ad ſilentii fidem, aliquantiſper habitum, li-
terasque in ſacculis clanculum in officinas importatas,
rurſumque ita exportatas; donec poſtea decennio exa-
cto* Fauſti *miniſter,* Ioannes *ille* Guttenberger, *in
Germania vulgarit. Sed quicquid hujus ſit, id tamen
in confeſſo apud omnes eſt, Germanos artificii hujus, nun-
quam ſatis laudati, primos eſſe auctores. Deinde &
hoc conſtat, ut omnium aliarum rerum, ita & typogra-
phicæ artis tenuia initio fuiſſe exordia, quæ progreſſu
temporis magis magisque fuerunt aucta à diverſis &
exculta. Nam integras paginas inciderunt primum
in lignum, deinde chartis commiſerunt literas ibidem
inciſas, & literæ primum è ligno facta ſunt, deinde ex
orichalco, tandem è ſtanno. Et cum, ut Philoſophus
ait,* facilius *ſit*, inventis addere, quam inveni-
re; *municipes illorum duûm annis ſequentibus adeo id
artificii genus expoliverunt, ut quid in eo deſiderari ho-
die poſſit, ne Momus quidem facile inveniat.* Ulde-
ricus Han, *quod nomen latinis* a) *gallum gallinaceum
ſignificat, natione Germanus, formas librarias Romam,
rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, circa an-
num MCCCCLX. intuliſſe fertur. Venetiis eandem
exceperunt* Hanſon Hamman, *dictus* Herzog &

X Octa-

a) Hinc *Campanus* & alii natione Gallum finxerunt.

Octavianus Scotus, *ut etiamnum libri impreſſi teſtantur. Anno autem MCCCCLXXI.* Sixtus Rufiger *Argentorato oriundus Neapoli libros primum cœpit excudere. In Gallia* Nicolaus Ienſon *librariam iſtam artem excoluit, qua ut* Campani, *Aprutini præſulis, verſu utar:*

Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.

Per Germaniam autem paſſim exercuerunt eam artifices in plerisque celebrioribus urbibus, ut Auguſtæ Ioannes Bemler *Biblia latina excudit anno* 1466. *Eslingæ typographus fuit an.* 1475. Conradus Finer. *Ulmæ circa eadem tempora* Ioannes Zainer *&* Conrad Denckmuth; *Coloniæ an.* 1490. Henricus Quentel; *Baſileæ eodem anno* Nicolaus Kesler; *Noribergæ* Antonius Koburger. Petrus Ramus *exemplum habuit Officiorum* Ciceronis, *in membrana impreſſorum, quæ ad finem hanc continuerunt adſcriptionem:* Præſens *M. Tullii &c.* (*vid. ſupra pag.* 176.) *Hujus artis periti erant primum ſummo in pretio, divitiisque affluebant, & magno ære opera eorum conducebatur. Argentinæ* Ioannes Mentel *id artificii genus inceptans, multis voluminibus caſtigate & polite impreſſis, factus eſt brevi opulentiſſimus. Sed ut in aliis etiam fit rebus, ita hodierna die, cum immenſa ſit librorum copia, ars hæc quoque utiliſſima vileſcit; & præter labores vix aliud typothetis & impreſſoribus relictum eſt, omni quæſtu ad officinarum dominos & bibliopolas redundante. Cæterum* Pomponius Lætus *majorum memoria, & poſt eum* Paulus Iovius, *hoc invento Germanos fraudare mala fide co-*

na-

nati ſunt. Ludovicus *etiam* Gvicciardinus, *in deſcriptione inferioris Germaniæ, Harlemi in Hollandia typographiam primum inventam Moguntiam inde exportatam inclareſcere cœpiſſe, vulgari fama Harlemenſium ſcribit.* Hadrianus *item* Iunius *in Bataviæ hiſtoria autorem ejus quendam* Laurentium Iohannem, *cognomento adituum ſeu cuſtodem, Harlemi laudat, verboſeque archetypi formam, cui titulus* Speculum ſalutis *fuerit, ſibi viſum, deſcribit. Qua de re candidis lectoribus judicium relinquimus. Illud admiratione majore dignum eſt, quod* b) *hiſtoriæ Indiarum orientalium teſtantur, apud Chinenſes cum typographiam tum tormentariam ante multa ſecula cognitam uſurpatamque. Ita enim inter alia* c) Ioannes Hugo Linſcotanus *αὐτόπτης de Chinenſibus*: typographia, bombardæ, tormenta bellica, pulvis tormentarius, & ſi quæ alia huc pertinent, fuerunt illis in uſu ante aliquot ſecula; nec vivit inter illos, qui memoria repetere poſſit, quando ejusmodi quidquam inventum ſit apud ipſos. Habent libros excuſos annis quingentis ſexcentisve prius, quam in Europa inventum fuit. Sunt ibi Bibliothecæ refertiſſimæ. *Hæc ille. Sed hinc evincitur hoc ſaltem, verum eſſe illud* Ariſtotelis *pronunciatum:* nihil prohibet, easdem artes à diverſis vel eodem vel etiam diverſo tempore citra ullam com-

b) *Hieron. Oſorius* lib. XI. de rebus Emanuelis, Iovius & alii.

c) Part. II. Indiæ Orient. cap. 26.

municationem, inveniri. *Nos hoc artificium, ut vir magnus graviter monet, agnoſcamus eſſe donum divinitus generi humano communicatum hoc ſeneſcentis mundi, vel potius ætate jam effœti ac fatiſcentis, ſeculo: ut renaſcentis in Eccleſia ſincerioris doctrinæ & aliarum neceſſariarum artium ſtudia, prolatis in lucem è tenebris omnis generis codicibus vetuſtis, inſtruerentur copioſa ſupellectile optimorum ſcriptorum, quorum fuit auctoritas ἀξιόπιςΘ, & ſublevaretur imbecillitas & ignavia hominum, fatali languore torpeſcentium. Grati etiam utamur tanto Dei munere, non ad obſcurandam, ſed ad illuſtrandam Dei gloriam; non ad disjungendas, ſed ad copulandas Eccleſias. Utinam artificium hoc vel populo Dei vel literis in Græcia ac Latio floreſcentibus notum fuiſſet, quam multi auctores, qua ſacri, qua profani, vel non intercidiſſent prorſum, vel ſaltem non ita manci atque mutili ad nos perveniſſent? Sed querelam abrumpo, & epigrammate à* Sebaſtiano Brand, *Iureconſulto, in laudem præſtantiſſimæ hujus artis ſcripto, materiam hanc finio. Carmen eſt ejusmodi:*

Nuper ab ingenio Rhenano &c. (vid. ſupra pag. 319.)

Wimphelingus cap. 65. *Polydor. Virgil.* lib. II. cap. 7. *Sabellic.* lib. VI. Ennead. X. *Huldericus Mutius* Chronic. German. lib. 28. *Paulus Langius* in Chronico Citizenſi pag. 865. *Zwingerus* in Theatro & alii. Hactenus *Melchior Adamus.* Plures alii poſſent addi; at multi duces Cariam perdiderunt, & nimia copia cautionem difficiliorem reddit.

Caput

Caput X. p. 58

Ubi probatur, Moguntiæ prius, quam Argentorati, impreſſos eſſe libros; & gloriam hujus inventionis *Moguntiæ* potius quam *Argentorato* eſſe tribuendam.

Utrum eques ille putatitius *Guttenbergius Ioannes* fuerit dictus, an *Petrus*, in eo definiendo non occupabimur: neque enim arridet labor inanis, nec operæ videtur pretium. Non magis Moguntiæ Argentoratum, vel *Ioanni Guttenbergio Ioannem Mentelium*, in præjudicium vel putatitii illius equitis, vel ipſius *Ioannis Fauſti* anteferre conabimur. Equidem non nego, typographiam recens inventam Argentorati quoque mox fuiſſe exercitam, temporibus tamen non æque antiquis ac Moguntiæ. Libri utroque in loco olim impreſſi rem ſatis ſuperque loquuntur atque teſtantur: neque adeo opus eſt, ut illius ætatis ſcriptores ſingulos accurate recenſeam; quorum alii partium ſtudio, alii errore ſeducti, gloriam inventæ typographiæ Argentorato tribuunt, eaque non ſolum Harlemum noſtrum omnesque Batavos, ſed ipſam quoque Moguntiam (quæ tamen prima eſt urbium Germaniæ, ubi ars Harlemenſis exercita & emendata fuit) temere ſpoliant. Rationibus multis iisque gravibus impedior, quo minus credam, Argentorato potius quam Moguntiæ tribuendum eſſe

 hunc

hunc honorem. Lector cordatus ipſe judicet, & legat catalogum variorum auctorum cum Moguntia facientium. Hunc ſequetur index ſcriptorum, qui partes Argentinenſium tuentur. Ego neutri ſubſcribo ſententiæ, in illo tantum elaborans, ut oſtendam digitis, quam lubrica ſit ac incerta Germanorum gloriatio, atque demonſtrem, rem plane aliter ſe habere, ac prætexitur.

p. 59 Elenchus Librorum antiquorum & Auctorum, qui Typographiam Urbi Moguntiæ adſcribunt.

Alexandri (de Villa Dei) doctrinale &c. Moguntiæ impreſſum an. 1442. teſte *H. Junio.* (vid. ſupra pag. 236.)

Petri Hiſpani Tractatus Logici an. 1442. teſte eodem l. c.

Biblia latina majuſculis literis Moguntiæ impreſſa an. 1450. teſte *chronographo Colonienſi* & aliis.

Confeſſionalia an. 1450. teſte *Mariangelo Accurſio*, apud *Angelum Roccham*. (vid. ſupra pag. 299.)

Donati Grammatica per *Jo. Fuſt.* an. 1450. teſte *Roccha* l. c.

M. T. Ciceronis Officia & Paradoxa, apud *Jo. Fuſt* manu *Petri de Gernsheym* an. 1465. & 1466. (vid. ſupra pag. 290.)

Inſtitutiones Juris cum Gloſſis per *Petrum Schoyffer de Gernsheim* an. 1468. (vid. pag. 286.)

Valerius Maximus per eundem an. 1471. (vid. ſupra pag. 286.)

Auguſtinus de Civitate Dei cum commentariis per eundem an. 1473. (vid. ſupra pag. 286.)

Henr. Herp Speculum aureum per eundem, an. 1474. (vid. ſupra pag. 287.)

De Kronecke der Saſſen met oren wapen, apud eundem an. 1492. (vid. ſupra pag. 288.)

Subſcriptiones librorum aliquot Moguntiæ impreſſorum annis 1509. 1513. 1515. &c. (vid. ſupra pag. 288. ſq.)

Manuſcriptum Chronicon Maguntinum, quo uſus eſt *Nic. Serarius* in Maguntiacis ſuis. Liber infimæ vetuſtatis. (vid. ſupra pag. 274.)

Mariangelus Accurſius ſive *Aldus* ſenior MS. in prima Donati Grammatici pagina Moguntiæ primo omnium impreſſi an. 1450. (vid. ſupra pag. 299.)

Warnerus Rolevinck de *Laer* in Faſciculo temporum, circa an. 1450. *Librorum impreſſionis ſcientia ſubtiliſſima omnibus ſeculis inaudita circa hæc tempora reperitur in Maguntina. Hæc eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, per cujus celeritatis exercitationem theſaurus deſiderabilis ſapientiæ & ſcientiæ, quem omnes homines per inſtinctum naturæ deſiderant, quaſi de profundis latibularum tenebris proſiliens, mundum hunc in maligno poſitum ditat pariter & illuminat. Virtus enim infinita librorum, quæ quondam Athenis vel Pariſiis ceteriſque ſtudiis ſive bibliothecis ſacris pauciſſimis quibuſdam ſtudioſis manifeſta fuit, per hanc in omni tribu, populo, natione & lingua ubique divulgatur, ita ut veriſſime impletum cernimus illud, quod dicitur* Proverb. I. Sapientia foris prædicat;

in plateis dat vocem ſuam; in capite turbarum clamitat; in foribus portarum urbis profert verba ſua, dicens: Usque quo parvuli diligitis infantiam? &c. *Quamvis vero porcos ſpernere margaritas ſciamus, nihil in hoc prudentis laditur opinio, quo minus oblatas comparet margaritas.*

Chronicon Noribergenſe, ſive *Hermannus Schedel* in Chronico Norībergæ an 1493. impreſſo ad an. 1440. (fol. CCLII. b.) *Ars imprimendi libros his temporibus primum in Germania enata eſt. Quantum igitur litterarum ſtudioſi germanis debeant, nullo ſatis dicendi genere exprimi poteſt. Hanc apud Maguntiam Rheni urbem ſolerti ingenio librorum imprimendorum rationem an.* 1440. *inventam fuiſſe ajunt. Hoc tempore in omnes fere orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas parvo are comparata à poſterioribus infinitis voluminibus legitur. Ejus laudes antea in procemio operis prahabita ſunt. Qua certe nulla dignior, nulla laudabilior aut utilior eſſe potuit. Quodſi hac ars effluxis temporibus viguiſſet, maxima pars operum* Titi Livii *&* Tullius *de republica ac* Plinius *de bellis Germanicis aliaque praclara opera malignitate temporum amiſſa non fuiſſent. Ideo in ejus laudem quidam hos cecinit verſus:*

O felix noſtris memoranda &c. (vid. ſupra pag. 309. ſq.)

Conradus Celtes ad Rhenum apud *Conradum Peutingerum* in Sermonibus convivalibus de Germaniæ antiquitatibus & apud *Franc. Irenicum* Germaniæ Exegeſeos lib. II. cap. 47.

Ioannes Trithemius lib. I. Exhortationum homil.

mil. 7. item epiſt. 48. & Chron. Spanheimenſi ad an. 1450 (vid. ſupra pag. 264.)

Auctor Chronici Colon. vernaculi an. 1440. p. 60.

M. Antonius Sabellicus lib. VI. Enneadis X. (v. ſupra p. 312. ſq.)

Polydorus Vergilius de Inventorib. lib. II. cap. 7. (vid. ſupra p. 241. not.)

Ioannes Nauclerus Chronographiæ Generat. 49. an. 1440. *Circa annum Domini* 1440. Friderico III. *regnante, ars impreſſoria excudendorum librorum ſtanneis formulis apud Moguntiam Germaniæ civitatem primum cœpit, quod inventum neſcio an unum ſupra reliquas nationes ingenium Germanorum vel elegantia ſua, vel utilitate efferat. Tot extant hodie trium principalium linguarum autores, tot fidei chriſtianæ monumenta, tot inſtaurati hujus inventi gratia libri, ut plane divinitus datum munus reip. crediderim. Debent Germaniæ literæ, debent authores boni, quibus hoc opere immortalitas eſt parta. Quamobrem* Philippus Beroaldus *& egregie doctus homo & Germaniæ præcipue ſtudioſus in illius laudem ait:* O Germania &c. (habes hujus hendecaſyllabas ſupra in *Wimphelingii* teſtimonio) *ſed fato Germanicis ingeniis datum putarim, ut in ære tractando noſtri inprimis excellant, quod cum multis aliis patet, tum hoc* præſertim *impreſſarum formularum ſtanno, ac alio invento, bombarda ſcilicet, (bellici tormenti genus eſt hoc, à ſono ſic appellatum) tale id eſt, ut ſat magna nihil amplius mirari ſoleamus. Germanicum inventum: aliquanto quam ſit* impreſſoria *ars vetuſtius, à pleriſque ſcriptoribus impendio doctis celebratum.*

Paulus Langius Cygnæus in Chronico Citicenſi ad an. 1454. (vid. ſupra pag. 318. ſq.)

Huldrichus Mutius German. Chronic. lib. XXVIII. (pag. 326. ed. Baſil. 1539. fol.) *Hoc tempore bombarda à Germanis ſunt inventa, brevique poſt etiam eſt ars illa libros ſtanneis typis imprimendi inventa, divinum plane inventum. Moguntia autem autoribus Germanis cœpit admodum parvis exordiis, ſed brevi ut videmus, crevit induſtria humani ingenii in eam perfectionem; duobus à Germanis illis inventis quantum debeat hominum genus, pauci vident, nec à quoquam, quod ſciam, ſatis prædicatum, cum nihil ſit tam fere parvum, quod non invenerit aliquem, qui celebrarit. Relinquo aliis cogitandum, quod actum fuiſſet de omnibus bonis ſtudiis his noviſſimis temporibus, quo omnes ventrem curant, & inexhauſta habendi cupiditate ducuntur; vix enim in viis optimos libros, quos olim magna pecunia vix comparare poterant, tollunt. Cumque inceperint abjici & negligi boni auctores, antequam cœpta ſit hæc ars, niſi fuiſſet in tempore inventa, periiſſent omnes auctores & diſciplina cum auctoribus. Hoc aliis ut dixi cogitandum & commemorandum relinquo.*

Deſid. Eraſmus ad Hieronymi epiſtolam 9. (vid. ſupra pag. 263. ſq.)

Joannes Aventinus Annalium Bojorum lib. VII. ad An. 1450. (pag. 512. Francof. 1627. fol.) *Anno, qui eſt Chriſti MCCCCL. (Pontifice* Nicolao V. & Friderico *Cæſare) hocce magnum ac vere divinum beneficium* Iohannes Fauſtus *Germanus, civis Moguntinus, generi humano contulit, novum*

ſcri-

ſcribendi genus haud dubie cælitus revelatum, (quod Chalcographiam excuſoriam impreſſoriamque vocare ſolent) invenit & biennio implevit. Conſuluit pater indulgentiſſimus honeſtis literis, auctoribus præclaris, de quibus actum fuiſſet; ita torpore langueſcimus, adeo delicatuli ſumus, fugitanteſque laborum: tantum literarum uno menſe ab uno homine imprimitur, quantum uno anno à pluribus ſcriberetur. Quod Campanus *Aprutinus Pontifex uno verſu elegantiſſime ſcripſit:*

Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.

Hinc in dies magis ingenia vigent, ſtudia literarum floreſcunt, copia librorum parvo ære egenis ſuppetit, omnes ad capeſſendas præclaras artes tanta librorum commoditate alliciuntur. Hoc cœleſtiſſimum munus à Fauſto & Petro Schœffer de Garensheim *genero ſuo, cui unicam filiam* Chriſtinam *deſponderat, inter ſecreta, adactis omnibus ſociis ad fidem jurisjurandi religione, habitum. Decimo poſt anno* Fauſti *Miniſter,* Johannes Guttenberger *Argentoratenſis in Germania vulgavit. Municipes hujus* Ulricus Han *vel* Gallus, Xyſtus Reſius *Romæ Italiaque intulere, ubi hoc artificio mea memoria* Aldus *ille* Manutius *vir ad inſtaurandas litteras natus claruit. Nunc vero in Germania Baſileæ* Johannes Frobenius, *Hagenoiæ* Thomas Anshelmus, *Argentorati* Matthias Schurerius, *Moguntiaci* Petrus Schœfferus *nepos ex filia auctoris hujus inventi, alii item aliis Germaniæ civitatibus, quotquot ubicunque ante fuerunt, & adhuc ſunt, ſuperant, longo inter-*

tervallo poſt ſe relinquunt. Græca, Hebraica, Latina diligentiſſime & quam emendatiſſime excudunt, optimos quosque auctores, ſacros & profanos in triplici lingua, Poëtas, Oratores, Hiſtoricos, Philoſophos, maxime religionis noſtræ priſcos heroës certatim paſſimque reſtituunt, & periclitanti Reipubl. pro virili ſuppetias ferunt. Perditiſſimos tamen mortalium invenias, qui tanto Dei O. M. dono ingratiſſimi & plane impientisſimi exiſtant. Auguror ſiquidem propediem ſceleſtisſimum hoc genus hominum pœnas auſpice Chriſto impietatis daturum. Sed dimiſſis male ominatis, potius bonis bene precemur, & reliqua hiſtoria exequamur.

Chriſtianus Maſſæus Cameracenas in Chronico A. 1440.

Petrus Opmeer in Opere chronographico orbis univerſi an. 1440. ed. Antw. pag. 405. & 417. & in præfatione lib. IV. fol. 167.

Andr. Althamerus in Corn. Taciti Germaniam an. 1440 (vid. ſupra pag. 264.)

Achilles Gaſſarus in Chronico & *Martinus Cruſius* Svevic. Annal. P. III. lib. VII p. 381. *Impreſſi ſunt hoc* 1444. *anno ſermones quidam ſuper epiſtolas dominicales, extantes Tybingæ in Stipendii Martiniani Bibliotheca. Ars enim typographica nuper inventa procedebat.*

Et p. 373. ſq.

Ars typographica inventa apud Germanos eſt ab Johanne Gutenbergio *Argentoratenſi. Inde is Moguntiam deſcendens apud* Joannem Fauſtum *eam auxit;* Joannes *deinde* Mentel *Argentorati multa caſtigate imprimens, brevi magnas opes conſecutus eſt.*

Sixtus

Sixtus *porro* Ruſinger, *Argentorato ortus Neapolim Italiæ* 1471. *artem introduxit. Formas librarias eodem fere tempore Germanus alius nomine* Uldaricus Han (*Gallus Gallinaceus*) *Romam attulit.* Abr. Bucholc. *ex* Wimphelingo *& Paralip. Urſp.* Io. Campanus: *Imprimit ille die, quantum non ſcribitur annō. Alius* Italus: *O felix noſtris &c.* (*vid. ſupra pag.* 309.) Sebaſt. Brandus: *Nuper ab ingenio Rhenana &c.* (*vid. ſupra pag.* 319.) Mart. Cruſius *Germano Græcia lib. IV. epigr. 3. de laudibus German.*

Τείχεσι καὶ πύργοισιν ἐφ' ἡμῶν ἥδε περισσὴ
Στευομένη λαοῖς καὶ πολύτεχνος ἄγαν.
Αὕτη βομβάρδαν ἐνοσίχθονα μηχανάασκε,
Τειχεσιπληκτάων εὑρετὶς ἠδὲ βόλων,
Τῆς δ' ἄλφημα κλυτὸν σοφίης σώτειρα παλαιῆς,
Πουλυτόκος τέχνη d) βιβλομολυβδογράφος.

Πά-

d) Ars typographica anno 1446. ab *Iohanne Gutenbergio* Argentinenſi inventa eſt; & ab eodem Moguntiam profecto completa. Alii *Ioanni Fauſto* attribuunt. Sed potuit fieri, ut ambo inter ſe juvarent. *Polydorus Vergilius* lib. II. cap. 7. *Ioannes Gutbembergus*, inquit, *natione Teutonicus &c.* (vid. ſupra pag. 242. in notis) Tantum autem uno die ab uno homīne literarum imprimitur, quantum vix toto anno à pluribus ſcribi poſſet. Unde maxima in omni diſciplinarum genere librorum copia. Sic etiam plurimi auctores, tam græci quam la-

Πάσης παιδείας εἰς ἄκρα μετάρσιος ἔστη
Ἑλλὰς ἐς ἀσπασίην τευτονίδ᾽ ἔπταθ᾽ ὅλη.

Ur-

---

latini, ab omni prorſus interitus periculo vindicantur. *Henr. Pantaleon* ſecunda parte de viris illuſtribus Germaniæ (pag. 397. ſq. ed. Baſil. 1565. fol.) ſcribit: *Ejus primi auctores fuerunt* Ioannes Fauſtus *&* Ivo Schefferus *Anno* 1440. *Illi enim Moguntia Germanorum exiſtentes, atque divino ingenio valentes de hac re diu cogitarunt, tandem vero litteras formantes compoſuerunt, atque hujus artis ſpecimen exhibuerunt. Erat autem ars illa primo abſcondita & paucis manifeſtata; literas enim in ſacculis clauſis ſecum in officinas ferebant, ac abeuntes auferebant; donec temporis ſucceſſu ars aucta atque plurimum illuſtrata fuerit. Poſtea ſupervenere* Ioannes Gutenberger, Ioannes Mentel, Ioannes Prus, Adolphus Ruſchius, Petrus Schefferus, Martinus Flachus, Huldricus Han, Ioannes Frobenius, Adam Petri, Thomas Wolfius *& alii hujusmodi itidem Germani, qui hanc artem augentes ad diverſas Germaniæ civitates, & tandem etiam ad exteras nationes detulerunt.* Conradus *etiam Germanus anno circiter* 1460. *hanc artem primo Romæ, atque* Sixtus Ruſſinger *Argentinus Neapoli docuit, atque quomodo libri imprimi poſſent, oſtendit, donec tandem* Aldus *in Italia eam plurimis illuſtravit.* Nicolaus *vero* Ienſon *eam in Gallia exercuit. Erant autem ejus artis periti ſuperiori ſeculo in maximo pretio, atque auro & argento ornati, nobilibus ſimi-*

les,

Urbibus hæc magnis caſtellisque undi-
que firma;
Fortibus arcta viris artificumque ma-
nu.

Ipſius

les, quum magno ære hinc inde conducerentur. Noſtro vero tempore, cum librorum maxima copia exiſtat, atque viliſſimus quisque illotis manibus nullaque eruditione inſtructus hanc artem attrectet, factum eſt, ut præter labores vix quicquam compoſitoribus & impreſſoribus relinquatur, verum omnis quæſtus penes dominos officinarum exiſtat, præſertim cum omnium aliarum rerum, præter librorum, pretium mirum in modum excreverit. Ageſilaus (ut eſt in Laconicis *Plutarchi* Apophthegm.) in ſiniſtræ manus vola *νίκην* nomen Victoriæ inſcripſit inverſis litteris, & poſtea jecinori victimæ impreſſit; ac mox militibus oſtendit, jubens animoſos eſſe, tanquam Diis victoriam præſignificantibus. Hoc erat tenue quoddam Typographiæ principium, ſed nemo tunc eam rem intellexit, nec cogitatione perſecutus fuit. *Gott wolt's dazumal nicht geben.* Germanis ea laus aſſervata fuit, ut in tanta Turcarum vaſtatione libri boni græci conſervarentur, (*Aldo* præclare his excudendis merente) & latini quoque ab interitu vindicarentur; omnesque artes & diſciplinæ cum veræ religionis cognitione reſtituerentur. Antea loco Typographiæ *Origenes* utebatur *βιβλιογράφοις* circiter ſeptem, inter quos, *καὶ κόρας ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημένας. Euſebius*

Eccl.

Ipſius inventum horrendi eſt bombardæ fragoris;
Hujus tormentis mœnia quaſſa ruunt.
Ipſa typis docuit quosvis excudere libros,
Millenum fœtum ſic opera una parit.
Hic omnes artes omnisque ſcientia florent;
Germanum petiit Græcia tota ſolum.

Et pag. 412.

Circa hæc tempora & poſt Typographi ex ſententia Achillis Gaſſari: *Ars hæc anno* 1450. *inventa eſt* *p.*61 *ab* Joanne Fauſto, *Moguntiæ, literis primo è ligno fa-*

Eccl. Hiſt. lib. VI. cap. 22. Sacerdotibus deinde, monachis & ſanctimonialibus *Carolus* M. & *Ludovicus* Impp. mandarunt, ut libros tum ſacros tum profanos deſcriberent. An. 872. & poſt unum corpus Iuris Cæſarei & Pontificii conſtabat amplius 300. ducatis deſcribendo; nunc emitur excuſum optime 30. florenis, ut *Ioannes Stumpſius* lib. V. cap. 5. ſcribit. Typographiam Græci nunquam habuiſſe creduntur; ſed libri eorum plerique MSSti ſunt, qualis & Bibliotheca in monte ſancto eſt; multi tamen Venetiis impreſſi in uſum ſacrorum importantur. Ex Germania non niſi ab oratoribus Cæſaris donatos accipiunt, ut Baſileæ editos. Forte Typographia, ſi vellent, eis uti liceret, quia & Iudæi prelum habent, ſed plerumque ceſſans. Habuerunt & Temeſwarii Ungariæ novi Arriani Typographiam.

factis, deinde ex orichalco, tandem è ſtanno. Secretam tenuit ille artem, conſcio tantummodo Petro Schœffero. *Tractata eadem eſt* 1460 *Argentorati ab* Joanne Guttembergio. *Anno* 1469 *ab* Ulrico Hanhermanno, (*leg.* Han Germano) *Romæ. Anno* 1470 *à* Sixto Raffingero (*leg.* Rufingero) *Neapoli. A.* 1475. *à* Conrado Finer *Eslinge. A.* 1470 *ab* Ioanne Zainero *Ulmæ. A.* 1485 *à* Conrado Denckmutho *ibidem. A.* 1490 *ab* Henr. Quentelo, *Coloniæ*, *&* *à* Nic. Keslero, *Baſileæ. A.* 1492 *ab* Antonio Koburgero, *Noribergæ. A.* 1495 *ab* Hanſone Hanmane, *dicto* Hertzog *&* Octaviano Scoto, *Venetiis. A* 1466 *Latina Biblia excudit Auguſtæ* Johannes Bemler.

Seb. Munſterus Coſmographiæ lib. III. ex *Sabellico* pleraque, (pag. 488. edit. Baſil. 1559. fol.) *Inventa eſt ars libros ſtanneis typis imprimendi tempore fere noſtro, divinum plane inventum, & res memorabilis, nec minore admiratione digna, ſed multo admirabilior futura, ſi non adeo divulgari contigiſſet. Mirum & vix credibile dictu, ſed verius vero, tantum literarum uno die opificem unum formare, quantum vix biennio velociſſimus queat librarius. Inventum id eſt teutonicum, fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, ac majore quæſtu. Pulcherrimi inventi auctor* Iohannes Gutenbergius, *equeſtri vir dignitate, Maguntiaque res primum tentata eſt, majore quidem fiducia, quam ſpe, annis circiter* 16, *priusquam in Italia res cœpta ſit vulgari. Cœpit inquam Maguntiæ auctoribus Germanis, exordiis admodum parvis, ſed brevi, ut videmus, crevit induſtria*

ſtria humani ingenii in eam perfectionem, quam hodie habet. Certe actum fuiſſet de omnibus bonis ſtudiis his noviſſimis temporibus, quo omnes ventrem curant, & inexhauſta habendi cupiditate ducuntur; vix enim in viis optimos libros, quos olim magna pecunia vix comparare poterant, tollunt. Certe olim, antequam hæc ars inventa fuit, cum cœpiſſent abjici & negligi boni auctores, periiſſent omnes diſciplinæ cum auctoribus, ſi ars in tempore non fuiſſet inventa. Deus ergo, omnium rerum conditor, qui humanis rebus nunquam deeſt, & quæ ad univerſam opulentiam pertinent, abunde præbet, paulo poſtquam hiſtoria literæque pene interire cœpiſſent, miram neceſſariamque mortalibus brevi ſpatio characterum beneficio apud noſtram Maguntiam repertam tradidit artem. Hac mox literæ auctæ, & omnium ferme gentium res renata in publicum prodiere. Reſtituta eſt jam priſca vetuſtatis memoria philoſophorum divinaque ſapientia, &, quicquid apud pauciſſimos multis jam ætatibus delituit, multiplicatum. Factum eſt paulo poſt hujus artis beneficio commune omnibus, jamque eo ventum eſt, ut nihil unquam apud veteres geſtum, quod non jam, paulo antequam hæc ſcriberem, in apertum prodierit. Hinc imperatorum, regum, populorum, nationum, rerumpublicarum, urbium civitatumque res geſtæ memoriæ traditæ ſunt.

Joannes Carion Chronicor. lib. III. an. 1440. e)

Joan-

e) In edit. hujus libri Genev. 1625. 8. Part. III. lib. 5. p. 914. hæc verba leguntur: *Anno quadrageſimo ſupra mille qua-*

Joannes Fauſtus (*quem* Gutmannum *vocant*) *cum* Petro Schœffero *Moguntiæ artem typographicam invenerunt*; & ſic *Pantaleo.*

Pet. Apianus Coſmographiæ Part. II. (vid. ſupra pag. 266.) & eum ſecutus *Gilbertus Genebrardus* Chronographiæ lib. IV. (vid. ſupra pag. 267.) An. 1453.

Henr. Pantaleo in Chronologia circa ann. 1450.

Hieronymus Zieglerus illuſtrium Germaniæ virorum catalogo cap. ult. 104. an. 1450.

Theodorus Zwingerus in Theatro Vol. 19. (Vol. 20.) lib. I. an. 1450. ex *Aventino*: *Typographiam, uti & tormentariam artem, apud Cataitanos Indos antiquiſſimam eſſe teſtantur hiſtorici regionum nuper inventarum. Itaque verum illud eſt, quod* Ariſtoteles *inquit*: *Nil prohibere eaſdem artes à diverſis vel eodem vel etiam diverſo tempore ci-*

quadringentos, eo ipſo ſcilicet, quo imperium iniit Fridericus, *inventum eſt, ſagacitate & ſolertia Germanorum, artificium typographicum excudendi libros characteribus ex metallo nigri cinereique plumbi, æris & ſtibii conflatis, Moguntiæ primos codices excudente Hoc artificium agnoſcamus eſſe donum divinitus generi humano communicatum, hoc ſeneſcentis mundi vel potius ætate jam effœti ac fatiſcentis ſeculo, ut renaſcentis in Eccleſia ſincerioris doctrinæ & aliarum neceſſariarum artium ſtudia, prolatis in lucem è tenebris omnis generis codicibus vetuſtis, inſtruerentur copioſa ſupellectile optimorum ſcriptorum, quorum fuit auctoritas ἀ-ιο-ιϛοϛ, & ſublevaretur imbecillitas & ignavia hominum, fatali languore torpeſcentium. Utinam tanto Dei munere grati uteremur, non ad obſcurandam, ſed illuſtrandam Dei gloriam, non ad disjungendas, ſed copulandas Eccleſias.*

tra ullam communicationem inveniri. In noſtro orbe recentius eſt inventum utrumque Germanorum proprium. Anno qui eſt Chriſti M CCCC L. *&c.* (*vid ſupra pag.* 330. *ſq.*) Aventinus *lib.* 7. *Annal.* Circa annum Sal. 1450. libraria impreſſio *&c.* (*vid. ſupra pag.* 312.) Sabellicus *lib. VI. Enneadis X.* Ludov. Guicciardinus *in deſcriptione inferioris Germaniæ, Harlemi in Hollandia primum inventam, Moguntiam inde exportatam inclareſcere cœpiſſe, vulgari fama Harlemenſium ſcribit.* (*vid. ſupra pag.* 240.) Typographiæ inventio videtur in *Purbachii tabulis* ad *Ioannem Regiomontanum* referri *&c.* (*vid. ſupra pag.* 292. *ſq.*) P. Ramus *lib II. Proœmii mathem.*

Georgius Fabricius rerum Germaniæ magnæ & Saxoniæ univerſæ memorabilium lib. 2. an. 1450. ex *Aventino* ſimiliter.

Cornelius Callidius catalogo illuſtrium virorum An. 1454.

Nicolaus Serarius S. I. fuſe Maguntiacarum rerum lib. I. cap. 36. & tribus ſequentibus, (vid. ſupra pag. 255.)

Aubertus Miræus in Chronico ad an. 1440. (pag. 356. ed. Antwerp. 1608. 4.) Ex variis varia; denique vara vibiam ſequitur: *De Typographicæ artis plane divinæ inventione varia certant gentes. Luſitanorum ſane navigationibus compertum eſt, artem typographicam tam vetuſtam eſſe apud Chinenſes Indiæ populos, ut omnem hominum memoriam ſuperet, ſemperque apud eosdem uſurpata fuiſſe videatur. Qua de re vid.* Garſiam Hortam

tam *lib. I. aromatum apud Indos naſcentium cap.* 38. Joannem Barrum *ſua in Aſia dec.* 1. *lib.* 9. *cap.* 1. Paullum Jovium *lib. hiſtoriarum* 19. Melchiorem Guilandinum *in Papyro membr.* 26. *& hiſtoricos, qui de rebus indicis ſcripſere. Hoc tamen notant, in laminis fere integris apud Chinenſes litteras ſculpi ſolere, ſicut apud nos icones ſive imagines ſculpuntur, quales & hodie catechiſmi inde afferuntur. Quæ ut ita ſint, nullum tamen incommodum erit, rem unam eandemque & novam & veterem cenſeri, relatione ad diverſos populos, nec eodem ſub ſole jacentes. Videamus itaque, cui apud Europæos hujus rei gloriam tribuamus. Sunt qui* Ioanni Fauſto, *civi Moguntino, ad annum hunc attribuant.* Polydorus *autem* Vergilius Ioannem Gutenbergium, *equeſtri virum dignitate, hujus artis inventorem prædicat.* Jac. Wimphelingus *hiſtoria ſua cap.* 65. *dicit, eum Argentinenſem fuiſſe, eademque in urbe hanc ipſam artem hoc anno primum excogitaſſe, indeque Moguntiam profectum eandem feliciter auxiſſe.* Gilbertus Cognatus *lib. III. Silva narrationum* f) *Auguſtæ Vindelicorum iſtam*

f) pag. 278. ed. Baſil. 1567. 8. *Typographia ſive ars excuſoria, id eſt libros excudendi, quæ libraria quoque dicitur, à Chriſto in Germania comperta fuit. Nam ante Chriſtum* Saturnus, *ut ante diximus, Italos literas imprimere docuit, ut refert* Cyprianus *in libro de idolis. Chalcographicam quidem artem fertur* Petrus Schœffer, *Auguſtæ-*

iſtam inventionis typographicæ laudem tribuit. Utut ſit, libri certe mathematici in ea primum urbe cum figuris geometricis excuſi ſunt ab Erhaldo Bartholdo *cive, qui poſtea Venetias conceſſit. Atque è Germania quidem Romam in Italiam à* Conrado *quodam homine Germano an.* 1458. *primum allatam idem* Polydorus *fatetur. Id* Udalrico Han Wimpfelingus *tribuit, quem in urbem veniſſe vult an.* 1471. *Fuit & is natione Germanus, cognomento* Han, *quod latinis gallum gallinaceum ſonat. Quod familiæ cognomen latine redditum* Joanni Antonio Campano *Epiſcopo Aprutino aliisque erroris occaſionem dedit, ut hunc* Udalricum *natione Gallum fuiſſe exiſtimarent. Neapolitanis vero an.* 1471. Sixtus Rufingerus *Argentoratenſis excuſoriam artem primus monſtravit, teſte* Wimpfelingo *ibidem. Germanorum certe hoc eſſe inventum ſcriptores pene omnes tradidere. Harlemenſes tamen hanc ſibi laudem prorſus vindicare conantur; nec vane fortaſſe, ſi* Hadriano Junio *in Batavia deſcriptione credimus, qui* Laurentium Joannem, *cognomento* Æditunm *ſive* Cuſtodem, *civem & incolam Harlemenſem, bujus rei inventorem prædicat. Is,* inquit, *forte in ſuburbano &c.* usque ad verba: *atteſtanteſque comperi. (vid. ſupra pag.* 234.)

Dan. Angelocrator Chronologiæ lib. VI. locum ejus ſupra adduximus. (vid. ſupra pag. 311.)

Ty-

ſtanus, ſua induſtria reperiſſe, aut à ſuis repertam cognatis ſaltem excoluiſſe.

Typographia ex ſententia Achillis Gaſſari inventa eſt &c. (vid. ſupra pag. 336.)

Elenchus Auctorum, qui Typographiam Urbi Argentorato adſcribunt. p. 61

Baptiſta Fulgoſius *Memorabilium Lib.* 8. *cap.* 11. (vid. ſupra pag. 308. ſq.)

Jacobus Philippus Bergomas in Chronicorum Supplemento, ſub *Pii* II. Pontificatu ad ann. 1458. Variat in auctore. (vid. ſupra pag. 309.)

Jacob. Wimphelingus rer. German. epitomes cap. 65. de *Io. Gutenbergio* Argentinenſi ann. 1440. & catalogo Epiſcoporum Argentoratenſium in Roberto Bavaro, ſuppreſſo inventoris nomine. (vid. ſupra pag. 173. ſq.)

Franciſcus Irenicus Germaniæ Exegeſeos lib. II. cap. 47. ex *Wimphelingo*, ibidemque ex *Celte*, qui inventum Moguntino tribuit. *In re humana Itali Græcique quantum valuerint, experientia conſtat; omnis enim doctrina ab illis tanquam ab uberrimo fonte emanavit, unde accidit, ut in illis rerum elementis palmam ſibi ipſis aucupari conſueverint; non tamen literas primo invenerunt. Dempta autem literarum inventione, utilius nihil mortalibus arte impreſſoria ſuppeditatur, ex qua nec tantum laudis venati ſunt Græci, nec Itali, quantum Germani, licet ingenii eorum rivos copioſiſſimis monumentis nobis impartiti ſint. Quod* Polydorus *noſter lib. 2. cap. 7. de rerum inventoribus teſtatur, ubi artem impreſſoriam literarum ſcriptoribus comparans hu-*

hujusmodi verba fecit: Fuit hoc & omnino magnum *&c.* (*vid. ſupra pag.* 241. *ſq. in not.*) *Extat &* Franciſci Philelphi g) *epiſtola de arte impreſſoria, ubi ſuo tempore repertam eſſe hanc artem oſtendit, & quasdam literarum formulas nominat, & inventores hujus æterna laude dignos æſtimat. Eſt autem in Germania excogitata primo,* Beroaldo *auctore, ſic dicente:*

O Germania muneris *&c.* (*vid. ſupra pag.* 173.)

Pomponius Lætus *huic Germanorum laudi inſidiatus eſt, & Italis adſcripſit;* Saturnum *enim Italiæ quondam æreas notas tradidiſſe refert, quem refellit* Peutingerus *in Germania ſua antiquitatibus.* Celtes *Moguntiæ primum excuſas has notas ſcribit, his verbis:* Ex altera autem Mœni ripa, ubi Francofordiam & Aſciburgum urbes montesque è regione Moguntiæ urbis, quæ prima ſculpſit ſolidos ære characteres, & verſis docuit ſcribere literis. *Hæc ille. Campanus* quoque ignorantia nominis inventoris lapſus eſt; fuit enim nomen repertori *Udalricus Han,* qui cognomen in latinum verſum galli ſive gallinacei

g) Lib. XXXII. ep. 13. Mediol. VIII. Kal. Aug. an. 1470. ſcripta pag. 224. b. ed. Ven. 1502. fol. *Ne putes me omnino eſſe mendicum, inſtitui emere quosdam ex iſtis codicibus, qui nunc labore nullo, neque arundine, ſed formis quibusdam, ut ipſi vocant, ita formantur, ut ex accuratiſſimi librarii manu profecti poſſint exiſtimari. Velim igitur me facias certiorem, quanti mihi parari liceat naturalem Hiſtoriam* Plinii, *quanti tres* Livii *decadas, & item* A. Gellium *quanti?*

nacei accepit. *Campanus* vero nomine deceptus artis illius inventorem, natione Gallum, exiſtimabat. Unde in eum ſic jocatus eſt illo tetraſticho:

Anſer Tarpeji cuſtos &c. (vid. ſupra p. 175.) Peutingerus *vero &* Polydorus, *ubi ſupra, Germanum apud Moguntinos artem excogitaſſe ſcribunt, inde* Cunradus *idem Germanus excuſa exemplaria Romam primus detulit. Hæc ille. Re autem vera auctor ſua laude defraudatus eſt.* Anno enim Domini 1440. ſub Friderico III. *&c. usque ad verba*: primus portavit. *Hæc* Jac. Wimphelingus *in libro de Germania cap. 65. (vid. ſupra pag. 173. ſq.) Alii in prædio Alſatiæ, nomine Ruſſenburg, inceptam primitus hanc artem fuiſſe ſcribunt, quod à ſono imprimendorum librorum dixerunt, & Moguntiam primitus impreſſos libros detulerunt, unde fama, illic repertam fuiſſe hanc artem, divulgata eſt. Scripſit de hac arte epiſtolam honeſtiſſimam* Nicolaus (Perottus) *Sypontinus Epiſcopus ad* Franciſcum Guarinum: (Guarnerium:) h) Solebam, *inquit,* mi Franciſce, nuper ætati noſtræ gratulari, quaſi magnum quoddam & pene (vere) divinum beneficium hac tempeſtate adepti eſſemus, è Germanis (Germania) nuper ad nos delatum. Videbam enim tantum uno menſe ab uno homine hoc tempore imprimi literarum poſſe, quantum vix anno to-

h) Epiſtola hæc exſtat in *Perotti* Cornu Copiæ pag. 1033. ed. Aldi 1513. fol.

to ſcribi alias á plurimis potuiſſet, quod uno verſu *Campanus* noſter, Aprutinus pontifex, elegantiſſime ſcripſit: *Imprimit ille die, quantum vix ſcribitur anno.* Ex qua re tantam brevi tempore librorum copiam ſperabam, ut nullum ſuperfuturum eſſet opus, quod vel ab inope atque egeno homine poſſet amplius deſiderari. Hinc fore exiſtimabam, ut vigerent indies magis ingenia hominum, & florerent ſtudia literarum, omnesque ad capeſſendas præclaras artes tanta librorum commoditate allicerentur. Jam vero, o vanas hominum cogitationes, longe aliter, quam ſperabam, video rem ſuccedere. Nam cum liceat unicuique pro libidine animi ſui, quæcunque velit, imprimere, fit, ut omiſſis ſæpenumero, quæ optima ſunt, ea ſcribant placendi gratia, quæ obliterari potius ac deleri ex omnibus libris deberent. Et ſi quid ſcribunt boni, ita pervertant atque corrumpant, ut melius ſit his libris carere, quam in exemplaria mille transſcriptos per orbis omnes provincias mittere, ne ſcilicet ſtudioſis occaſio detur tot mendacia legendi, quippe ſatius eſt vera ignorare, quam falſa perdiſcere: quemadmodum tacere verum, minus peccatum eſt, quam mentiri. Hujus autem rei cauſa eſt non tam inſcitia eorum, qui imprimunt, quam negligentia, ne quid gravius dicam, quorundam, qui ſe correctores ac magiſtros veterum librorum conſtituunt. &c. &c. *Hæc ille.*

Jac.

Jac. Spiegelius in ſcholiis ad *Rich. Bartolini* Auſtriados lib. IX. à *Jo. Mentelio* an. 1444. Argentinæ inventam typographiam dicit: *Inſigniter divina illa impreſſoria ars Argentorati primum per* Iohannem Mentel, Schotti *noſtri avum, anno Chriſti* 1444. *inventa teſtatur ſimul cum bombarda.*

Jac. Meierus Annalium Flandriæ lib. XVI. (in Annalibus ſ. Hiſtoriis rerum Belgic. Tom. I. pag. 339.) ex *Wimphelingo.* (vid ſupra pag. 173. ſq.) *Caſp. Hedio* in Paralipomenis ad Chronicum *Conradi à Liechtenau* Abbatis Urſpergenſis anno 1446. (pag. 308. ed. Argent. 1609. fol.) ex *Wimphelingo*, apud quem tamen ann. 1440. (vid. ſupra pag. 173. ſq.) *Gilbertus Genebrardus* Chronographiæ lib. IV. in Eugenio IV. PP. Argentinæ à *Jo. Guttenbergio* artem impreſſoriam excogitatam ſcribit an. 1440. *Fulgoſio* & *Wimphelingo* auctoribus. (vid. ſupra pag. 267. not.)

Idem conteſtantur in operibus chronologicis ſcriptores nuperi & admodum recentes, in anno conſpirantes, *Jacobus Gordonius* & *Jac. Gaulterus* ex Societate Jeſu, *Martinus Cruſius* Annalium Svevic. lib. VII. an. 1440. (vid. ſupra pag. 332. ſq.) *Matthæus Dreſſerus* millenario ſexto an. 1440. *Sethus Calviſius* in magno Opere Chronologico ad A. 1440. *Typographica ars excogitatur circa hoc tempus à* Johanne Gutenbergio, *aurifice Argentinenſi; publicatur primum* p. 62 *Moguntii magnis autoris ſumtibus, eandem poſtea auxit* Joannes Mentel *Argentinæ, item* Sixtus

Ru-

Ruſinger *Argentinenſis*, *qui eandem traduxit Neapolin in Italiam.* *Eodem fere tempore* Udalricus Hahn, *Germanus*, *eandem Romæ exercuit*, *quem multi putaverunt ex Gallia oriundum eſſe*, *cum ſe in cognomine latine ſcriberet* Gallum. Wimpfeling. cap. 65.

Auctorum hic enumeratorum nonnulli, ut *Baptiſta Fulgoſius*, *Jacobus Philippus Bergomas*, *Wimphelingus* ac *Spiegelius* mihi facile perſuadent, Argentoratenſes imprimendis libris ſat mature dediſſe operam; at nulli libri Moguntinis, antea allegatis, antiquiores invenientur. Idem efficit, ut ſuſpicer, *Joannem Gutenbergium* illum eſſe, qui, inſtrumentis typographicis aſtu convaſatis, à Domino ſuo *Laurentio Iansz. Coſtero* profugit, & artem in Germania aliis obtulit atque vendidit.

CAPUT XI.

Rationes aliæ, cur Argentoratum Moguntiæ præferri nequeat.

Sententiam meam, Argentoratum præferri non poſſe Moguntiæ, maximopere ſuffulcit i) auctor *Faſciculi Temporum*, impreſſi Argentorati apud *Joannem Pruis* anno 1488, ad annum circiter 1456. ita ſcribens: *Maximus terræ motus in Neapoli fuit*, *& perierunt XL. hominum millia.* *Librorum impreſſionis ſcientia ſubtiliſſi-*

i) *Eſt ille Wernerus Rolevinck de Laer*, *Weſtphalus.*

tiliſſima, omnibus ſæculis inaudita, circa hæc tempora reperitur in urbe Moguntina. Gloriam inventæ Typographiæ Argentorato in libro quodam tam aperte negari, & Moguntiæ tribui potuiſſe, mihi non videtur veriſimile, ac enormis fuiſſet Argentinenſium incuria, ſi, poſito hoc, quod ipſi typographiam invenerint, mendacium hoc publice divulgari permiſiſſent. Eadem in Faſciculo Temporum antea an. 1481. Coloniæ apud Henricum Quentelium impreſſo, leguntur, non iisdem quidem verbis, ſed aliis, ejusdem tamen ſenſus: *Artifices* (inquit Auctor) *mira celeritate ſubtiliores ſolito fiunt: & Impreſſores librorum multiplicantur in terra, ortum ſuæ artis habentes in Maguntia.* Liber Teutonicus, qui dicebatur *Faſciculus Temporum*, acta continens p. 63 antiquorum temporum, abſolutus & impreſſus Ultrajecti, anno 1480. apud Joannem Veldenaer, hæc ita recenſet, ad annum 1450.

Die Conſtenaers ghemeenlick in allen Conſten ſyn in corten tyden ſeer ſchielicke veel ſubtylre geworden, dan ſy plegben te weſen: Ende die Bœck printers worden ſeer vermenigt in allen Landen.

Unde patet, *Faſciculi Temporum* modo dicti antiquiores editiones, aut exempla manu exarata exſtitiſſe, quæ ſecutus ſit interpres: editionem puta Lovanienſem anni 1476. quæ procedit usque ad annum 1474. quo Sixtus IV. Romæ Pontificem agebat. Atque hæc Latine ſunt edita apud *Joannem Veldenaer*, qui

qui tunc temporis Lovanii habitabat. Auctor videtur prima vice opus ad annum 1464. perduxiſſe, quo Paulus II. Pontifex in locum defuncti Pii II. eligebatur. Exemplum ejusmodi manu exaratum poſſidet Vir doctiſſimus Gerardus Voſſius, Profeſſor in Academia Lugdunenſi celeberrimus, fautor noſter & amicus. Et alibi quoque ejusmodi exempla reperiuntur.

CAPUT XII.

De Typographia Auguſtæ Vindelicorum inſtituta.

Præter alia Germaniæ loca, antiquam & celebrem urbem Auguſtam Vindelicorum quoque gloriam inventæ typographiæ adfectaſſe, in Præfatione noſtra poëtica paucis indicavimus. Hic tamen documenta mihi certiora deſidero; neque illi hanc laudem tam diffuſe & diſerte, quam Moguntiæ & Argentorato contigit, vindicatam invenio. k) *Gilbertus Cognatus* ſolus eſt (quoad mihi conſtat,) qui typographiam Auguſtæ Vindelico-
p.64 rum inventam aſſerit. De quo non immerito dubitatur. Ingenuus quidam l) Vir id concedi credique poſſe dicit, ſi demonſtratum fuerit, Rempublicam præſtantiſſimi Tho-

k) *Sylva Narrat. Lib.* 3. (vid. ſupra p. 341. not.)

l) David Hœſchelius V. Cl. Auguſtæ Vindelicorum.

Thomæ Mori Utopicam, in America reperiri. Negari quidem non poteſt, Auguſtæ Vindelicorum mature typographiam fuiſſe adhibitam. Catholicon enim Dictionarium Fr. *Johannis de Balbis*, quod alicubi teſtátum inveni, anno 1469. ibi eſt impreſſum. Ante vero illud, anno ſcilicet 1466. Biblia Latina, edita apud *Joannem Bemlerum*; ſi hac in parte fides haberi poteſt m) *Martino Cruſio*, &, qui eum ſequi videtur, n) M. *Melchiori Adamo*. Alia huc ſpectantia mihi non innotuerunt; at illud exploratum habeo, Auguſtæ Vindelicorum primos libros Mathematicos cum figuris Geometricis fuiſſe impreſſos. Qui illos in lucem edidit, *Erhardus Ratbold*, anno 1480. claruit. Hic poſtea Venetias habitatum conceſſit, ibique anno 1485. artem hanc exercuit. Atque hæc ſunt omnia, quæ cum Lectore de Typographia Auguſtana in præſentia communicare potui.

Caput XIII.

De Typographia Baſileenſi.

Baſileenſes quoque magnam ex Typographia, non quidem inventa, perpolita tamen, & variis acceſſionibus aucta, ſibi comparaſſe gloriam, negare nec poſſumus, nec volumus.

m) *Annal. Suevic. Lib.* 7. (vid. ſupra p. 337.)
n) *De Claris Germanis*. (vid. ſupra pag. 322.)

mus. o) *Chriſtianus Urſtiſius, Excuſoriam & Typographicam artem, præſertim Chartaceam Baſileæ per Gal-*

o) *In Epitome Hiſtoriæ Baſileenſis.* (p. 131. ſqq. ed. *Baſil.* 1577. 8.) *Chartacea mola, invento non nimis antiquo, ad propagandam divinam humanamque ſapientiam, ad rerum memoriam conſervandam & infinitas vitæ noſtræ utilitates ſunt introducta. Excuſoria ſanè ars, cujus inventio* Johanni Gutenberg *Argentinenſi circa annum* 1440. *adſcribitur, & Moguntinos primum docuiſſe fertur, quanquam per ſe nobilis, ſine hac tamen finem ſuum neutiquam conſequi potuiſſet. Galliciones autem, ex ea Hiſpanorum regione orti, unde nomen traxerunt, poſt erectam academiam & apertas veluti muſarum januas, apud Baſileenſes primum chartaceam artem felici ſidere exercuerunt excitaruntque, ex quibus* Antonius & Michaël Galliciones *anno* 1470. *vixere. Quæ res tot tamque nobilibus chalcographiis occaſionem dedit, ut hoc mercimonii genere Baſilea nulli Germaniæ, ne dicam, aliarum quoque gentium urbi cedat. O divina & humano generi ſalutaria inventa, quibus Deus Opt. & Max. ſeram hanc mundi ſenectam dignatus eſt, ut pro immenſa ſua benignitate, appetente Evangelii luce, quâ ante cenſorium diem, intemerata ſalutis doctrina, per omnes mundi partes ſpargenda erat, mortalium genus hiſce adminiculis inſtruere voluerit, quibus ſacræ literæ (ut profana ſcripta ſileam) ante non niſi*

à

Gallitiones ex Gallitia oriundos Hiſpanos mirifice au-ctam, ait, *circa annum Domini* 1470 ubi & præcipuos

à pauciſſimis magnis ſumptibus in membranis deſcripta cuilibet, hodie ſuo idiomate legenda pateant; quibus item priſci noſtrique ſeculi ſcriptores omnigeni (olim nonniſi in publicis armariis, & diſperſim quidem aſſervati) à ſtudioſo fere quolibet ære exiguo comparari poſſint. Inter Baſilienſium primos Typographos Bernardum *numero* Richelium, *qui anno ſalutis* 1478. Hugonis *Cardinalis Poſtillam grandem*, Bergomum *item ſuper* Thomam Aquinatem *aliosque multos excudit.* Michaëlem *item* Winsler, *qui anno eodem* Juſtiniani *codicem, dein Breviarium Eccleſiæ Baſil. aliàque æneis typis in lucem dedit. His σύγχρονος eſt* Nicolaus Keſsler, *qui D.* Hieronymi *epiſtolas, Dictionarii volumen vaſtum, cum adjuncta* Guarini Veronenſis *proſodia anno* 1486. *emiſit. Hos inſecutus* Jacobus Phorcenſis, *circa annum* 1500. Ambroſii Spieræ, *Peruſini Carmelitæ, ſermones,* Stephanum Bruleſer *in* Bonaventuram, *aliosque hujus farinæ auctores, tum in pretio habitos, impreſſit. E pluribus ab hiſce excuſis quosdam tantum recenſui. Sed & notioribus nominibus mihi memorandi veniunt* Joannes Petri *&* Joannes Amerbachius, *quorum hic non tantum ob librariam artem feliciter tractatam, ſed etiam laudatiſſima poſteritatis nomine inclaruit. Juxta eos autem minoris notæ,* Michael Furter *&* Pamphilus Gen-

puos Baſileenſes typographos recenſet. Varios in catalogis reperio libros Baſileæ anno 1471 & ſequentibus impreſſos. Ipſe ego vidi *Epiſtolarum librum Caſparini Pergamenſis* typis vetuſtis Baſileæ impreſſum apud Michaëlem
p. 65 Wenſslerum & Fridericum Bielium. Huic libro præmittitur epigramma quoddam, ex quo ſequentes deſcripſi verſiculos:

Ter-

genbach *in eodem pulvere verſati ſunt. Hos vero ut illuſtriora tempora, ſic & illuſtriores officina excepêre* Johannis Frobenii, Andreæ Cratandri, Adami Petri, *quibus ſe collegam adjunxit* Thomas Wolfius. *Fuere poſt* Nicolaus Epiſcopius, Joannes Walderus, Joannes Betelius, Valentinus Curio, *ſimulque* Robertus Winter, Bartholomæus Weſthemerus. *Sed &* Jo. Oporinus, Jo. Hervagius, Michaël Iſingrinius, Nicolaus Brylingerus, *eorumque ſuccenturiatus* Jacobus Parcus, *typographicum artificium non ignobiliter exercuerunt. Cur ego vos viros eximios civeſque præclaros ſilentio præteream? Qui induſtria veſtra literarum opes bonoſque auctores ab interitu vindicaſtis, divina atque humana ſapientia theſaurum adauxiſtis, tot præclara ingenia excitaſtis, adjuviſtis, urbem illuſtraſtis, totique mundo profuiſtis? Veſtros tamen filios, nepotes, generos & ſucceſſores, hodie adhuc ſuperſtites, quos in eodem genere ſua laus manet, poſteris commemorandos reſervabo.*

Terra ferox pecorum, Cerere & Baccho que referta:
Eſt tamen hoc aliquid, aſſociaſſe ſibi
Artem Preſſura, quamquam Moguntia finxit,
E limo traxit hanc Baſilea tamen.

Ubi innuitur, Baſileenſes artem typographicam, a Moguntinis inventam, ulterius provexiſſe ac nitidiorem reddidiſſe, ex limo, ut verba habent, protractam. Annum, quo impreſſus hic liber eſt, additum non memini. At reperio hunc Wenſslerum Baſileæ fuiſſe typographum anno 1479. Manu quoque mea verſavi alium, unde ſequentia deſcripſi:

p) *Auguſtinus de Civitate Dei, binis ſacra pagina profeſſoribus eximiis id commentantibus, rubricis tabulaque diſcretus, præcelſa in urbe Baſiliens. partium Alemanniæ, quam non ſolum aëris clementia & fertilitas agri, verum etiam Imprimentium ſubtilitas reddit famatiſſimam, ingenio & induſtria Michaëlis Wenſsler anno Sal. noſtræ poſt M. & CCCC LXXIX, VIII. Kal. Aprilis operoſe conſummatum.*

Apud eundem Wenſslerum impreſſus eſt idem Auguſtinus de Trinitate, anno 1490.

Anno 1490 vivebat etiam Baſileæ celebris typographus *Nicolaus Keſler*; eodemque anno *Joannes ab Amerbach*; imo vero jam anno 1481, quo impreſſit *Vincentii Bellovacenſis Tractatus aliquot*, teſte in Bibliotheca ſua *Conrado Geſnero*,

Z 2 qui

p) Tradux hæc editionis Moguntinæ anni 1473.

qui etiam dicit *Quatuor ejusdem Specula ibidem impreſſa* in folio, charta baſilica.

Anno 1485 & 1491 Baſileæ impreſſa ſunt Biblia Latina, *quæ Vulgatæ Editionis & Hieronymi dicuntur.*

Caput XIV.

p. 66 De Typographia per omnem Germaniam divulgata atque diffuſa.

Moguntia, Argentoratum, Auguſta Vindelicorum, ac Baſilea, ſingulæ celebres Germaniæ urbes, non habent, cur arte typographica glorientur ſolæ; ſunt & aliæ, ubi eadem culta fuit atque exercita, ut Lubecæ, apud *Lucam Brandis* de Schaſs anno 1475 impreſſum q) *Chronicon juxta Mundi ſex ætates diviſum, prius alibi non repertum, quod placuit RUDIMENTUM NOVITIORUM intitulari, Imperiali nobili in urbe Lubecana arte Impreſſoria, ſpeciali gratia divina animarum ob ſalutem fidelium inventa, feliciter eſt excuſum* &c. Liber, me judice, non inutilis, & dignus, qui aſſervetur in Bibliotheca Lugduni Batavorum. Eodem anno 1475 fuerunt item Typographi Eslingæ *Conradus Finer*, Ulmæ *Joannes Zainer* & *Conradus Drenckmuth*. Coloniæ Agrippinæ impreſſæ ſunt *Lucubrationes Rudolphi Agricolæ* anno 1471. & alios vidi libros ibidem impreſſos, apud *Arnoldum ter Hornen* anno 1473. apud *Joannem Koelhoff*

q) Uſus eo Chronico Auctor Chronici Colonienſis vernaculi.

hoff anno 1477, apud *Henricum Quentel* anno 1480. Spiræ impreſſit *Petrus Drach*, Heidelbergæ *Jacobus Knoblocher* anno 1489, Norimbergæ impreſſa ſunt *Biblia Hieronymi anno* 1477. *duob. voluminibus, Pſalterium cum Gloſſa Magiſtrali Petri Lombardi*, *anno* 1478. item *Liber, qui inſcribitur VITAE PATRUM eod. anno* 1478. *Æneæ Sylvii (Pii II P. P.) Familiarium Epiſtolarum opus, anno* 1481. Ibi vero typographi fuerunt *Andreas Friſner* cum *Joanne Seſenſchmid* anno 1478, ac *Antonius Kohergher* anno 1480. qui artem hanc diu multumque fecit, & plures egregios libros in lucem produxit, omnium illorum facile princeps. Ejus opera prodiit celebre *Chronicon Noribergenſe*, auctore *Hermanno Schedelio*, impreſſum anno 1493. ut capite decimo in catalogo notatur.

Cap. XV. *p. 67*

Quomodo & quo tempore ars Typographica e Germania in Italiam, ac præcipue Romam, pervenerit?

Non ſolum Typographia, ſed omnes quoque aliæ artes alia ratione exiguis ſubinde acceſſionibus auctæ & ad majorem nitorem perductæ ſunt. Cum itaque, uti oſtendimus, per omnem Germaniam plures ex incluta hac & celeberrima arte magnum ſibi comparaſſent nomen: nonnulli tandem præclariſſimum inventum in Italiam, omnis eruditio-

nis matrem transferre, illiq; incumbere inſtituerunt. Eo enim fama ejus ita pervaſerat, ut nemo non fructum ex ea capere avide deſideraret, ſive Moguntiam aut vicina loca, ſive Harlemum matrem habuiſſet. Factum eſſe illud tempore *Paſchalis Maripetri*, Ducis Veneti, qui quadriennium & ſemeſtre tempus ad gubernacula ſedit Reipublicæ, colligere licet e Sabellico *Rerum Venetarum ab urbe condita Decadis tertia Lib. VIII. & Enneadis X. Lib. VI.* ubi ſimul innuitur, accidiſſe id *Caliſto* Pontificem Romanum agente. Hic vero anno 1458. obiit, poſtquam ſedi præfuerat per triennium, & r) paulo antea vehemens ibi locorum imprimis Neapoli terræ motus exſtiterat. *Jacobus Wimfelingus* in Epitome *Rerum German. Cap. LXV* primum, qui formas librarias, quibus ad typos arte fuſoria conflandos utuntur, Romam attulerit, Germanum, nomine *Uldalricum Han*, fuiſſe ſcribit: *Præterea*, inquit, *Udalricus cognomento Han, ſub idem ferme tempus* (expreſſerat jam ante, annum MCCCC LXXI. ſed prius hoc accidit, uti inferius docebo,) *formas librarias, rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, Romam attulit. Fuit is natione Ger-*
p. 68 *manus &c.* (vid. ſupra pag. 174.) Sed s) *Polydorus Virgilius* eum nominat *Conradum*, itidem Germanum, annum diſerte exprimens 1458. (vid.

r) *Anno* 1456. 5. *Decembr.*
s) *De rer. Inventoribus Lib.* 2. *Cap.* 7.

(vid. ſupra pag. 241 not.) Quid vero de utraque ſententia habendum ſit, facile oſtendam. Ac, ut de priori primum dicam, reperio, integrum Udalrici nomen fuiſſe, *Ulricum Han de Vienna*, eumque Romæ impreſſiſſe *Ciceronis Officia* anno 1468 vel 1469. Quod ad alterum attinet, dictus ille fuit *Conradus Sweynheym*, ejusque ſodalis *Arnoldus Panyartz*, qui junctis viribus varia & multa opera anno 1468 & proxime ſequentibus Romæ excuderunt. De duobus hisce ſodalibus ſcribit *Raphaël Volaterranus* Commentarior. Urbanor. Lib. XXXIII. t) *Jam divina providentia ingeniorum immortalitati conſultum, quando novo portento reperit hoc ſeculum non deſcribere libros, ſed fingere, ex æneis characteribus, atramento ſcriptorio perfuſis, paginâ torcularibus expreſſâ. Authores duo e Germania fratres* (immo *ſodales*) *Romæ cœperunt anno M CCCC LXV primique omnium Auguſtinus de Civitate Dei, & Lactantius prodiere.* Hisce verbis non aſſerit *Volaterranus* (ut opinantur u) quidam) anno modo dicto 1465 demum typographiam & quidem Romæ fuiſſe inventam. Minime: tanta non erat viri imperitia, quamvis in Commentariis illis ſuis multa tumultuarie ac inconſiderate congeſſerit; ea tamen ejus hic non eſt opinio. Duos, ſcribit, fra-

t) Cap. *de modo ſcribendi apud veteres.*

u) *Vir illuſtris in Confutatione Burdonum.* (pag. 1220. ed. Francof. 1603. fol.)

tres artem imprimendi libros, eo, quem antea deſcripſerat, & in Germania uſitatum noverat, modo inchoaſſe & apparaſſe anno 1465. atque libros, quos ibi primos ediderunt, ipſo teſte, fuiſſe *Auguſtinum de Civitate Dei*, & *Lactantium*. Antequam progrediar, præterire nequeo, quam enormiter offendat *Irenicus*, qui tradit v) Conradum fuiſſe bibliopolam, atque non ipſam imprimendi artem, ſed libros impreſſos Romam attuliſſe: *Conradus itidem Germanus*, inquit, *excuſa exemplaria Romam primus detulit*. Ac ea quidem ita tradit, *Polydorum Virgilium* reſpiciens, qui tamen de typographia omnino loquitur. *Conradus iti-*
p.69 *dem Germanus*, inquit ille, *Romam primo in Italiam attulit*, ſcilicet typographiam. Quod ad *Auguſtinum*, res negari nequit, & liber forma egregia impreſſus eſt Romæ anno 1468, quod pro certo ſcio & affirmo, teſte ipſo libro, quem ego poſſideo, ob raritatem & antiquitatem cum paucis comparandum, imo cimelii loco inter libros habendum. *Lactantius* autem biennio poſt impreſſus eſt, anno 1470. cujus exemplum in Bibliotheca Leidenſi aſſervatur. Interea tamen prelum non ceſſavit; ſed ex eadem officina prodierunt *Julii Cæſaris libri ſuperſtites*, *Lucanus*, *Quintilianus* & *Apulejus* anno 1469. Eodem pariter an-

v) *Germaniæ Exegeſeos Lib*. 2. *Cap*. 47. (vid. ſupra pag. 345.)

anno Romæ editus eſt *Cicero de Officiis per Ulricum Han de Vienna*, quam editionem Vir eruditiſſimus *Janus Gruterus* laudat & x) allegat. Num enim huic *Ulrico Han* peculiare, an idem cum *Conrado Sweynheym* ac *Arnoldo Pannartz* fuerit typographeum, me fugit. Illud novi, anno 1470 non ſolum *Lactantium*, ſed etiam *Suetonium de vita XII. Imperatorum* impreſſum eſſe apud *C. Sweynheym & A. Pannartz*, ac ſequenti anno 1471 Poëtam *Silium Italicum*: quem utrumque auctorem ipſe poſſideo. Ad hæc *Calpurnii Bucolica, & alia nonnulla, iisdem typis excuſa, quamquam ſine typographi, locique, & temporis annotatione*. Supra laudatus *Gruterus* commemorat quoque editionem *Ciceronis de Officiis*, Romæ anno 1471 repetitam. In Bibliotheca Trajectina ad Rhenum, quod patet e Catalogo Librorum anno 1608 ibi impreſſo, habentur *Biblia cum expoſitione Nicolai de Lyra, Romæ* 1472, *V. voluminibus*, & *Martialis cum Commentariis Domitii Calderini, Romæ* 1474. Num typographorum modo dictorum opera prodierint, ignoro: bibliophili, quibus libet, ipſi videant. Romæ quoque anno 1474. ſunt impreſſi *Dom. Calderini Commentarii in Juvenalem, & ejusdem Recognitio & Interpretatio Sylvarum Statii Papinii*, anno 1475. In calce *Auguſtini de Civitate Dei* ſequentia leguntur:

x) *In Notis ad Ciceronem.*

p. 70 *Hoc Conradus opus Suueynheym ordine miro*
Arnoldusque ſimul Pannarts una ede colendi
Gente Theutonica Rome expediere ſodales,
In domo Petri de Maximo. M. CCCC. LXVIII.

Eadem leguntur in fine *Lucani*, aliorumque librorum plurium. *Petrus de Maximo* & frater ejus *Franciſcus de Maximo* domum ſuam ipſis locaverant ad artem impreſſoriam colendam. Id conficio ex alio carmine, quod y) calci librorum ſuorum addere conſueverant. Illud à me deſcriptum ita habet:

Aſpicis illuſtres lector quicunque libellos,
Si cupis artificum nomina noſſe: lege.
Aſpera ridebis cognomina Teutona forſan!
Mitiget ars Muſis inſcia verba virûm.

Conradus Sweynheym Arnoldus Pannartzque magiſtri
Romæ impreſſerunt talia multa ſimul.
z) *Petrus cum fratre Franciſco Maximus ambo*
Huic operi aptatam contribuëre domum.

Cum itaque *Auguſtinus de Civitate Dei* primus ſit liber Romæ anno 1468. impreſſus, & duo illi Germani, teſte Volaterrano, anno 1465. artem imprimendi ibi inchoarint, triennium typis ſcalpendis ac fundendis, nec non pre-

y) *Ad calcem meor. libror. Suetonii & Silii.*
z) *Petrus & Franciſcus de Maximis Rom. Ci.*

prelo adornando, aliisque inſtrumentis ad artem neceſſariis parandis inſumtum eſt. Annum 1458, quem *Polydorus Virgilius* affert, haud facile poſſum admittere, quamvis & *Sabellicus* eundem innuere videtur, acta Reipublicæ Venetæ, Duce *Paſchali Maripetro*, deſcribens. a) Alii adſcribunt ea temporibus Ducis *Marci Barbadici*. In *Ulricum Han*, qui circa illa tempora vixit, ac Romam venit, quo è Germania ſive libros impreſſos, ſive typos, antea ibi non viſos, attulit, egregius & ingenioſus vir, b) *Jo. Antonius Campanus*, Epiſcopus Aprutinus, p. 71 tunc temporis vivens, & in poëſi excellens, argutum ſequens Epigramma fecit:

Anſer Tarpeji &c. (vid. ſupra pag. 175.)

Hæc breviter atque ad literam vertit S. A. (*Sam. Ampzing*)

Men ſag de Ganſen Room door heur getier bewaren,
En daer door't franſche heyr met-een ſo qualick varen:
Een Franzman wreekt die daed, daermede datby geeft,
Dat nu de Ganſe ſcaft niet vel te doen en heeft.

Idem Epigramma & ego non tam verba verbis reddens, quam ſenſum eorum, obſcuriora illuſtrando, exprimens, Belgice verti, in hanc ſententiam:

De

a) *Antoine du Verdier, en Proſopographie.*
b) *Jo. Ant. Campanus Epiſcopus Aprutinus.*

c) *De Franſman quam den Haen te Romen eertyds maecken,*
Maer als hy nu begon Tarpeij berg te raecken,
Ontſpronghen uyt den slaep de Ganſen met gheluydt;
De Wacht quam op de been, de Franſman waeſter uyt.
Nu wreeckt hem over ſulks een Ulrick Haen met naemen,
Die door en nieuwe vonds de lett'ren brengt te ſaemen,
En ſchrijft niet met de pen, maer druckt een bœcken leere,
Dat Ganſen vleughels niet van nood'ſijn, of begeerdt.

Campanus, uti ex his patet, *Ulricum Gallum* dicit, non ſecus ac ſi natione Gallus fuiſſet, & è Gallia oriundus; cum tamen patria ipſi fuerit Germania ſuperior. Id quod non ſolum *Wimfelingus* teſtatur, ſed nomen quoque ipſum, *Ulricus Han de Vienna*, quod additum eſt operi *Ciceronis de Officiis*, Romæ ſive ab ipſo, ſive ab alio typis Ulrici impreſſo, oſtendit. Forſan matrices ſeu formas typorum ibi exſcalpſit, & hos arte fuſoria conflavit; ſed

c) *Capta à Gallis Urbe, M. Manlius auctor civibus confugiendi in Capitolium fuit, quadam nocte clangore anſeris excitus, Gallos adſcendentes dejecit, &c. Aurelius Victor & Livius A. V. C. Lib. V.*

ſed mihi videtur credibilius, ipſum fuiſſe typographum. *Campanus* taxatur à *Wimfelingo*, quod *Ulricum* ob cognomen (ut & ego notavi) Gallum dicit: cum tamen vox *Han* vel *Haen* (*Hahn*) latine *Gallus gallinaceus* dicatur. p. 72 Opinatur itaque *Wimfelingus*, errorem hunc è ſiniſtra vocis acceptione ortum, ac poëtæ ab aliis eſſe impoſitum. Me vero judice, luſus hic non tam improvide, quam quidem opinatur *Wimfelingus*, eruditiſſimo Epiſcopo ex ſiniſtra vocis *Han* interpretatione ſubnatus eſt. At quoniam typographus ille *Ulricus Han de Vienna* dicebatur, vir eruditus exiſtimaſſe videtur, eum fuiſſe d) Vienna in Gallia, celebri ſede epiſcopali, non autem e) Vienna, Auſtriæ metropoli, ad Danubium ſita, oriundum. Fortaſſe etiam compertum habens Vir egregius, typographos Moguntia & ex aliis Germaniæ regionibus propullulaſſe, *Ulricum* ſtudio conſultoque dixit Gallum, quandoquidem Moguntia, vel Maguntiacum ſcriptoribus antiquis Galliæ aut Franciæ accenſetur. *Auctores Tacitus Hiſtor. Lib. IV. Ptolemæus Geograph. Lib. II. Cap. IX. Vopiſcus in Aureliano, & in Probo. Hieronymus ad Gerontiam. Regino ad an.* 923. *Sigebertus ad an.* 1074. *aliique innumeri. Et Moguntiam Galliæ urbem fuiſſe ex veterum conſenſu docet N. Serarius Moguntiacarum Rerum Lib.*

d) *Viennenſis Archiepiſcopatus.*

e) *Vienna, caput Auſtriæ.*

Lib. I. Cap. X. Pari ratione à veriſimilitudine non abhorret, celebrem typographum Venetum *Nicolaum Jenſon* eadem de cauſa dictum eſſe Gallum, quem tamen Germanum fuiſſe expreſſe ſcribit *Sabellicus* Ennead. X. Lib. VI. *Eleganti*, inquit, *literarum forma multum cæteros antecelluerunt* Nicolaus Jenſon, & Joannes Colonienſis, *ambo Theutonici* &c. *Jenſon* ille Venetiis plures egregios impreſſit libros, & floruit anno 1472, ac aliquot ſequentibus. *Thomæ Aquinatis* operibus, anno 1480 impreſſis, ſequens ejus encomium ſubjunctum legis: Nicolaus Jenſon *Gallicus*, *vir imprimis Catholicus*, *erga omnes gratus*, *beneficus*, *liberalis*, *verax*, *conſtans*; *pulchritudine*, *magnitudine*, *fidelitateque imprimendi in toto terrarum orbe* (*pace omnium dixerim*) *primus*: *mira etiam celeritate*, *noſtrâ hac tempeſtate*, *veluti ſingulare munus cæleſte*, *nobis impreſſa Venetiis dedit*. Hæc fr. *Petrus Albus* Venetus in Epiſtola. Notabiliores quosdam libros ab ipſo impreſſos vide capite ſequenti allegatos. Nos eo revertimur, unde ſumus
p.73 digreſſi. Opinamur, ut ante dictum, Germanos Romæ in adornanda typographia per triennium fuiſſe occupatos; niſi quis dicere malit, *Auguſtinum de Civitate Dei* & *Lactantium* jam antea, & prius, quam ego monui, fuiſſe impreſſos, cujus editionis exempla minus innotuerint. Commodatus in præſentia mihi eſt ab erudito & optimo Viro, *Hieronymo de Backere*, Juriſconſulto, & ſingulari rerum

non

non ubivis obviarum cultore, *Auguſtinus de Civitate Dei* impreſſus, cujus ad calcem hæc leguntur: *AURELII AUGUSTINI doctoris egregii atque Epiſcopi Hipponenſis de Civitate Dei liber viceſimus ſecundus explicit contra Paganos, ſub anno Nativitatis Domini MCCCCLXVII, Pontificatus PAULI Papa ſecundi anno ejus tertio; Tertio regnante Romanor. Imperatore FRIDERICO. Indictionis XV. die vero XII. menſis Junii*

GOD

DEO GRATIAS.

.AL.

Si hæc admonitio addita eſt, poſtquam operarum carceres reliquit, certum eſt, hanc editionem anno uno antiquiorem eſſe mea Romana. Fieri enim potuit, ut hæc epigraphe adderetur, qualis habebatur in libro ſcripto, quem typotheta eſt ſecutus; id quod alias quoque factum novi.

Et plures ejusmodi codices reperi in bibliothecis membraneos æque ac chartaceos, ſimilibus monitis inſtructos, & nunc ante, nunc poſt inventam typographiam ſcriptos. His ſcilicet ſignificarunt librarii, quo tempore liber deſcribendo abſolutus fuerit. Iidem ſæpius nomen ſuum addebant, quod tamen hic ſive per negligentiam, ſive alia ex cauſa iiſſum eſt. Sed id noſtra parum refert. ıtandum erat, ut nomen typographi hic ;eretur, cum anno (ſi alius eſt, atque 1467) loco, ubi liber ſit impreſſus. Si admonitio

hæc

hæc una cum anno à typographo profecta eſt, liber ipſe anno uno editionem Roma-
p.74 nam antevertit. Cujus vero opera, aut ubi illa curata ſit, dicere nequeo. Veriſimile enim eſt, hunc librum à Belga quodam aut conſcriptum eſſe, aut impreſſum. In hanc ſententiam adducit me vox illa GOD, quæ in fine legitur; quam ſi Germanus aliquis ſcripſiſſet aut impreſſiſſet, non GOD, ſed GOTT legeres. *Gottes Wort* Germanis, nobis dicitur *Godes Woord.* Sed alia quoque ratione ænigma illud GOD.AL. explicari poteſt. Quid? ſi librarii vel typographi hic lateat nomen, *GODſchalcus ALemanus*, vel *GODefridus ALemannus.* Liber iſte, ſicut & alter ille editionis Romanæ, manuſcripto jure meritoque æquiparandus, imo pluris æſtimandus eſt; nec minus omnes alii, qui primæ ſunt editionis.

Vides itaque, hoc pacto *Conradum Sweynheym, Arnoldum Pannartz* & *Ulricum Han de Vienna* artem typographicam anno 1458. Romam deportaſſe, *Polydoro Virgilio*, à quo plane non aut parum diſſentit *Sabellicus*, teſtante. Si *Volaterranum* audias, annis ſeptem poſt id factum eſſe dixeris; vel etiam decennio poſt, ut præter alia teſtimonia *Auguſtini* editio Romana anni 1468. innuit. M. Cruſius in Annalibus Suevicis, ubi f) ſupra: *Tractata Typographia,*

f) *Vide ſupra Cap.* 10. & 12.

phia, inquit, *anno* 1469. *Romæ ab Ulrico Hanhermanno.* Hic videri poſſit Ulricus antedictus cognomen habuiſſe *Hanhermann.* At aliter res habet. Locus iſte Chronologi corruptus eſt & vitioſe impreſſus; reſtitui tamen protinus poterit, ſi, me ſuaſore, pro *Hanhermanno* ſcripſeris *Han Germano*: id quod certo videtur certius. Auctor reſpicit *Officia Ciceronis per Ulricum Han de Vienna* Romæ anno 1469 impreſſa, de quibus ſupra.

Quamvis ego antiquiores editiones Romanas non viderim, nec ullibi aſſervari animadverterim, fieri tamen potuit, ut typographiæ uſus jam antea Romæ exſtaret. Certe *Æl. Spartianus cum reliquis Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptoribus* Mediolani anno 1465. eſt impreſſus, id quod g) Claudius Salmaſius coram univerſo teſtatur orbe. Annum quidem diſerte non exprimit, ſatis tamen ſubindicat. *Iſaacus* *p. 75* *Caſaubonus* ad emendandam *Hiſtoriam Auguſtam* antiqua uſus fuerat editione Veneta anni 1490. Hanc editionem primam appellans, a *Salmaſio* caſtigatur, ſcribente, ſe a *Franciſco Jureto* commodatam habere editionem *Mediolanienſem*, viginti quinque annis *Venetâ* antiquiorem. Ita prodiret annus 1465. niſi falſus fuit *Salmaſius*, & ex libro manuſcripto admonitio illa deſumta eſt: de quo omnino velim reddi certior.

Aa Nea-

g) *In Animadverſionibus ad illos Auctores.*

Neapolin *Sixtus Ruſinger* Argentinenſis, typographiam attulit anno 1471. teſte *Wimfelingo*. Habeo, qui ex ejus officina prodiit, *Auctorem de viris illuſtribus*, & *Sexti Rufi Breviarium Hiſtoria Rom.* in 4. ubi ad calcem legitur SIXTVS RVESINGER. At neque locus neque annus exprimuntur.

Circa eadem tempora Venetiis imprimebat *Nicolaus Jenſon*, de quo antea pauca quædam diximus, & mox, finito hoc capite, iterum agemus.

Ibidem pariter typographiam adornavit celeberrimus *Aldus Manutius* Baſianâs, patria Romanus. Incepit ille Græcos & Latinos libros prelo ſubjicere circa annum 1490. quibus & charta ſelecta & typis affabre factis ſingularem nitorem conciliavit, quemadmodum exempla adhuc exſtantia teſtantur. Vir iſte induſtrius ac eruditus palmam præripuit omnibus typographis, qui ante ipſum fuerunt, vel, ipſo vivo, arti operam dabant; ſicut nunc etiam à paucis, licet non in omnibus, ſuperatur. h) *Ita tamen, ut omnibus in rebus quidquid exacti, quidquid pulchri, quidquid denique boni appareat, id ipſum Typographia Aldina nomine ex proverbio nuncupari ſoleat.* Nullis in artem parcebat ſumtibus, nullumque horrebat labo-

h) *Angelus Rocha Biblioth. Vaticana* p. 412. *Quem de eodem vide* p. 403. & *L. Guicciardinum in Harlemo.*

laborem. Per hebdomada ad ſummum duas imprimebat plagulas: cumque hodie ſingulis diebus ex uno eodemque prelo totidem redeant, colligi poteſt, quam negligenter p.76 fiat opus, & quantum hodierna ab Aldina elegantia & induſtria ſuperetur. At eheu! quam rari ſunt illi, qui cum illo Græcarum ac Latinarum literarum cognitione comparari poſſint. Neminem latet, quantus vir fuerit, quam induſtrius, quam accuratus, laudisque veræ & commodi publici ſtudioſus. Tantum curæ, perfectionis, nitoris ac elegantiæ, officina ejus præ ſe ferebat, ut ubique gentium *Aldus* typis argenteis uti diceretur. Ipſum, quod dixi, circa annum 1490. libros exſcribendi initium feciſſe, colligi poteſt è præfatione ipſius præmiſſa libro, cui titulus i) Θησαυρὸς κέρας ἀμαλθείας, καὶ κῆποι Ἀδώνιδος, Venetiis anno 1496. impreſſo. Ibi annum modo dictum 1496 ſeptimum eſſe, ex quo officinam typographicam aperuerit, ipſe profitetur, præfationem ita exorſus: k) *Dura quidem provincia eſt, bonarum literarum ſtudioſi, emendate imprimere Latinos libros; durior, accurate Græcos; duriſſima, non depravate vel hos vel illos duris temporibus. Quanam lingua curem ipſe imprimendos libros, & quo tempore, videtis. Poſtquam ſuſcepi hanc duram provinciam (annus enim agitur jam*

i) *Theſaurus Cornucopia, & Horti Adonidis.*

k) Aldi præclarum de ſtudio ſuo teſtimonium.

jam ſeptimus) poſſem jurejurando affirmare, me tot annos ne horam quidem ſolida habuiſſe quietis. Pulcherrimum utiliſſimumque eſſe inventum noſtrum, omnes uno ore dicunt, laudant, prædicant. Sit ita certe; inveni tamen ipſe, quo excrucier modo, dum vobis prodeſſe cupio, bonosque libros ſuppeditare. Ludovicus Guicciardinus exiſtimat, Aldum primum eſſe, qui Græcos libros ediderit. Hac itaque ratione ante annum 1490. nulli exſtitiſſent libri Græci impreſſi. *Suidæ* Græco, anno 1499 Mediolani impreſſo *Joannes Maria Catanæus* iſta præmittit: *Quis poſt hanc divinam imprimendi artem librum aliquem ſuis undique numeris abſolutum publicavit? niſi characteribus decoris inſignitum? emendatore optimo illuſtratum? utilitate publica neceſſarium? Ego autem non negaverim, jam plurima utriusque linguæ volumina per eruditos in lucem veniſſe, quæ ſplendoris multum & utilitatis ſecum attulêre; ſed qui eam, quam* Suidas *Græcus, abſolutionem ſit conſecutus, nullum facile contenderim.*

p.77 Typos Græcos ad hoc opus imprimendum ſcalpſerunt Joannes Biſolus, & Benedictus Mangius, Carpenſes, quibus ob ipſorum peritiam & ingenii dotes id negotii datum fuit à Demetrio Chalcondyle, qui ad *Suidam* accurate edendum ac typos idoneos multum laboris & induſtriæ contulit. Si quis harum rerum ſtudioſus plura de duobus his egregiis chalcographis noſſe deſiderat, is adeat Græcam Chalcondylæ præfationem, ac ſe doceri patiatur. Hallucinatur heic utique *Ludovi-*

vi-

vicus Guicciardinus, Nobilis Florentinus, quando libros Græcos ab *Aldo* primum editos eſſe docet. Ante annum enim 1490, quo Aldus imprimere cœpit, Florentiæ anno 1488. Homerus, typis Græcis vere egregiis, editore Bernardo Nerilio, eſt exſcriptus. Plures alii libri ante id temporis prodierunt, quos hic recenſere longum foret. Deſcribam heic potius verba, quæ in officina januæ muſei ſui literis majoribus *Aldus*, ad avertendas ſalutationes intempeſtivas, quæ turbare graviora conantem potuiſſent, inſcribi curavit. Tum caput hoc finiam poëmate quodam, quod haud ita pridem compoſui in l) ſymbolum laudatiſſimi *Aldi*, animadvertens ſimul in præproperos editores librorum immaturorum ſive nugarum, quibus lectori nauſea movetur, auctori vero ipſi dedecus pœnitendum adfricatur. Utinam m) illud nec me ipſum tangeret, & hic locum quoque haberet! Modeſta *Aldi* admonitio, janitoris loco, ſequens eſt:

Quiſquis es, rogat te Aldus *etiam atque etiam, ut ſi quid eſt quod a ſe velis, perpaucis agas: deinde actutum abeas: niſi tanquam Hercules, defeſſo Atlante, veneris ſuppoſiturus*

l) FESTINA LENTE.

m) Nam valde tumultuarius eſt hic noſter Commentariolus & paucularum horarum.

rus humeros: ſemper enim erit, quod tu agas, & quotquot huc attulerint pedes.

Aldus neminem admittere volebat fruſtra: qui ipſum veniebant ſalutatum, monebantur, ut paucis ſe expedirent, & abirent illico: niſi quis veniſſet defatigatum adjuturus. Semper enim ibi aliquid habituros, quod agerent.

p.78 Dialogus ſuper pictura quadam, ſeu ejus ſciagraphia inter Poëtam & Pictorem.

Poëet. *Segt, Schilder, wat magh dit voor een Goddinne weſen,*
Met dat gheletttert kleedt? of ſtaet het daer te leſen?

Schilder. *Het is de* DRUCKERY. Poëet. *Wat Stad leyt in't verſicht?*

Schilder. *'Tis* Haerlem, *die de Konſt gebragt heeft in het licht.*

Poëet. *Wie ſijn, die om haer ſtaen?* Schild. *De* Muſen *alle negen.*

Poëet. *Dus met een* n) *Slang omringt?* Schild. *Door haer ſijt leven kregen,*
End' Eeuwigheyd te loon. Poëet. *Die met't laurieren loff*
Erken ick nu, dat is het hooft van't Maegden-hoff,
Apollo *onſen Godt. Maer, ſegt, wie daer beneven*

Sit

n) Symbolum æternitatis.

Sit niet de rechter hande? Schild. *Hem is te recht ghegheven*
Van Lauren Laurens naem: de Vinder van de Konſt,
Apollos crans wel waerdt, en al der Goden jonſt.
Poëet. *Is't* Laurens Coſter *dan?* Schild. *Jae.* Poëet. *Die held moet beklijven,*
Die ons ſoo heeft bevrijdt van lang-verdrietigh ſchrijven;
Die onſe Boecke-kas verherlickt en verrijckt,
Soo dat de Burgher-man den Koning niet en wijckt.
Maer, Schilder, ſegt toch voort: wat Vrouw is daer gheſeten
In't aenſicht ſo miſmaeckt, als of ſy had ghekreten?
Schild. *'Tis* o) Metanœa, *Heer, van my dus afghemaeld.*
Poëet. *Die Cicero niet kend, en dus de Grieck vertaeld.*
Hoe! noemt ghy haere naem? Schild. *Ick hebt van die het weten;*
Ick hebt van ons ghelijck; en wy ſijn ſchier Poëeten.
Poëet. *Al lacht ghy ſoo wat heen, het is de waerheyd oock.*
Ghelooft my, Schilder, wen ſtraelick nocht' en ſtroock,

o) Pœnitentia.

p.79 *Ghy hebt de ſin ghevat.* Schild. *Maer ghy hebt meer gheleſen;*
Seght, wil dit volck jou niet dus by den and'ren weſen?

Poëet. *Icl hebber wel ghekende, die met te ſpae beren,*
Nae hertſeer en verdriet, eerſt lierden deſe Vrou.
Sy ſtellen meester haeſt, en ſonder te erkennen,
Een boeck met eenen ſett. Dit brengt haer in benauwen;
In certen iſt haer leet, dewyl't niet hangt off kleeft,
Dewijl het werck maer is ghedoot verwit, en niet leeft;
Niet, als't behoord, gheſteldt. p) *De Venuſijnſche ſnaeren*
Die hoordmen ſonder vrugt; ſijn raed die laet men vaeren,
Te blocken neghen jaer ſoo over eenen boeck,
Dat valter veel te ſwaer; drie weecken is ghenoeg,
Als't boeck is aen den dagh vervaerdight en ghegheven,
Soo voelen ſy met ſmert, wat datter is bedreven.
Och! was't dan niet te laet? Och! dat de Sot met ſout
Op-eeten moght het gheen ſijn dwaſe pen uyt ſpout.

Och!

p) Horatius de arte poëtica.

Och! hadd' hy op het Merck van q) Aldus *acht*
ghenomen,
Hy was in ſulck verdriet niet blindelincks ghekomen.
Och! hadd' hy daer ghelet op d' inhoudt en 't
berecht,
Hoe dat de r) *ſnelle Viſch om 't ancker is ghe-*
vlecht.
Och! hadd' hy het Devijs met aendacht daer
gheleſen,
De arme knecht en ſou nu ſoo benart niet we-
ſen.
Die hier met lanckſaemheydt ſich haeſt, en
ſoetjes gaet,
Raeckt binnen 't huys van Eer: die loopt, die
komt te laet.

Legendo & Scribendo
Harlemi 15. Auguſti 1628.

CAPUT XVI.

Elenchus librorum aliquot antiquorum, in 30 diverſis Italiæ urbibus impreſſorum, quibus nomina typographorum adduntur.

Præter ante dictos libros & typographos in aliis quoque diverſis Italiæ urbibus officinæ ty-

q) *Aldus Manutius* Civ. Rom. mel gentium, & typographorum carbunculus.

r) Delfinus. *Feſtina Lente.*

typographicæ maturè admodum fuerint adornatæ: unde in præfatione mea poëtica dixi:

De Konſt vloeg door het Ryck, en bleef niet in de paelen,
En dat men anders ſou van Haerlem moeten haelen,
Dat haelde men van Ments, Te Romen, te Milaen,
In andre Steden meer begon de Parſſe gaen.

s) De *Roma* capite præcedenti inde à primis originibus diximus: nec ſilentio præterivimus *Medinlanum*, librum quendam, qui ibi anno 1465. impreſſus dicitur, deſcribentes. Nunc addimus, ibidem pariter prodiiſſe anno 1471. Feſtum Pompejum *de verbor. ſignificat.* & Franciſci Philelfi *Satyras* anno 1476. apud *Chriſtophorum Valdarpherum* Ratisbonenſem, typographum exactiſſimum, quod ex monito in calce legendo apparet. Pariter impreſſus eſt ibidem *Titus Livius*, arte & impenſis *Philippi Lavagnia*, anno 1478. quæ ejus editio antiquiſſima & prima habetur. At apud *Franciſcum Robortellum* t) lego *Livium à Victorino* u) *Feltrenſi* correctum, & impreſſum à *Vendelino*; anno 1470. adeo ut hæc editio Mediolanenſem annis octo antecedat. Donatus Boſſius *de Archie*

s) *Ptolemai Geographia Lat. cum tabulis Roma* 1480.
t) *Emendationum Lib.* 2. *Cap.* 54.
u) *Feltre.*

chiepiſcopis Mediolanenſibus Mediolani impreſſus eſt anno 1492. Quo tempore x) Neapolim & Venetias pervenerit typographia, ſupra quoque expoſuimus, ac oſtendimus, Venetiis *Nicolaum Jenſoni* Germanum, licet Gallus dicatur, præcipuum fuiſſe typographum. Imprimebat is anno 1472 typis nitidiſſimis, & forma elegante, C. Plinii *Naturalis Hiſtoria libros.* Ab eodem impreſſus eſt anno 1476. p. 81
y) Æmilius Probus (ſive potius Cornelius Nepos) *de vita Excellentium* &c. Eodem anno prodibat Venetiis Nonius Marcellus, *induſtria & impendio* Nicolai Jenſon *Gallici.* Et Thomas quoque Aquinas *de erroribus Gentilium* ab eodem impreſſus eſt anno 1480. ubi ipſe *Impreſſor præſtantiſſimus* vocatur. Nolim vero exiſtimes, eum poſtea otio indulſiſſe, quum aliorum librorum, ab eodem editorum, nullam faciamus mentionem. Venetiis circa hæc tempora, aut brevi poſt, alii præter hos typographi famam ſibi pepererunt. Vir præſtantiſſimus atque doctiſſimus *J. Gruterus* uſus eſt *Orationibus* Ciceronis *ex Veneta editione anni* 1473. Priſciani *Opus Grammaticum impreſſum Venetiis impenſis* Marci de Comitibus, *ſociique ejus* Girardi Alexandrini, *anno* 1476.

Eodem-

x) Matthiam Moravum, *Neapolitanum typographum mire extollit in Epiſtola ad* Ferdinandum *Regem* Junianus Majus, circa annum 1480.

y) *Meminit Hieronymus Magius.*

Eodemque anno *Biblia* Hieronymi, *ſive Vulgata* ibidem impreſſa *per Franciſcum de Hailbrun & Nicolaum de Franckfordiâ, ſocios.* Præter illos eo anno noti etiam erant *Andreas de Paltaſichis* Catarenſis & *Boninus de Boninis*, ſocii, à quibus impreſſus *Aulus Gellius* anno 1477. & *Lactantius* anno 1478. Innotuerunt præter illos *Dietericus Reynsburgenſis & Raymundus Noviomagenſis*, quorum opera anno 1477. prodiit Bonaventura *ſuper Secundam Sententiarum*, Venetiisque editus Valerius Maximus *Boni Accurſii Piſani anno* 1478. Horatius *impreſſus Venetiis per Philippum Condam*, *Anno* 1479. Juvenalis *Dom. Calderini*, 1482. *Eodemque anno* Val. Maximus *cum Omniboni Leoniceni Commentariis*, *typis Joannis de* z) *Forlivio.* Apulejus *& alia Venetiis impreſſa circa annum* 1485. De *Erhardo Ratholdo*, qui Auguſta Vindelicorum Venetias venerat, & anno 1485. imprimebat, egimus capite duodecimo. Raineri Piſani *Pantheologia, impreſſa Venetiis, cura & impenſis Hermanni Lichtenſtein Colonienſis anno* 1486. *Eodemque anno* Ovidius *per Bernardinum de Novaria.* Anno 1488 Venetiis C. Val. Catullus *cum Antonii Parthenii Veronenſis Commentariis* impreſſus eſt typis *Andreæ de Paraſcichis*: & Ciceronis *Epiſtolæ Familiares cum Hubertini Clerici Creſcentinatis Commento per Bernardinum de Coris Cremonenſem*, *anno* 1488. Eodem anno ibidem in typographiam quoque conferebat operam

An-

z) Forli.

Antonius de Strada. Omnes autem typogra- p. 82
phos ejus temporis Venetos, nominatim eos, qui ab anno 1490 usque ad annum 1500 claruerunt, enumerare & tempus & charta prohibet. Quarto anno poſt, quam *Plinius*, ut ſupra dictum, impreſſus erat per *Nicolaum Ienſon*, idem auctor Parmæ prodiit *ductu & impenſis Stephani Coralli Lugdunenſis*, *anno* 1476. Tarviſii quoque mature cœpta eſt typographia: ibi enim anno 1469 impreſſa Polyphili *Hypnerotomachia*; de quo libro agit eruditiſſimus a) Voſſius, occaſione Epiſtolæ *Balthaſaris Bonifacii* ad Virum illuſtrem & ſingularem eruditorum fautorem *Dominicum Molinum*, Venetiis. Elapſis hinc octo annis Tarviſii prodiit Junianus Majus *de priſcorum verborum proprietate*, anno 1477 opera *Bernardi Colonienſis*; ac tribus annis poſt, idem liber ibidem, anno 1480 per *Bartholomeum Confalonerium* Brixianum. Terentius *cum* Donati *Commentario* anno 1477 apud *Hermannum* b) *Lichtenſtein*, qui poſtea Venetias habitatum conceſſit, ibique libros formis æneis deſcripſit annis 1486 & 1494. Tarviſii prodierunt inſuper M. Annæi Senecæ *opera*, anno 1478. & Plautus *Georgii Alexandrini*, anno 1482. Ferrariæ Andelonis *Aſtrolabium*, anno 1475. Bononiæ c) Manilii *poëta Aſtrono-*

mi-

a) *De Hiſtoricis Latinis pag.* 838.
b) Levilapis ibi eſt.
c) *Meminit Caſpar Barthius Adverſ. Lib.* 1. *cap.* 8.

ricum, anno 1475 annis decem integris ante, quam Bonincontriana editio curata eſt. d) Brixiæ Jacobi Philippi *Bergomatis Chronicum per Boninum de Boninis* anno 1485: & anno 1486. Lucani *Pharſalia cum Omnibani Leoniceni Vicentini Commentariis.* Idem *Lucanus* cum iisdem Commentariis eodem anno Venetiis quoque eſt impreſſus, jam ante in Italia à M. Panthagatho editus, ut ipſa Brixiana editio teſtatur. Veronæ prodiit Joſephus *de bello Judaico per magiſtrum Petrum Maufer Gallicum* anno 1480. Mantuæ impreſſa eſt Euſebii *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, anno 1479. e) Regii Lepidi anno 1481. Catullus, Tibullus, Propertius *accuratiſſime impreſſi, auctoribus Proſpero Odoardo & Alberto Mazalis Regienſibus.* f) Senæ *Libri Elegantiarum* Laurentii Vallæ per *Henricum Colonienſem* anno 1487. Florentiæ quoque anno 1477 prodiiſſe *Alphonſi &c.* Geſneri Bibliotheca, a Simlero aucta & locupletata, tradit. *Geſnerus* g) ipſe vidit Diogenis Cynici *Epiſtolas Lat. per Franciſcum de Accoltis Aretinum I. C. Florentiæ excuſas*, anno 1487. Idem præterea Neapoli impreſſum eſſe librum quendam auctoris anonymi *de Thermis Puteolorum* &c. anno 1475 teſtatur. Hac itaque ratione ars impreſſoria omnem

d) *Breſcia.*
e) *Reggio.*
f) *Siena.*
g) *Vide ejus Bibliothec. magnam.*

omnem Italiam pervagata eſt. Plures alii libri, atque adeo & loci, ubi circa hæc tempora, in quibus verſor, typorum uſus invaluit, referri poſſent: ſed eo pacto elenchus hic in libri molem excreſceret; nec laboris foret exigui, referre, quam longe lateque ille Costeri h) Gallus pennas diſperſerit. Nam in Siciliam usque ars penetravit, ubi anno 1476 Hebraici aliquid (quod merito mireris,) excuſum eſt. Inter codices linguarum orientalium manuſcriptos æque ac impreſſos, quos Vir veneranda memoriæ, Joſephus Scaliger, morti proximus, Lugdunenſi in Batavis Bibliotheca teſtamento legavit, liber eſt ante annos abhinc centum quinquaginta duos in Sicilia impreſſus; *Grammatica* nimirum *Moſis Kimchi*, quod relatum mihi à Viris eruditiſſimis & omni cultu digniſſimis, *Heinſio* & *de Dieu* memini. Quo autem loco magnæ hujus maris mediterranei Inſulæ, quave in urbe typographeum fuerit Hebraicum, comperire nondum potui. Novi tres ibi eſſe urbes, ſedibus Archiepiſcopalibus conſpicuas, Panormum, Meſſanam & Montem Regalem; quarum ſub ultima Catana Academia claret. Utrum ibi, an Syracuſis, an Melitæ, an i) alibi prelo fuerit ſubjectus *Moſes* iſte *Kimchi*, me latet.

h) Ulricus Han, *de quo præcedenti capite.*

i) Imo vero *Ortona maris*: vide Fratris dil. Biblioth. Hebr. Vol. III. p. 852.

latet. Id non ignoro, Piſauris in Italia, ditionis Venetæ, prima Biblia Hebraica impreſſa eſſe, *ſimul in folio*, & *in quarto*, anno 1494.

p. 84 *Caput XVII.*

Ubi oſtenditur, ante annum a Chriſto nato MCCCC LXVIII. nec Romam nec in Italiam univerſe perlatam fuiſſe artem typographicam.

Supra k) *Sabellico* & *Polydoro Virgilio* me oppoſui, nec ipſorum verbis ſubſcribere potui, Romæ anno 1458 vigere cœpiſſe Typographiam profitentium. Jam vero, re ipſa, & omnibus, quæ ad eam ſpectant, ac aliquid momenti ad perſuadendum habere videntur, etiam atque etiam penſitatis, nec ipſe *Volaterranus* audiendus mihi videtur, origines ejus in annum 1465 referens, & perſuaſum habeo, in commentariis ejus, ſæpius minus curate conſcriptis, loco anni 1465 reſtitui debere annum 1468, quo *Auguſtinus* meus lucem adſpexit. Hanc meam opinionem corroborant ac ſuffulciunt ea, quæ memoriæ reperio prodita l) de Gerardo Praet Goudano, qui, cum puellam quandam Septimontio, vulgo *Sevenbergen*, oriundam, reddidiſſet gravidam,

k) Conf. Cap. XV.

l) *Auctor ipſe Eraſmus in vita ſua, hæc de patre memoriæ prodens.*

vidam, nec agnati ejus aut conſanguinei matrimonium cum ea concedere vellent, Bataviam egreſſus Romæ ſcribendo victum ſibi paravit. Tum enim (anno 1465) m) ars imprimendi nondum innotuerat, ipſe autem eleganter ſcribebat, literarum Græcarum ac Latinarum apprime peritus. Audiebat doctorem *Guarinum*, & eruditos, quibus mirum in modum Roma abundabat, conſectabatur. Auctores omnes probatos manu deſcripſerat propria &c. Hæc & plura tradit ille, qui in utero materno olim celatus, poſtquam in lucem editus eſt, æternum evaſit lumen non ſolum anguſtæ noſtræ Bataviæ, ſed Europæ, quin etiam univerſi orbis terrarum. Hæc de patre ſuo tradit Gerardus Gerardi filius, vel, quod nomen per orbem illuſtrius eſt, *Deſiderius Eraſmus Roterodamus*. Sedet itaque animo annus 1468. De *Spartiano* Mediolani anno 1465 impreſſo, quid cenſendum ſit, ulteriori inveſtigationi & examini ſervo.

CAPUT XVIII.

Antiquiſſimæ de Typographia apud Hiſtoricos, aliosque Scriptores relationes. p.85

Maximo ſane mirandum opere, artis & inventionis tam egregiæ, qualis quidem eſt Typographia, temporibus antiquis non fre-

 quen-

m) Nam tum nondum erat ars typographorum, *ipſiſſima Eraſmi verba.*

quentiorem factam eſſe mentionem. Si Moguntiæ anno 1442 & 1450 impreſſi ſunt libri, cur, quæſo, ars debita fraudata eſt laude? Qui fit, ut ipſi annalium conditores ac eruditi eorum temporum, nulla habita ratione maximi commodi, quod ex arte illa ad eosdem erat rediturum, eam tamen alto prætereant ſilentio? Ne verbo quidem ejus meminit coætaneus *Mattheus Palmerius* Florentinus in Chronico ſuo usque ad annum 1449. Nec *Antoninus Florentinus* in Chronico ſuo, usque ad annum 1459, quo obiit. n) Nec *Flavius Blondus*, qui deceſſit o) anno 1463. Nec *Joannes Gobellinus* in p) Commentariis ſuis de rebus, quæ ſub Pio II. Pontifice evenerunt, qui fato ceſſit anno 1464, Gobellino adhuc ſuperſtite. Nec Pius modo dictus in ſcriptis ſuis. Nec Nicolaus de Cuſa, qui mortem obiit anno 1464. Quo pacto ea de re ſilere potuerunt *Jacobus Piccolomineus*, Cardinalis, q) in Epiſtolis ſuis circa eadem tempora ſcriptis; & *Bartholomæus Platina* in Hiſtoriis ac Vitis Pontificum, qui Romæ r) anno 1481 peſtilentia periit? At Cardinalis *Piccolomineus* tamen in Epiſtola, ad nepotem ſuum *Chriſtopho-rum*

n) *Natus annos* 70.

o) *Natus annos* 75.

p) *Forſan hi Commentarii ſunt ipſius Pii II.*

q) *Papienſis.*

r) *Natus annos* 70.

rium anno 1473. ſcripta, meminiſſe videtur librorum recens impreſſorum. s) *Orationes Ciceronis*, inquit, *& Ovidii opera apud librarium ſunt: miniata & ligata mittentur ad te.* Miniatæ vel p. 16 rubricæ dicuntur literæ illæ prægrandes, quæ olim non imprimi ſolitæ, ſed rubro aut cæruleo atramento, cum aliis adhuc ornamentis appictæ, libris decus afferebant. *Platina* quoque Typographiæ inventum *Joanni Fauſto* circa annum 1452 tribuiſſe dicitur. *Gilbertus Genebrardus* in Eugenio IV. PP.. *Platina*, inquit, *& fere omnes tale inventum referunt ad Joannem Fauſtum Moguntinum, ſub annum* 1452. De reliquis quid dicendum? alii neglexerunt, nec vacarunt typographiæ, tum nondum adeo notæ, deſcribendæ; alii tamen laudes ejus attigerunt. *Matthias Palmerius*, Piſanus, in Continuatione Chronici *Palmerii* Florentini: *Enit*, inquit, *ars hæc prope divina per totum fere orbem propagata circiter annum* 1457. *Palmerius* iſte Piſanus continuationem modo dictam deduxit usque ad annum 1481, quo adhuc erat ſuperſtes. *Jo. Ant. Campanus* Epiſcopus Aprutinus ſive Interamenſis, cujus ſupra honorificam fecimus mentionem, in Epigrammate ſuo de Ulrico Gallo. *Junianus Majus* Neapolitanus in t) Epiſtola ad *Ferdinandum* Regem: *Nunc demum viri ſingulari ingenio præditi,*

 inquit,

s) *Gruterus Venetæ Editionis meminit, an.* 1473.
t) *Præfixa operi de priſcor. verbor. proprietate.*

inquit, *omnique doctrina ornati, tanquam in ſubſidiis poſiti, & occurrunt Barbarorum colluvioni, & Latina ſtudia in priſtinum pubertatis florem reſtituunt. Accedit ad hæc, quod Germani ſolerti ac incredibili quodam invento NVPER novam quandam imprimendi artem rationem invenerunt.* Hæc ille circa annum 1477. De hac arte, u) *Irenico* teſte, ad *Franciſcum Guarinum*, præclaras admodum dedit literas *Nicolaus Perottus*, Archiepiſcopus Sipontinus. *Solebam*, inquit, *mi Franciſce* &c. usque ad verba *poſſet amplius deſiderari*, (vid. ſupra pag. 345.) Hic *Perottus* hoc tempore p. 87 floruit, & obiit x) admodum ſenex. Præterea (ut idem docet modo laudatus *Irenicus*) de arte imprimendi libros epiſtolam reliquit *Franciſcus Philelphus* Anconitanus, Poëta Laureatus & Eques, y) *ubi ſuo tempore repertam eſſe hanc artem oſtendit, & quaſdam literarum formulas nominat, & inventores hujus æterna laude æſtimat.* (vid. ſupra pag. 344.) *Philelphus* iſte natus anno 1398, defunctus eſt an. 1481, poſtquam ætatis octogeſimum tertium confeciſſet. *Philippus Beroaldus*, Bononiæ anno 1450 in lucem editus, & anno 1510 mortalitate interceptus, in quodam ſuo carmine ob hanc artem Germaniam ſummis in cœlum laudibus extollit. Num vero & alii officii ſui fue-

rint

u) *Germaniæ Exegeſeos Lib.* 2. *cap.* 47.
x) *Anno* 1460.
y) *Verba ſunt Irenici.*

ſunt obſervantes, ſub judice lis eſt. Ego, ubi nonnullos eorum allegavero, capiti huic finem imponam, ad alia digreſſurus. *Nicolaus Clopper*, Canonicus Eindhovenſis, anno 1472 *in Florario Temporum*. Joannes z) de Hagen *in Chronicis* ſuis, quæ usque ad annum 1471 deduxit, anno 1475 defunctus. Anonymus *in Chronico magno Belgico*, quod finitur, ut etiam auctoris vita, anno 1474. Ægidius de Roya *in Annalibus Belgicis*, perductis ad annum 1478, quo & auctor obiit. Thomas Baſinus *in Hiſtoria de Ludovico XI. Galliarum Rege, & Carolo Burgundiæ Duce*, circa annum 1480. a) Jacobus Ticinenſis *in Commentariis ſuorum temporum, ſub Pio II. P. M.* à quo Cardinalis creatus eſt. b) Hieronymus Albertucius Borſellus *in Chronico ab origine mundi usque ad annum* 1491. qui, paucis annis interjectis, Bononiæ, in patria, ex vivis ſublatus eſt. c) Baptiſta Ferrarienſis, peritiſſimus ille & probatisſimus Hiſtoricus, *in Hiſtoria* ſua *Florida* à nato Chriſto usque ad ſua tempora, vivebat autem anno 1494, perducta. Atque hi maximam partem rari ſunt libri, nec temere obvii.

z) *Alias, de Indagine.*

a) *Laudatur à Leandro Alberto in Italia ſua.*

b) *De hoc Voſſius ex Leandro Alberto, de Hiſtor. Lat. Lib.* 3. *Cap.* 8.

c) *Vide de eo Lang. in Chron. Citizenſi & Trithem.*

Inter eos nonnulli lucem viderunt, quibus tamen in præſentia deſtitutus, in iis, quæ habeo, acquieſco. Cui tantum tribuit fortuna, ut ipſi ad elingues iſtos doctores liber pateat aditus, is inveſtiget, quæ ipſorum de typographia ſit ſententia.

p. 88

Cap. XIX.

Digreſſus ex Italia in Belgium; una cum elencho quarundam antiquarum officinarum typographicarum hujus regionis.

Noſtrum nunc eſt, Italia relicta, domum reverti. Si nobis Italia tam amœna fuit & jucunda; laudabilius atque decentius erit, ut almam noſtram patriam longe amœniorem habeamus & jucundiorem:

Myn Vader-Stad roept my, na Haerlem moet ick
hooren.
't Landt treckt (ick weet niet hoe) van daer wy ſyn
ghebooren.
Die ſoete heughenis is't ſterkſte, dat men vindt.
Ons hert en ons ghemoed gheen bandt ſoo krach-
tig bindt.

Vale itaque venuſta Italia, vale Roma, decus orbis, & cornu copiæ infinitarum deliciarum: Vale Gallia, vale Hiſpania, vale Anglia, valete omnes reliquæ ditiones atque regiones! Fru-

Fruſtra eſtis, ſi ſperatis, veſtras à me officinas typographicas commemoratum atque celebratum iri. Amor patriæ cariſſimæ me allicit ad manendum intra terminos antiquæ, inclutæ & celebris Bataviæ: extra quos ſi egreſſus fuero, non niſi proxima & vicina loca tangam; quemadmodum nunc fert animus annotare hic nonnulla, quæ hic locorum apud majores noſtros fuerunt, typographea. *Hiſtoria Scholaſtica ſuper N. T. auctore Anonymo*, Ultrajecti impreſſa per *Nicolaum Ketelaer*, ac *Gerardum de Leempt*, anno Domini 1473. Ibidem anno 1480 impreſſus eſt *Faſciculus Temporum*, Belgice verſus, apud *Joannem Veldenaer*, de quo typographo fuſius infra agemus. *Erhardus Reewich* Ultrajectinus Moguntiæ impreſſit libros anno 1486, quo anno d) *Itinerarium Hieroſolymitanum Bernardi de Breitenbach* in lucem edidit Latine, & Germanice, eo tamen ſermonis genere, quod & noſtri Batavi intelligunt, anno 1488. *Dialogus Creaturarum appellatus, jocundis fabulis plenus* prodiit Goudæ Batavorum anno 1480 per *Gerardum Leen*, celebrem ætatis ſuæ typographum. Apud eundem impreſſus eſt *Tractatus* Colores *inſcriptus, de elegantia, compoſitione, dignitate, &c. per egregium Magiſtrum Engelbertum*, anno non addito. Anno 1478 liber quidam de S. Sacramento, p. 89

d) *Auctor ipſe vocat* Paſſagium in Terram Sanctam.

apud *G. Leen* Goudæ Bat. & eodem anno apud eundem utile quoddam, minoris molis Chronicon Hollandiæ, Belgice, continens res varias, quæ in majori Chronico deſiderantur, ſæpius à me in Hiſtoria mea Comitum Hollandiæ allatum. Ejusmodi Chronica aliquando vidi, ac ipſe unum poſſideo antiqua manu ſcriptum. Illud Hollandiæ Chronicon ita incipit: *Lange ſoo is my gebeden, dat ick doch wilde maken ende beſchriven die Hiſtorien van Hollant &c. van Graef Dieric die eerſte Grave van H. tot dat die machtige Hertoech* Philips *van Burgongen regnirode in Hollant.* In Chronico Goudano hæc ita habent: *tot die machtige en edele Hertoghe* Maximilianus *van Ooſtenrijc regneerde.* Illud usque ad *Maximiliani* tempora deductum deſinit in *Carolo*, Duce Burgundiæ, qui in oppugnatione Nanceji prælio fuſus cecidit anno 1477, relicta unica filia e) Maria, quæ poſtea *Maximiliano*, Duci Auſtriæ, Imperatoris Friderici filio, nupſit. Chronica manuſcripta finiunt cum obitu *Iacobæ*, quæ plurium calamitatum extitit occaſio, anno 1436. Exemplum meum MS. exaravit & abſolvit *Clais Goten*, in loco, qui vulgo dicitur Haemſte. Idem quadraginta annis poſt auctius Goudæ Batavorum *Gerardus Leen* impreſſit. Idem G. L. anno 1479. abſolvit ac edidit librum

e) *Maria Caroleſia, nupta Maximiliano Friderici III. Imp. filio, Anno* 1477 *menſe Auguſto.*

brum feſtivum atque nitidum de ratione, qua viri æque ac fœminæ nobiles tempus fallere poſſint, e. g. de luſu latrunculorum: ubi tamen quisque, cujuscunque ſit conditionis, plura egregia atque ſalubria monita leget. Idem ille feſtivus liber de fallendo tempore Delphis Batavorum impreſſus anno 1483, cum ſex annis ante nempe an. 1477 Biblia Belgice verſa prodiiſſent. Neſcio vero, num p. 90 additum typographi nomen habeant, cum exemplum meum cuidam commodaverim; Bibliotheca vero Lugdunenſis in Batavis, quæ eodem libro inſtructa eſt, à me ſit remotior. *Dionyſii Carthuſienſis Quatuor noviſſima, Delphis anno* 1487. Bruxellis impreſſi ſunt libri quatuor ſequentes: *Speculum conſcientiarum, anno* 1476. *Ægidii Carnerii Sportula fragmentorum, anno* 1479. *Jo. de S. Laurentio Poſtilla, anno* 1480. *Bernardi Epiſtolæ anno* 1481. Anno 1474 ſumma induſtria & majoribus adhuc impenſis, tum in figuras inciſas tum in alia factis, apud *Joannem Veldenaer* Lovanii prodiit f) *Faſciculus Temporum*, Latine conſcriptus. Atque ab hoc tempore idem typographus occupatus fuiſſe videtur Chronico ſuo, lingua Belgica in lucem proferendo, quam tandem anno 1480 Ultrajecti, auctum variis additamentis de Regibus Galliæ & Angliæ, nec non de Ducibus Brabantiæ, Epiſcopis Ultrajectinis, Comitibus

f) *De quo vide Cap. VI.*

bus item Flandriæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Hannoniæ, Geldriæ, Cliviæ, cum ipſorum Inſignibus adſpexit. Hoc opus à mundo condito deductum eſt usque ad diem, quo colophonem accepit, vigilias nempe Quinquageſimæ anni modo dicti 1480. Ille autem, de quo paulo ante diximus, *Faſciculus Temporum*, Belgice verſus, eundem habet cum editione Lovanienſi Latina terminum, non ultra annum 1474 productus, quo Sixtus IV. Pontifex erat Maximus, qui & decem circiter adhuc annos ſedem obtinuit. Apud eundem *Veldenaer*, cum adhuc Lovanii ageret, g) *Lucanus* eſt impreſſus, quæ editio verſus exhibet ſolito disjunctiores, ſpatiis intermediis ampliotibus, in uſum ſcholarum, ut commodius interſcribi poſſent, quæ diſcentibus dictabant docentes, annus impreſſionis non additur. Lovanii pariter prodierunt *Hiſtoria Sanctorum*, *& Legenda S. Cantra* anno 1485. *Boeus ſuper decem Præcepta* anno 1486, quo anno 1486 typographum ibi egit *Joannes de Weſtfalia*, qui ſane diu multumque in arte hac ibi ſe exercuit. Poëtæ enim *Juvenalis & Perſius* Lovanii apud eundem *Joannem de Weſtfalia* anno p. 91 1475 impreſſi ſunt. Atque hujus editionis exemplum membraneum vidi, quod opinor, aſſervatur adhuc à nobili ac erudito Equite, *Dieterico van der Does*, amico meo, & digniſ-ſimo

g) *Editore Pomponio Infortunato.*

ſimo celeberrimi *Jani Douſæ*, Dynaſtæ, dum vivebat, in *Noordwyd* &c. filio. Antwerpiæ formis æneis libri quidam interque hos *Petri Hiſpani Logicalia* impreſſi ſunt. Gandavi in Flandria quinque Libros *Boëthii de Conſolatione Philoſophiæ*, Belgice verſos, addita paraphraſi, in ſolatium, inſtitutionem ac excitationem omnium hominum, impreſſit *Arend de Keyſere*, anno 1485. h) Aloſti, pariter in Flandria, impreſſa eſt *Summa Angelica de Caſibus conſcientia*, anno 1496. Daventriæ prodierunt anno 1479 *Legenda aurea & Socci Sermones tribus vol*, anno 1480. Zwollæ anno 1479 *Bonaventura Conciones & Bernardi Conſiderationes ad Eugenium PP*, anno 1486. Nec deſunt alii in Belgio loci, qui prælis fuerunt inſtructi. Liber, qui inſcribitur *Dat Leven en Lyden ons liefs Heeren Ihesu Chriſti*, abſolvit *Matthias van der Goes* an. 1484. Ubi vero impreſſus ſit, non apparet; quemadmodum in pluribus aliis ac innumeris libris impreſſis non ſolum locus, ſed etiam typographus ac annus deſideratur. Hujusmodi ſunt *Bibliorum vulgarium*, *Bibliorum cum gloſſis*, *Valerii Maximi*, *Q. Curtii*, *Martialis Epigrammatographi* (quam bonitate optimis membranis MSS. non cedere, in animadverſionibus meis in illum Poëtam ſuperioribus annis re ipſa comperi,) *Flori*, *Vegetii*, *Sidonii Apollinaris*, *Ambroſii*, *Auguſtini*, *Hieronymi*, *Iſidori*, *Gre-* gorii

h) *Aelſt.*

gorii Magni, Bernardi, Vincentii Belovacensis, Bonaventuræ, Thomæ Aquinatis, Alberti Magni, Petri Comestoris, Francisci de Mayronis, Hugonis de S. Victore, Joannis Cardinalis, Barthorii, Thomæ de Kempis, Bernardini de Bustis, Bernardini de Senis, Joannis de Turre Cremata, Roberti Holkot, Philippi de Bromoerde, Hugonis de Prato, Pauli Burgensis, Leonardi Italici, Leonardi de Utino, I. Nideri, Richardi de Villa Nova, aliæque innumeræ editiones incertæ, ſine loci, typographi temporisque annotatione.

p. 92 *Caput XX.*

Ubi demonſtratur, Harlemi etiam antiquis temporibus impreſſos eſſe libros, indicato ſimul tempore & nomine typographi.

At, interrogabit Lector: an Harlemi nullus plane liber, qui annum ſimul referat, ſit impreſſus? Huic reſpondero: utique. Prodiit ibi inter ceteros liber, qui inſcribitur i) *Bartholomeus van den Proprieteyten der dinghen* anno Domini 1481 impreſſus ac abſolutus in honorem Dei & hominum inſtitutionem, per *Jacobum Bellaert*. Et anno proxime ſuperiori, *Peccatorum ſolatium*, (der Sondaren Trooſt) cum figuris, Belgice verſum, Latine antea con-

i) Bartholomæus de Glanwyle Anglicus, de rerum varietate. *Videatur de eo Voſſius.*

conſcriptum à *Jacobo de Theramo*, Archidiacono Averſano & Canonico Aprutinenſi: amœnam & lectu perutilem: exhibens actionem juridicam inter Beſialem, malignum ex inferis ſpiritum, ut actorem ab altera parte, ab altera Moſen, defenſorem. Hic nomen typographi non exprimitur, ſed ad calcem iſta tantum leguntur: *Dit Boeck is voleyndt tot Haerlem in Hollandt Ao. M CCCC LXXXIIII. op ten XV. daeh in Februario. P. H.* In fronte conſpiciuntur Harlemi inſignia, quæ geſtantur ab aquila. *D. V. Coornbert*, ut ſupra Capite primo vidimus, typographiam ab ipſo & conſortibus Harlemi inſtauratam prorſus videtur dicere tum renovatam, ac veluti ſurculum è radicibus antiquæ arboris (Lauri ſcilicet Laurentii Koſteri) ſuboleſcentem atque renovatam: cum ars iſta, ut ipſe innuit, hac in urbe à nemine interea fuerit tractata. Nullum hic loci tunc temporis publicum & illuſtre extitiſſe typographeum, facile largior. Quod ſi autem id dicere & evincere voluit, ante hanc ab ipſo inſtauratam officinam, ut & eam, quæ fuit *Joannis Zureni*, inde à primo usque auctore & inventore *Laurentio Koſtero*, nullum extitiſſe typographeum, ipſi adeo adſtipulari nequeo, ut gravi in errore verſatum eſſe exiſti- p. 93
mem, cum libri antedicti aliud teſtentur.

CA.

CAPUT XXI.

Demonſtratio evidentior de gloria inventionis Typographiæ Urbi Harlemenſi tribuenda: VERA LAURENTII KOSTERI LAVREA.

Hadriani Junio, Viros ſenes, graves, ac Reipublicæ adminiſtratione claros, qui, quæ à majoribus ſuis de manu in manum tradita acceperant, maxima contentione ac fervore commemorarunt, teſtanti fides omnino haberi debebat. Neque enim conſanguineus ille defuncti *Laurentii I. F. Koſteri* fuit; nec ulli ex heredibus ejus vel poſteris cognatione aut affinitate conjunctus, imo nec ullis demeritus ſeu devinctus beneficiis; ſed liberrime, quæ ſenſit, ſcripta reliquit, ideo, judice *Plutarcho*, inter teſtes fide digniſſimos numerandus. Nihilominus tamen Germanis & aliis, ſive errore, ſive invidia ductis, placuit artis typographicæ inventionem urbi Moguntiæ, non ſine ſumma almæ ac optimæ noſtræ civitati Harlemenſi facta fraude & injuria, adſcribere. Hoc vero, quo minus ego feram, & ad ea conniveam, rei certitudo nimis evidens, ac argumenta nimis gravia prohibent. Quod ſi ad hæc tacerem, nec inveteratam opinionem refellerem, cum poſſim, certe cives mei, & cordatiores omnes hanc negligentiam & ſocordiam æternæ jure meritoque verterent ignominiæ. Pro viribus igitur ingenii mei qualis-

cun-

cujuſque laudatiſſimi *Junii* veſtigiis inſiſtens, *p. 24*
partium mearum obſervantiſſimus, honorem & urbis & meum vindicabo. Glaciem fregit *Junius*, eumque ſecutus k) Bertius. Supervacuum ideo foret eadem hic non ſine Lectoris tædio repetere. Alia non doceor, quam quæ ibi annotata, Capite noſtro primo referuntur. Brevitati igitur ut ſtudeam, & chartæ (quam belli tempeſtates nunc reddunt pretioſiorem) parcam, paucis hic aperte ac ingenue exponam omnia, quæ de cauſa hac exploratæ habeo, præter illa, quæ Junius & alii, rem nondum adeo edocti, commemorant. Nec *Serarii* tangam rationes: cum plura, quæ profert, ejusmodi diſputationibus abſolvantur, quæ vel ſe ipſas refutent, vel parum ponderis habeant, ex parte etiam merito riſu excipiantur. Ego vero ab altercationibus jurgiis & contentionibus ejusmodi alieniſſimum me ſentio. Fortaſſe alia ſe nobis offerent, ut his rectius vacare poſſimus. Nunc hoc tantum epigramma Viro nobiliſſimo reponam:

Cum perſpecta tibi ſit docti pagina *Iuni*,
Et perſpecta fides; hei! quid, inepte, facis?
Divinam fruſtra rapis Harlemenſibus artem,
Hacque Moguntiacos tollis in aſtra tuos.

Si

k) *In contractis Tabulis Geographicis.*

Si pudor eſt, lecto noſtro deſiſte libello,
Jamne probes? l) *Sero, Caeciliane venis.*

p. 95 m) *Na dien gy hebt het boek van* Junius *geleſen,*
Die ſijn getrouwigheyd genoegzaem heeft beweſen,
Een onbeſprokenman, en ledig van bedrog:
Wat woelt gy niettemin? wat benſelt gy dan noch?
Vergeefs wilt gy die Konſt den Haerlemmers ontſtelen,
En ſoekt dijn volk van Mentz die ere uyt te delen,
Ick bid u leeſt mijn werck, en hebt gy ſchaemt in't lijf,
So ſtaet daer nu van af, en laet uw valſch bedrijf,
Of wilt gy niettemin by deſe dwaling blijven?
Of denkt gy niettemin dit ſloutlijk deur te drijven,
Al ſijt gy overtuygd? wat mackt gy arme knecht?
Gy komt hier al te laet, gy hebt het al te ſchlecht.

Nullus ullibi reperitur ager, quantacunque induſtria & moleſtia operoſe aratus, cultus ac ſarritus, quin zizania herbæque noxiæ remaneant. Nec facile aurum ſine metallo viliori & ſcoria reperitur. Ejusdem fere farinæ ſunt homines. Captant illi quidem veritatem; ſed, licet ingenium (quantum fieri poteſt) exacuant, vix cavere ſibi queunt à mendaciis,

l) Alluſio ad nomen *Serarii.*
m) Overgeſet door S. A. (*Samuel Ampzing*)

eliis, quæ ſub ſpecie veri non ſolum oculos faſcinant & mentem ſeducunt; ſed etiam ſimul efficiunt, ut, quæ aperte falſa ſunt, vera videantur. Hinc uſu venit, ut plures, dubitatione fluctuantes, & in fucatum mendacium propenſi à veritate longiſſime aberrent. Omnes fere homines, vel noſtræ, vel ſuperioris memoriæ, hoc laborant malo. Imbecillitate noſtra innata & incuria omnes fallimur, ac malignitate quadam ipſi alios fallimus, melioris utique conſcii. Similiter comparata eſſe, quæ typographiam ſpectant, perſuaſiſſimum habeo. Quare mirum nemini videatur, quod nunc demum veritas, denſis adhuc involuta tenebris, detegatur & luci exponatur. Quæ inter Germanos ſit diſcordia, quæ confuſio ac incertitudo, quæ diſſenſio de urbibus (ubi laudabilis hæc ars, & longe nobilior, quam quæ promeritis unquam prædicetur laudibus, dictitatur inventa) claro demonſtravimus ac oſtendimus, aliis *Joannem Gutenbergium*, aliis *Joannem Fauſtum*, aliis *Joannem Mentel*, aliis alios primos artis inventores videri. Docuimus præterea, quantum à ſe invicem in appellandis nominibus ac tempore determinando diſſentiant. Accedit, quod *Sebaſtianus Franck* n) in Chronico ſuo, ubi de Imperatore *Friderico III.* agitur, inventorem *Joannem Gensfleyſch* Moguntinum

n) *Anno* 1440.

p. 96 appellat. Hic, ex ſenio cæcus, in ædibus Boni-montis Moguntiæ alios inſtituiſſe & artem docuiſſe dicitur, ut refert o) *Wimfelingus.* Ac ut res eo magis redderetur dubia & anceps; *Alii* (verbis utar ipſius p) Irenici) *in prædio Alſatiæ, nomine* Ruſſenburg, *inceptam primitus hanc artem fuiſſe ſcribunt, quod à ſano imprimendorum librorum dixerunt, & Moguntiam primitus libros detulerunt: unde fama, illic repertam fuiſſe hanc artem, divulgata eſt.* At, quem in uſum, quærat forſan aliquis, hic adhuc movetur calculus, cum in iſto ludo Germani ſatis ſuperque ſint noti? Pergamus ad artis inventæ ulteriorem explicationem. Mea ita fert ſententia, typographiam annis decem aut duodecim ante annum ſalutis M CCCC XL. (de quo conſentiunt auctores fide digniſſimi) primum in Hollandia, idque Harlemi, eſſe inventam. Quo autem id factum initio, quove progreſſu, in præfatione noſtra poëtica recenſuimus, quod & ante nos *Junius* egit. Qui licet ſingularia quædam, typographiam ſpectantia, detegat, nihilominus tamen (pace ipſius; nec turbaturus veneranda ejus oſſa, dixerim) à lapſibus non eſt immunis; nec incuriæ haberi poteſt expers. Quæ in tranſitu moneo, & Benevoli Lectoris, qui cum iis, quæ *Junius* habet, mea conferet, judicio permitto. Sa-

tis

o) *Vid. ſupra pag.* 174.

p) *Germaniæ Exegeſeos Lib.* 2. *Cap.* 47.

tisfacere cuilibet, non eſt in animo, nec vacat. Veritatis ſtudioſi reperient, ſpero, quæ placebunt & ſufficient. Quicquid malevoli ac moroſi heic ſtatuerint, id nec tangit, nec angit animum meum ingenuum, ſecurum, ac bonæ cauſæ meræque q) *veritati, quam, uti cœleſte ſolis jubar, nulla nox, nulla caligo, quantumvis alta, obtenebrare poteſt*, confiſum.

Pandite nunc Helicona deæ, cantusque movete. p.97

r) Duo nunc præterierunt ſecula, ex quo detecta eſt & in lucem prodiit laudabilis ac eximia ars typographica. Non eo, qui hodie uſitatus eſt, modo; typis ſcilicet ex plumbo & ſtanno arte fuſoria factis, qui ſingulatim è loculamentis à typotheta excepti, in gnomone juxta ſe ponuntur, quot eorúm primum ad vocem, deinde ad verſum, poſtremo ad paginam integram formandam requiruntur. Neque enim hoc pacto primum hæc ars tractata eſt; ſed liber imprimendus per partes ſive folia tabulis ligneis incidebatur.

Judæus quidam, nomine Rabbi *Joſeph*, Sacerdos, in Chronico ſuo ad annum ſecundum æram Judaicam 5188, (qui eſt, Aeræ Chriſtianæ 1428) mentionem facit libri Venetiis impreſſi, & ab ipſo viſi: non tamen illum nominat, ſed librum ſaltem dicit eſſe primigenitum, eoque artem imprimendi libros primum

q) *Junii* verba.

r) *Anno* 1428. - - *Anno* 1628.

mum inceptam. Nec putaverim hanc ſibi editionem arrogaturam eſſe Moguntiam, & multo minus Venetias, ubi tunc temporis, & multo poſt, nulla officina typographica exſtitit. Imo vero, nulla in omni Europa eſt civitas, quæ artis impreſſoriæ gloriam ab annis æque antiquis ſibi tribuat & vindicet, ac Harlemum. Glorientur licet de prima ejus inventione Moguntini, (ex frivolis tamen, quas ſupra expoſuimus, rationibus,) ab eo tamen tempore longo intervallo diſtant. Liber iſte, Judæo Venetiis tanquam ſingularis ac rarus oſtenſus, talis fuit, prout ego quidem conjicere & colligere poſſum, quales adhuc nonnulli exiſtunt, cujusmodi ipſe unum poſſideo, & alium adhuc hic loci à Reverendo, Erudito ac Honeſtiſſimo Viro, *Jo. Alb. Bannio*, ſervari novi. Simili quoque, dum vivebat, uſus eſt Celeberrimus & magnus Coſmographus, *Abrahamus* s) *Ortelius*. Librum iſtum à Judæo non nominari, mirum non eſt: quum titulo careat. Impreſſus eſt in folio, varias easque numero quadraginta, tum Veteris tum Novi Teſtamenti continens figuras, ſibi
p.91 invicem appoſitas atque inter ſe comparatas. Exempli gratia: In medio primæ tabulæ exhibetur ſalutatio & annunciatio angelica t) Mariæ

s) Videatur *Emanuel de Meteren in't Belegh van Haerlem*.

t) *Luc. I. 24.*

riæ facta: *Ave gratia plena*, &c. Et juxtim, ad latus dextrum, figura fœminæ & ſerpentis, quibus ſuperſcriptum: *Legitur in Geneſi .III. Cap.° quod dixit Dominus Serpenti*: Super pectus tuum gradieris. *Et poſtea ibidem legitur de ſerpente & muliere:* Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. *Nam iſtud in annunciatione beatæ Mariæ glorioſæ virginis adimpletum eſt.* Ad ſiniſtrum latus, ſupra figuram, quæ Gideonem repræſentat, flexis genibus à Deo ſignum petentem in vellere edendum, hæc impreſſa ſunt: *Legitur in libro Iudicum .VI. Cap.° quod Gedeon petiit ſignum victoriæ in vellere per rorationem irrigandam. Quod figurabat Mariam glorioſam ſine corruptione impragnandam ex Spiritus Sancti infuſione.* Plures aliæ virorum & prophetarum figuræ ibidem habentur, & quidem per totum opus ſingulatim: additis, pro materia ſubſtrata Scripturæ S. dictis, ac verſiculis, licet minus eleganter tornatis. Ex his foliis bina, figuris ac typis inſtructa, fermento aut alio glutinis genere ſunt compacta, quippe quorum alterum tantum latus figuras ejusmodi exhibet. Quare vero ita factum ſit, *Junius* exponit. Fortaſſe tamen majores noſtri aliis, ut ita agerent, rationibus adducti ſunt, quas cordatiorum judicio permitto. Ad eandem formam inſtructum quoque vidi alium, qui Latine inſcribitur *Canticum.* Illius hoc eſt initium: *Dit is die voerſienighydt van Marien de Moeder Godes*, &c. Sedecim

cim illud continet figuras, typosque aliquanto exactiores & elegantiores exhibet. In hoc vero libro, Latine ſcripto, pauciora Scripturæ commata, quam in priore illo leguntur: dicta enim & verſus è *Cantico Canticorum* ſcutulis & apluſtribus dependentibus inſerta ſunt.

Ad hæc vidi typis rudibus minusque politis Latine excuſas quasdam *Tentationes Dæmonis, tentantis hominem de ſeptem peccatis mortalibus, & eorum ramis.* Et ſtatim ſequitur: *Defenſio boni Angeli cuſtodis hominis, contra hæc ſacram Scripturam allegantis.* Hæc uni folio *in plano,*
p. 99 aut *patente*, ut ajunt, forma impreſſa ſunt. Sordidum eſt opus, ſed in quo prima artis rudimenta ac tentamina, ope atramenti impreſſorii recens inventi, non tantum obverſantur oculis, ſed manibus quaſi palpari poſſunt. Horum libellorum formæ cunctæ ligno ſunt inciſæ. Atque hæc artis eſſe incunabula nemo jure dubitaverit. Pari ratione *Donatus* exſtat tabulis inciſus ligneis, atque tot impreſſa folia, quot fuerunt tabulæ. Quem librum Mariangelus Accurſius, & antiquus Chronici Colonienſis auctor eximiis nobisque maxime honorificis elogiis proſequuntur. Illuſtris Veronica Lodronia, Joſephi Scaligeri avia, librum poſſedit, u) preces horarias continentem, forma oblonga, ex tabulis,

ut

u) *Horologium B. Mariæ: vulgus vocat* Matutinas horas. *De quo ipſe* Scaliger *locuples teſtis.*

ut videtur, ligneis inciſis expreſſum. Audiamus vero de hoc *Donato*, quæ pro noſtra gloria maxime faciunt, nobisque artis typographicæ inventionem certioribus indiciis vindicant, quam illa ſunt omnia, quæ vel *Junius* vel alii prodiderunt. Reverendus Frater *Angelus Rocha* x) in Commentario Variarum Artium, ſive de Bibliotheca Vaticana, *In tot Scriptorum controverſia*, inquit, *apponere libet*; &c. usq; ad verba: *manu ſcripta leguntur*. Hæc ſcripſit *Mariangelus Accurſius*. Hactenus *Angelus Rocha*. (vid. ſupra pag. 299.) Quod inſigne *Accurſii* teſtimonium docet, *Joannem Fauſtum* artem hanc hauſiſſe ac didiciſſe e *Donato* Hollandiæ, tabulis ligneis inciſo. Confirmat ea præſtans ac eximius Chronici Colonienſis y) Auctor, ipſe Germanus, qui vel ſolus ori Germanis obturando ſufficeret. Verba ejus ita habent: pag. 100

Van der boychdrucker kunſt. Wanne, Woe, ind durch wen is vonden dye unuyſſprechlich nutze kunſt boicher tzo drucke.

Hye is tzo myrcken vlijslich, dat in den leſten tzijden as die lieffte ind die vuyricheit der mynſchen ſere verloſſchen is off bevleckt, nu mit ijdel glorie, nu mit gijricheit, nu mit traicheit &c. die ſonderli-

 chen

x) *Pag.* 411. *Editionis Romanæ Ann.* 1591.

y) Vivebat ſcriptis notus anno 1499.

eben greiſlich zo ſtraiffen is in den Geiſtlichen. die vill me wachen vnd ſorchſeldich ſyn, tzijtlich goit tzo vergaderen, vnd genoichde des vleyſchs tzo ſoichen, den ſelicheit der ſelen, vnd dan durch dat gemeyne Vowlck in groiſſ yrrunge kumpt, wann Sy ſoichen al- leyn tzijtlich goit mit yren vurgengeren, als weer gheyn ewich goit ind ewich leuen hiernae. Vp dan dat dye verſuymlicheit der vurgenger, ind dat quaie exempel ind die beuleckunge des gotz wortz. ſwegen- wein aller predicanten, die yre vnſedelich gijricheit dae ſyne laiſſen mitlauden ind myrcken, den goeden Criſten mynſchen niet ſo ſere hynderlich vnd ſcheder- lich were, ind dat ſich niemantz entſchuldigen moich- te, hait d' ewige got vyſſ ſyme vnvyſſgruntlicher wiſſ- heit uperwecket die loueſam kunſt, dat men nu boicher druckt, ind die vermannichfeldiget ſo ſere, dat eyn yeder mynſch mach den wech d' ſelicheit ſelffs leſen off hoeren leſen. Wat vnd'winde ich mich tzo ſchrijuen ind tzo vertzellen dat loff, den nutze, die ſelicheit, die vyſſ d' kunſt vntſprinckt ind vntſprungen is, die niet vysſprechlich is, dat myr getzuigen alle, die ſchriffte lieff hauen. got geue idt ſyn leyen die duytſch kunnē leſen. off geleirde lude, die latijnſcher ſpraich gebruychen, off moenche off nonnen, ind kurtzlich allgemeyn. O wye vill gebeder, wye vntzellige innicheyden werden ge- ſcheppet ouermitz die gedruckden boicher. Item wye vill koeſtlicher vnd ſeliger vermanungen geſchien in den Predicatien. Ind dat kumpt allet vyſſ der vurſſ E- deler kunſt. Och wat groiſſer nutz ind ſelicheit, off Sy willen, kumpt dae van den genen, die die gedruckde boicher machen, off bereyden helpen, wie euch dat ſyn mach.

mach. Ind den geluſte da van tzo leſen d' mach ouerſyen dat boichelgyn, dat gemacht hait d' groiß beroempte Doctoir Johannes Gerſon, De laude ſcriptorum. Item dat boichelgyn, dat gemacht hait d' geyſtlich vader ind Abt zo Spanheym Her Johannes van Trettenheym, Item deſe hoichwyrdige kunſt vurß is vunden aller eyrſt in Duytſchlant tzo Mentz am Rijne. Ind dat is d' duytſcher nacion eyn groiſſe eirlicheit, dat ſulche ſynrijche mynſchen ſyn dae tzo vynden. Ind dat is geſchiet by den iairen vns heren, anno dñi. MCCCC XL. ind van der zijt an bis men ſchreue L. wart vnderſoicht die kunſt ind wat dair zo gehoirt. Ind in den iairen vns heren do men ſchreyff. MCCCCL, do was eyn gulden iair, do began men tzo drucken, ind was dat eyrſte boich, dat men druckde die Bybel zo latijn, ind wart gedruckt myt eynre groiſſer ſchrifft, as is die ſchrifft, dae men nu Myſſeboicher mit druckt. Item wie wail die kunſt is vonden tzo Mentz, als vurß up die wijſe, als dan nu gemeynlich gebruicht wirt, ſo is doch die eyrſte vurbyldung vonden in Hollant vyß den Donaten, die daeſelfſt vur der tzijt gedruckt ſyn. Ind van ind vyß den is genommen dat begynne der vurß kunſt. ind is vill meyſterlicher ind ſubtilicher vonden, dan dieſelue manier was, vnd ye lenger ye mere kunſtlicher wurden. Item eynre, genant Omnebonum, *der ſchrifft in eynre vurrede vp dat boich Quintilianus genoempt. vnd ouch in anderen meir boicher, dat eyn Wale vyß Vranckrijch, genant Nicolaus Genſon haue alre eyrſt deſe meyſterliche kunſt vonden. mer dat is offenbairlich gelogen. want Sij ſyn noch im leuen, die dat getzuigen, dat*

men boicher druckte tzo Venedige, ee der vurß Nicolaus Genſen dar quame, dair he began ſchrifft zo ſnyden und bereyden. Mer der eyrſtē vinder der druckerye is geweſt eyn Burger tzo Mentz, ind was geboren van Straißburch: ind hieſch juncker Iohan Gudenburch. Item van Mentz is die vurß kunſt komen alre eyrſt tzo Coellen. Dairnae tzo Straisburch, ind dairnae tzo Venedige. Dat begynne ind vortganck der vurs kunſt hait myr muntlich vertzelt d'Eirſame man Meyſter Vlrich Tzell van Hanauwe, boichdrucker zo Coellen noch zertzijt. anno. M.CCCC XCIV. durch den die kunſt vurs is zo Coellen komen. Item idt ſyn ouch eyndeill vurwitziger man. und die ſagen, men haue ouch vurmails boicher gedruckt, mer dat is niet wair. want men vynt in geynen landen der boicher, die tzo denſeluen tzijden gedruckt ſyn. Ouch ſyn vill boicher vertzuckt und verloren, die men nyrgent vynden kan, umb dat der ſo wenich geſchreuen was, as dat groiſte deyll, die Titus Liuius gemacht hait. Item die boicher van dem gemeynen goide, die Tullius gemacht hait. Item die boicher van den ſtrijden der Duytſchen mit den Romeren &c. die Plinius gemacht hait, van den men wenich off gantz niet vint. Item deſe nutzliche ind gotliche kunſt hait achterſprecher, as all ander dynge. ind dat geſchuyt, as mich duncket, altzo unbillich, want die dynge die men leirt ind die verdienſtlich ſyn tzo ouerleſen und zo ouerdencken, die ſall men niet verbieden. wat is nutzlicher ind heylſamer, dan ſich bekummeren mit den dyngen, die got antreffen ind unſer ſelicheit. Sij verſtain niet all die hillige Schrifft in latijn, die ſij kunnen leſen. Alſo geſchiet ouch den die

die dieſelue ſchrifft geduytſcht leſen. Mer wolden ſij beyde vlijſſ ankeren, ſo ſullen beyde d' latijnſch ind d' duytſch groiſſen verſtand ind ſueſſicheit kriegen. as ich dick ind vill van geiſtlichen perſonen gehoirt haue, dye altzo ynnichlich ind dapperlich van geiſtlichen dyngen ſpraich hielden. Ind deſe vngunſticheit geſchiet d' greiſte deyl van den vngeleirden, die van rechter leuwicheit ind vnwiſſenheit, niet kunnen antwerden, wan ſij gefraeget werden van goiden luden van den vurß dyngen, ind alſo verſchemt werden. Eyndeill and' beſorgen, idt komme eyn dwalunge vnd yrrung dair vyß. Mer dat is ſo balde widderlacht durch die geleirden, off dat alſo queme. Item it is niet vill geſyen off gehoirt, dat ketzerie ſij entſprungen van dē gemeynen volck, mer gemeynlich ind allermeyſt vyſſ dē vurwitzigen geleirden. Deſgelijchen ſijn eyn deill, die meynen, die vermennichfeldigunge d' boicher ſij ſchedelich. ich wolte gerne hoiren wairumb. Van d' genre wegen die kunſt ind ere lieffhauen, is idt nu eyn angeneme gulden ind ſelige tzyt, dat ſij den acker yrs verſtantz moegen plantzen vñ beſeen mit ſo vntzelligem wunderlichen ſaemen off ouch verluchten yren verſtant mit ſo manchen gotlichen ſtrailen. Mer van den genen die kunſt niet lieffhauen noch yr ſele, ſage ich. Willen ſij, ſij moegen mit kurtzer arbeit ſo vill leren, in eynre kurtzer tzijt as vur eynre moecht in vill iairen. Ind dat kumpt van dē groiſſem vlyſſ ind dat in vijll wege, der genre, die die boicher drucken. die vngelijch beſſer ſyn, dan vurmails geweſt geſchreuen ſyn. Mer der ym ſelffs will quait ſyn, wem dient der? Eſopus ſchrijft, dat eyn hane vande eyn ſeer koſtlichen

edel

edel geſteyne in eyme miſt. mer he kant des niet, ind ſcherden erweeh. Idt is niet geborlich tzo werpen die edel Perlen vur die vercken. Selich ſyn ſy, die die gaueis zo werck ſetzen die yn got gegeuen hait ind daemit gewynnen noch mere.

Moguntini, teſtante illo, ad artem hanc invento Batavorum primum excitati ſunt, & *Donatum* in Hollandia impreſſum imitando expreſſerunt. Quid plura? teſtium ac documentorum ſatis eſt. Nihilominus tamen, noſtra licet ſit prima inventio, Moguntini ſuo non frandandi ſunt honore, quandoquidem artem inventam magna ex parte expoliverunt ac locupletarunt. Quamobrem prelo typographico hoc adſcripſimus Epigramma:

Currat penna licet, tantum vix ſcribitur anno,
Quantum uno reddunt præla Batava die:
Addidit inventis aliquid Germania tantis;
Hollandus cœpit, Teuto peregit opus.

z) Al loopt de pen vry raſch, daer werd naeu's jaers gheſchreven,
Dat ons een Hollands Perz op eenen dag ſal gheven:
En na heeft Duytſchland wat tot deſe vond ghebraght:
De Batavier begont, de Duytſch heeft't afghewracht.

De

z) Overgeſet door S. A. (*Samuel Ampzing*)

De Speculo noſtræ Salutis Harlemi impreſſo. *pag. 101*

Ghy hebt vry wat ghedaen, ghy hebt ghetoond uw yver,
Maer noch niet alghenoegh, mijn uytverkooren Schrijver:
Ghy hebt ghemaeckt, dat Ments nu voor een yder ſtinckt;
Ghy hebt de Haerlemers ghegheven haeren Inckt,
Ghegheven haeren Pers, ghegheven al de ſtucken,
Die vaſt ſijn aen de Konſt van't loffelick Boeck-druckẽn.
Een ſaecken vind' ick niet, de letteren van tin.
Wel man, hoe is u dit ghevloghen uyt de ſin?
Beſiet dees Spiegel *eens: en laet daer Ments in-kijcken.*
Leyt Ments nu half in't Sandt, dan ſal ſy heel be-ſwijcken.
Hier is het harde ſtoff, gheleſen uyt die Kas.
Och! wiſt ghy niet dat dit al a) ons behoud'-nis *was?*

Typos, quibus excuſus eſt liber, quem Speculum noſtræ Salutis (*De Spieghel onſer Behoudeniſſe*) inſcripſerunt, vel ligno fuiſſe inciſos, vel ſingulos ſeparatim ex ligno factos, cum aliis *Junius* teſtatur. *Laurentius*, inquit, *cœpit fagineos cortices*, usque ad verba: *deinceps ſtanneas fecit*, (vid.

a) Alluſio ad inſcriptionem libri.

(vide ſupra p. 234.) b) *Emanuel Meteranus* horum typorum e cortice fagino tantam paraſſe copiam *Laurentium* teſtatur., ut, iis juxta ſe poſitis, quædam impreſſerit, interque ea *Speculum noſtræ Salutis*, Belgice conſcriptum, quod ipſe vidi, quodque adhuc a *Jacobo Cool*, hærede *Abrahami Ortelii*, qui opus illud diu poſſedit, adſervatur. An vero exemplum illud genuinum, & ita dictum *Speculum* ſit, valde dubito. Imo vero talem potius fuiſſe librum exiſtimo, qualem capite præcedenti enarravi. pag. 102 Video enim *Emanuelem Meteranum*, noſtrum *Hadrianum Junium* prorſus ſequi, ac verba ejus reddere, ad illum potius, quam ad librum ipſum reſpicientem. Idem fit a c) *Joanne Francisco le Petit in Republica* ſua *Belgica*, aliisque pluribus, qui de rebus Belgicis ſcripſerunt. *P. Bertius in Commentariis Rerum Germanicarum, Lib. III. in Deſcriptione Moguntiaci Germ. Inferioris*, opinatur, librum meum ante allegatum ac deſcriptum, *Speculum* illud *Salutis* eſſe, quod Latine, non autem Belgice ſit editum. At fallitur. Liber enim Latinus, hiſtorias continens Veteris & Novi Teſtamenti, quem ſupra memoravi, & ipſi quoque, cum adhuc Lugduni degeret, oſtendi, prorſus differt a *Speculo*, Belgice conſcripto: prout non ſolum

Ju-

b) Emanuel van Meteren in Hiſtor. Belgic. Lib. 4. fol. 89. Edit. ann. 1614.

c) *Vide ejusdem Chronicon, Gallice editum.*

Junius aſſerit, ſed duo etiam exempla, mihi hic loci oſtenſa, teſtantur. Vtrumque eorum canæ & venerandæ antiquitatis eſt, quorum alterum ab honeſto viro *Nicolao Verwer*, alterum ab ingenioſo pictore J. V. Campen, civibus Harlemenſibus, poſſidetur. Ex illis patet, typos, quibus impreſſum fuit *Speculum*, non fuiſſe ligneos, ſed plumbeos aut ſtanneos, quamvis infabre factos. Figuræ in ſuperiori parte cujuslibet folii, ligno videntur fuiſſe inciſæ, aut forſan tabulis ſtanneis, nec ſimul cum literarum typis, ſed diverſis vicibus, prelo ſubjectæ, quod atramentum diverſum aliaque indicia perſuadent. Typos iſtos arte fuſoria factos, non autem inciſos eſſe, luce meridiana clarius apparet, adeo ut, ſi plura afferremus, ſoli lucem affundere conaremur. Concedo, penitus eſſe incredibile, ſingulos typos fuiſſe ligneos ex arborum corticibus factos; quippe qui ad ferendam impreſſionis vim minus idonei fuiſſent, quamvis pilas, atramentum illinentes impreſſorium, ſuſtinuiſſent. Antiqua imprimendi ratio ita fuit comparata. Folia ſingula tam quod ad *Pag.* figuras, quam quod ad literas & voces, ſingu- 103 lis incidebantur tabulis, & ſecundum eas imprimebantur. Hujusmodi libros integros ipſi vidimus, & loca indicavimus, ubi adhuc oſtenduntur. Abſque figuris ita imprimuntur libri integri in uſum Scholarum aliorumque, cujusmodi fuit *Grammatica Donati*, Nemo

mo vero exiſtimet, ſingulas literas ligno fuiſſe inciſas, donec ex iis fieret verbum, mox verſus, tandem certus verſuum numerus atque adeo exemplum, quo uti diſcentes poſſent. Res enim aliter habet: & *Junius* accuratius ad hæc attendere debebat, ſi ad manum ipſi fuit *Speculum*: ſin minus; relata ſunt Viro Nobiliſſ. falſa, atque adeo plures meo quidem judicio, magis inſcii quam conſcii, in errorem perducti ſunt. Primum ingenioſus noſter *Laurentius* literas proxime ſibi junctas & connexas, eadem ratione, qua ſcribi ſolent, ligno aut ſtanno incidit; deinde vero, negotio ſub manus bene ſuccedente, alia id aggreſſus eſt via, &, matricibus inventis, typos arte fuſoria formavit, rudes licet & plane infabre factos. Non ignoro, majores noſtros, ſub initium artis, alteri tantum folii paginæ literas impreſſiſſe. An autem inde conſequatur, ipſos modum in utraque pagina literas deſcribendi ignoraſſe, aut de eo non cogitaſſe, temere definire non auſim. Charta tum non minus, quam cetera omnia longe minori pretio, quam nunc, conſtabat. Chartam itaque fortaſſe tunc duplicarunt ideo, quo liber, foliis binis conglutinatis, eo eſſet durabilior, ac uſu quotidiano minus detereretur. Membranas pari ratione in altera tantum pagina fuiſſe impreſſas, difficilius ad credendum inducor. De hac re certiores reddere nos poſſet *Donatus Hollandiæ, impreſſus in tabula inciſa*,

&

& Preces horariæ, quarum exemplum unum habuit *Veronica Lodronia.* Gratiſſimum ſane accideret, ſi conſpicere ſaltem liceret *Donatum* ante dictum, niſi copia ejus fieri mihi poſſet: *pag. 104*

Waer ſteeckt ghy in een boeck, Donate? *waer toch heenen*
Ghebiedt ghy, dat ick loop? Waer ſal my ymand leenen
Een ſo ghewenſchſten Boeck: dy Haerlem t'waerdſte pandt,
Dat u help in u eer, en Mentz ghediſ' tot ſchandt.
Wat middel iſſer toe? Soo ick het wiſt te vinden,
'K ontſagh de reyſe niet nae't uyterſte der Inden,
'K verdroeg lijdſamelick het heetſte van de Son,
Soo ick Donati *boeck tot mijne wil daer von.*
Nae Waygats liet ick my oock lichtelijken voeren,
Als't daer te vinden was. Wat ſoud' ick niet om roeren?
Den Hemel en den Hel: maer ſinnen, ſtaet wat ſtil;
Al vliegt ghy noch ſoo verr', ick krijg niet, dat ick wil.
Wel aen, op dat eens mag gheſchieden mijn begeeren,
Soo ſal ick *hem alleen, die't hebben mogt, beſweeren.*
Ey brengt het voor den dag, en deyld' het Haerlem mee,
Ghy ſult niet ongheloond vertrecken uytter Stee.
Thien-dubbeld ſal ick*'t u (ſo'ot Haerlem liet) betaelen.*
Ick ſal u van der aerd ten hemel toe ophaelen.

De Vriendt, die't ons beſchickt, ſal door de wolcken gaen,
En in het ſterren-veld aen Laurens ſijde ſtaen.
Diet Voorbeld van de Konſt, dat ſelfs de Duytſchen melden,
Was dienſtigh; dat men Mentz albier voor ooghen ſtelden.
Dewijl't ons nu ontbreeckt, gheduld tot beter uyr,
Dees Spieghel in te ſien valt Mentz ſchier even ſuyr.

Qui geſtiunt *Speculum* hoc oculis uſurpare, illi voti fient compotes apud eos, quos ſupra nominavimus. Alterum exemplum pertinuit olim ad Cœnobium Virginum S. Mariæ Hornenſis; alterum *Henricus Dieterici F. Mes* b. m. *Wilhelmo Janſſonio Verwer* in memoriam donavit, quod junctam ſibi in eodem volumine refert hiſtoriam fabuloſam Alexandri M. In ejusdem limine hæc ſcripta leguntur: *Die my dit Boeck gheſchoncken heeft, heeft my*
pag. *gheſeyt, dat het binnen Haerlem gedruckt es; want*
105 *dus plachmen van outs te drucken.* Hæc ibi. *Speculum* hoc & alter ille liber opera ſunt diſtincta ac diverſa: *Speculum* enim Belgice conſcriptum eſt, & alteram tantum folii paginam literis inſtructam refert; alterum vero opuſculum, Latine exaratum, utramque folii paginam literis plenam oſtentat, ac, ut indiciis quibusdam conſtare videtur, aliquanto poſt, quam *Speculum* lucem adſpexit. Operis Latini typi nitore & elegantia longe præſtant illis, quibus impreſſum fuit Belgicum. Ibi, pro

ra-

ratione illorum temporum, typorum pulchre fabricatorum habetur copia; hoc nihil fieri poteſt incomtius, adeo ut artem typos opere fuſorio formandi recentem ruditas ipſa facile teſtetur. Paucis dicam: in *Speculo*, ſi antiquitatem, &, quod ad primas editiones pertinet, exceperis, nihil habetur præcipui. In exemplo tamen, quod poſſidet *J. V. Campen*, errorem, opinor, deprehendi typographicum: Folium enim unum paginam utramque impreſſam exhibet. Cum vero in altera figuræ fuerint omiſſæ, folium illud alteri agglutinatum eſt folio, quo glutine temporis diuturnitate conſumto, patuit, majores noſtros non ignoraſſe rationem utriusque paginæ imprimendæ; id quod nonnulli fruſtra negant, nos autem ſupra aſſeruimus. Quamvis (non enim diffiteor) moris non fuerit antiquitus utramque imprimere paginam: non enim *Speculum* ſolum, ſed ipſe Prologus & Index Capitum, quatuor continent paginas aut formas, alteri duarum plagularum paginæ impreſſas, quæ nunc uni facile plagulæ imprimuntur. Hic vero nullæ habentur figuræ. Vnde patet, figurarum ergo chartam chartæ non fuiſſe agglutinatam. Initium præfationis ad *Speculum noſtræ Salutis*, ſumma libri capita referentis, his verbis, & hac, quam accurate imitati ſumus, ratione expreſſum eſt:

So wie ter rechtvaerdichet vele mēſchē lerē ſellē pag. 106
blenckē alſe ſterrē in die ewighe ewichedē. Hier om

 iſt,

iſt, dat ic tott' lerĩge vele mẽnſchẽ dit boeck heb aẽgedacht te vergaderẽ. Inde welke die gene diet leſen lerĩge ghevẽ ẽ õtfangẽ ſellẽ. Ic vermoedt, dat ghẽẽ dic de menſchẽ nutt' is in deſen tegẽwoerdigẽ levẽ dã te bekẽnẽ ſyn ſcepper ſȳ cõditie eñ eigen weſen. Deſe verſtãdeniſſe mogẽ die geleerde weten eñ nemẽ wt' ſcriftẽ eñ die lekẽ ſellẽ w'dẽ geleert wt die boekẽ d'lekẽ. dat is ind' malinge eñ picturen Waer õ ic t' glorie gods eñ tot lerige d'ongeleerd' aẽgedacht heb mitt' hulp gods dit boec d'lekẽ te vergaderẽ op dattet dẽ clerckẽ en de lekẽ lerĩge gevẽ mach genoech doe ic dat ic mit licht' diſtierige dit verlichte eñ dencke eerſt te bewiſen de val vã Lucifer eñ dẽ ẽngelen. En de val vã õſer eerſter ouderẽ eñ harẽ navolgerẽ. Eñ hoe god õs verloſt heeft mit ſijnre aẽnemĩge des vleiſches en mit wat figuerẽ hi wilen eer die aẽnemĩge voer beweſen heeft. Tis te merkẽ, dat in dit werc d) *nẽgerhãde hyſtoriẽ geroert w'dẽ, die niet al vã woerde te woerde wt geſet en w'dẽ wãt eẽ leerre niet meer vãd' hiſtorien ẽ behoert wt te ſettẽ eñ te exponeeren dã hẽ tot ſijnre menĩgẽ en dunct te behoren &c.*

Hunc Prologum excipit Index Capitum, quorum ſunt undetriginta: quodlibet Caput conſtat quatuor columnis typorum, ac totidem figuris, quarum binæ ſingulis inciſæ tabulis, columnis tamen in eadem tabula diſtinctæ. Prima tabula inſcriptionem Latinam: *Caſus Luciferi*, inferius vero typis infabre factis, arte tamen fuſis, *Lucifers val*, exhibet. Poſt hæc vero leguntur ſequentia:

Hier

d) Ita in edito, ſed reponendum eſt: *menigher hande*.

Hier begint die ſpieghel der menſchliker behoudeniſſe, oec machidaer in ſien dat hi mits viants bedroch verdoēt is, eñ hoe ſi ou mits d'bermh'ticheit gods weder verſoēt ſi &c.

Tabula quælibet, duas exhibens diverſas ac peculiares figuras, quatuor circiter pollices transverſos alta, & ſeptem fere lata eſt: cujusmodi tabularum habentur quinquaginta octo, cunctæ, ut videntur, ſtanno inciſæ; niſi quis pronior eſt ad credendum, tabulas fuiſſe cupreas, aut ex alio ære pretioſiori factas. Qui unquam animadvertit, qua ratione chartæ luſoriæ imprimantur, idem opus eſſe juraverit. Atramentum figurarum eſt pallidius, & non æque fuſcum ac illud, quo ſubjectæ expoſitiones deſcriptæ ſunt. Atque hoc genuinum, nec aliud, eſt atramentum impreſſorium, quo utuntur adhuc hodie typographi. Atramento vero, quo expreſſæ ſunt figuræ, immixtum fuiſſe oleum, vel alia plura, quæ ad atramentum impreſſorium requiruntur, *CRAS CREDO, HODIE NIHIL.* Et ſane omnibus rerum peritis idem, vel ſub primum operis conſpectum, prorſus videbitur incredibile. Librorum, Capite præcedenti allegatorum & figuræ, & adjectæ expoſitiones, atramento (impreſſorio nimirum recens invento) ſunt expreſſæ. Quo magis inducor ad dubitandum, has figuras ligno fuiſſe inciſas: hoc enim ſi factum, atramento eodem & magis fuſco potuiſſent exprimi. Ultima

pag. 107

Speculi figura repræſentat *Extremum Judicium, Dat uyterſte Oerdeel*. Id illuſtratur, ut reliquæ figuræ omnes, tribus aliis exemplis. I. *Nobilis reverſus ex longinquis facit rationem*. Matthæus Cap. XXV. II. *Regnum cœlorum ſimile decem virginibus*. Matth. cap. XXV. III. *Manus Domini ſcripſit in pariete*. Daniel. cap. V. Argumenta ſcriptionis una ſerie cohærent, & in priori columna legitur pars eorum, quæ in ſequenti exſtant. Per librum integrum nullus eſt *cuſtos*, ſequentia indicans; deſiderantur etiam *ſignaturæ* ac *numeri*; taceo inſcriptiones paginarum, rubricas & literas majuſculas, ſeu capitales: hæc enim omnia tunc temporis ignorabantur. In libro tamen, tabulis ligneis inciſo, cujus ſupra (pag. 404.) mentionem fecimus, rationem aliquam ſequentium habitam eſſe obſervavi. Ibi enim tabula quælibet, ſeu folium, ſignatur literis a. b. c. per duo alphabeta, excepto hoc, quod in utroque x. y. z. omittantur. Ac ne folia alterius alphabeti confunderentur cum iis, quæ ad alterum pertinent, quælibet poſterioris ſignaturæ litera diſtincta, & duobus incluſa punctis eſt hoc modo |.a.|.b.|.c.| atque ſic porro. Hæc ſunt, quæ mihi olim viſa ſunt
pag. notanda *in Speculo noſtræ Salutis*. Atque in his
108 nunc acquieſco, opportuniori ſervans occaſioni plura alia, de quibus dicturus eram, ſi Typographiam omni ex parte deſcribere ſtatuiſſem, nec id potius tantum egiſſem, ut in

ho-

honorem almæ Civitatis patriæ, Harlemi, meum hoc opuſculum, continuis precibus inductus, licet paucis tum librorum tum amicorum ſubſidiis, talia meditanti non minus neceſſariis quam opportunis, tumultuarie congererem, ac prelum feſtinans ſtilo comitante proſequerer.

De veniam ſubitis; non diſplicuiſſe meretur,
Feſtinat patriæ qui placuiſſe ſuæ.

Het werck is wat verhaeſt: maer neemt het toch ten goeden,
Verwerpt den gheenen niet, die ſich alleen gat ſpoeden,
En ſijne penne pord, op dat ſijn Vader-Stad
In ſijnen trouwen dienſt en vlijt behaghen had.

Tranſeo prudens & ſciens plura, (non diffiteor) nec inquiro hic, annon forſan aliæ adhuc, præter illas, quas in e) Præfatione mea poëtica recenſui, cauſæ fuerint, quibus ingenioſus noſter *Laurentius Koſter* ad artem hanc inveniendam fuerit excitatus. An non v. c. oculos intenderit in illa Danorum inſtrumenta, quibus agricolæ inprimis pro faſtis & calendariis hodiernis utebantur, *Rimſtocke* vulgo appellatis. Quantæ ſit apud Danos antiquitatis faſtorum hoc genus, quæ ejus fuerit

e) vid. ſupra pag. 222. & 223.

ratio aut forma, quali ligno inciſum, quave ratione ejus ope tempus ſupputari ac determinari queat, & cetera, quæ huc ſpectant, non ita pridem nobis Vir Nobiliſſimus, f) *Olaus Wormius*, Medicinæ Profeſſor in Regia Hafnienſi Academia, copioſe ſatis & erudite, additis figuris, explicavit. Mirabitur, qui legerit.

Nec magis tango, qua ratione præclara ars tabulas incidendi & imprimendi, inventioni typographiæ juncta & annexa fuerit; hac enim excogitata, illa demum innotuit: unde & hæc una eſt illarum frondium, quæ civis pag. 109 noſtri *LAUREÆ* innectendæ ſunt. Res ſane notatu digna eſt & imprimis commemoranda, ubi de primis tabularum ænearum artificibus, eorumque laudibus agitur. Ante enim quam arte hac g) *Martinus Schoen*, Colmarienſis, alias *Martinus Pulcher* dictus, *Iſraël Moguntinus*, *Andreas Mantegna*, Paduanus, *Lucas Lugdunenſis* Bat. *Albertus Durerus*, *Aldegraef*, aliique viri ex nobiliſſima cælandi arte inclareſcerent, non reperiuntur ullæ ejusmodi tabulæ impreſſæ. Quemadmodum vero aſtutus ille *Joannes Fauſtus* percommodum typographiæ inventum imitando adſecutus eſt; ita & præſtantiſſimi ac ingenioſiſſimi pictores, qui

f) *Anno* 1626. *editi FASTI DANICI in fol.*

g) Hi fere omnes vixerunt ante & circa annum 1500.

qui non calamo, carbone ac penicillo tantum, ſed ſcalpro etiam cæloque graphice uti noverant, tabulas ſuas inciſas, ad exemplum figurarum Harlemenſium, adornarunt & locupletarunt. Prelum itaque Germanorum imitatum eſt exemplum Batavum, cujus ipſi h) Germani mentionem faciunt tam honorificam, hanc artem ſe primum ab ingenioſo noſtro & dotibus eximiis ornato *LAVRENTIO KOSTERO* didiciſſe edocti. Iſte honos (iterum dico) innectendus *LAVREÆ*: ac ſumma jubet æquitas, ut civi noſtro ſine diſſimulatione aut livore aperte & ingenue cedatur. Quod licet hucusque nondum factum ſit, ſpero tamen, fore, ut inpoſterum, lectis his obſervationibus meis, fiat. Probantur omnia, quæ cœperunt eſſe meliuſcula.

Itane vero, quærat fortaſſe aliquis, ante *LAVRENTII KOSTERI* tempora, ac typographiam ante annos abhinc circiter ducentos exeogitatam, ars cælandi tabulas nondum erat cognita? Vtique: aurifabri aliique cælatores utebantur ſcalpro; at ars imprimendi, & plura unius ejusdemque operis ſpecimina exhibendi ipſos latebat. Novimus, præter alios artifices i) *Polygnotum*, pictorem

 Athe-

h) Scriptor Chronici Colonienſis &c. Vide ſupra pag. 409.

i) *Pictor, & argenti cælator nobiliſſimus*, Plinio, qui & alios *argenti cælatores celebrat*.

Athenienſem, eximium argenti fuiſſe cælatorem; qui omnium primus (quantum quidem licet colligere) ignis ope pingere docuit. Hæc ars dicitur *Encauſtice*, atque eo continetur; ut picturæ ferro candenti ceræ vel ebori
pag. 110 inducantur. *Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non conſtat. Quidam* Ariſtidis *inventum putant, poſtea conſummatum à* Praxitele. *Sed aliquanto vetuſtiores encauſtica picturæ exſtitere; ut* Polygnoti *&* Nicanoris *&* Arceſilai *Pariorum.* Lyſippus *quoque Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit ἐνέκαυσεν, quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inventa.* Hæc magnus Naturæ Myſtes *Plinius* lib. XXXV. cap. 11. Qui etiam ſub finem ejusdem capitis docet: *Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera, cera & in ebore ceſtro, id eſt,* k) *viriculo, donec claſſes pingi cœpere* &c. Num Poëtarum Phaëthon, cujus l) *Martialis* meminit ceræ an ebori fuerit inuſtus, liquido non conſtat: opinor tamen ebori. Legas feſtivum ejus Epigramma, & ipſe judices:

Encauſtus Phaëthon tabula depictus in hac eſt.
Quid tibi vis, dipyron qui Phaëthonta facis?

Ejus ſenſus Belgice ſic exprimitur:

Ghebrande Phaëthon, diep in't yvoir ghegraven
Door't gloeyende metael! ick prees uws Schilders gaven,

Ick

k) *Vericulo.* Turnebus.
l) *Lib. 4. Epigr. 47.*

Ick prees dit tafereel en meeſterlicke handt,
Indien de Soon des Sons niet tweemael wierd ver-
brands.

Aliud ad Pictorem P. S. poëma:

Van Phaëthon ghenoeg: ey Schilder wilt ghedooghen,
Dat ick hier ſtellen mag een ander ſtuck voor oog-
hen.
Soo leerlick als voor-heen ons Phaëthon aenwees,
En dat de Boosheyd hond hopmerckigh en in vrees,
En 't Quaed en breydel ſy, dat ongheval leer mijden,
En d'oorſaeck breng te niet van kommer en van lij-
den,
Laet hier Deucalion met ſijne m) *huyſvrouw*
ſtaen,
Als die ghenaedelick de Seyndvloed ſijn ontgaen.
D'Oprechtigheyd verwindt, de deugd wil boven drij-
ven.
Daer ſnoode luy' vergaen; daer ſal de Vroome blij-
ven.
Een vroed Godſvruchtigh menſch is voor den
brandt behoed
Van Phaëthon, en voor Deucalionis vloedt.

At, extra fines divagor, & mei quaſi oblitus, metam, quam mihi poſui, dimitto. Paucis dicam. Encauſtice illa, non ceræ ſolum, ſed & ebori adhibebatur, quippe non minus imaginibus ac hiſtoriis pingendis, quam literis exprimendis accommodata. Accipe hanc in rem pag. 111.

m) *Pyrrha.*

rem ejusdem n) *Martialis* diſtichon, inſcriptum: *PVGILLARES EBVRNEI*:

> Languida ne triſtes obſcurent lumina ceræ;
> Nigra tibi niveum littera pingat ebur.

In o) Jureconſultorum libris ac álibi tabularum eburnearum, quibus & leges & alia inſcripta fuerint, mentio occurrit. Tabulis præterea cedrinis ad ſcribendum uſi ſunt veteres. *Pugillares citrei*, apud p) Epigrammatographum Hiſpanum, *& quidquid denique lectis Scribitur in citreis*, ait A. *Perſius*. Nec minus aliæ arbores, cortices & folia ad ſcribendum ſunt adhibita. Polygnotum quoque antedictum ignis ope lignum cælaſſe, exiſtimat *Carolus van Mander*, quem opinione ſua frui facile patior. Illud novi, pictores atque cælatores, libris, qui à noſtro *LAVRENTIO KOSTERO*, & brevi poſt, impreſſi erant, facem præferentibus, protinus aggreſſos eſſe tabulas & ligneas & æneas incidendas atque imprimendas, quod nemo artificum, qui ipſis erant antiquiores, inde ab anno Chriſti 1255. facere inſtituerat. Circa hæc tempora pingendi ars à pictoribus Græcis, tum viventibus, minus tamen exercitatis, è Græcia Florentiam in Italiam perlata eſt. Eam vero & ibi

n) *Apophoretorum diſticho* 5.
o) *Pomponius de origine Juris &c.*
p) *Martial. Apophoret. diſt.* 3.

ibi & mox per omnem Italiam Viri plures præſtantiſſimi, non ſolum pictores, ſed etiam ſcalptores, cælatores & architecti foverunt atque excoluerunt. Nemo tamen ſolertium ac ingenioſorum Italiæ artificum in animum induxit figuras imprimere & publicare. Nec in easdem cogitationes primi celebres pictores vel Belgæ vel Germani, inciderunt, quemadmodum ejus rei *Georgius Vaſari* & C. V. *Mander* ne verbo quidem meminerunt. A. *Mantegna* tabulis æneis incidit varia, puta, Chriſtum è cruce ſublatum, ejusdem Sepulturam, Pugnam inter monſtra marina, Bacchanalia, Cæſaris Triumphum, quem antea, in aula Marchionis *Ludovici Gonzaga*, Mantuæ depinxerat, omnium ejus operum facile præſtantiſſimum. Plura alia tabulis ipſe incidit: pingendi autem arte ſua multum valuit apud Pontificem *Innocentium* VIII. qui ſedem Romanam ab anno 1484 usque ad 1492 obtinuit. Hæc refero, ut conſtet, quanta eximii hujus pictoris fuerit celebritas. Brevi poſt, q) *Raphaël Sanzio*, Urbinas, pictor æque egregius & acceptus, *Alberti Dureri* figuris artificioſis excitatus, varia, quæ delineaverat, per Italos quosdam incidenda curabat, cum ipſi cælum tractanti res minus ſuccederet. Poſtremo artis hujus ſtudioſiſſimus *Hugo da Carpi* fuit. Hic enim modum excogitavit trium formarum

pag. 112

q) *Natus anno* 1483.

rum lignearum ope ligno figuras imprimendi, ut prominerent imagines, & cavitates cinereæ ac fuſcæ conſpicerentur. Egregium utique inventum! Hæc omnia accidebant multis annis poſt, quam noſter obierat *LAURENTIUS KOSTERUS*, cui uni, nec ulli alii ratio & libros & figuras imprimendi vindicanda eſt. Cumque ad pictores divagati nunc ſimus, rudiori inventioni Harlemenſi parcendum putabit Lector Ingenuus, recogitans, qualis ſub primis originibus ipſa ars pingendi fuerit, quam imperfecta, quam rudis? Unde, qui ad illam expoliendam primus aliquid contulit, artis facile ipſe inventor exiſtimatus fuit. Sic aliis r) *Euchir*, nepos *Dædali*, aliis *Polygnotus*, Athenienſis, primus Græcorum dicitur pictor; qui tamen honor s) diſerte tribuitur *Lydo Gygi*, primo Ægypti pictori. Ac Ægyptii, teſte *Plinio*, ipſi eo gloriantur, quod pingendi artem aliquot annorum millia prius tractaverint, quam Græci. At licet, (audis *Caroli van Mander* judicium) Græci ad gloriam primæ inventionis ambitioſe contendant, id tamen, nihil aliud eſt, quam alterius captare coronam. Exiſtimat enim, pag. 113 *Gygem* Lydum, in Ægypto agentem, primum fuiſſe, qui pingendi artem ea occaſione excogitarit, quod t) ambitum umbræ ſuæ carbo-

r) *Ex Ariſtotele & Theophraſto Plin. Lib. 7. Cap. 56.*
s) *Polydor. Virgil. de invent. Lib. 2. Cap. 24.*
t) *Pictura linearis omnium prima.*

bone ex igne ſumto ad parietem album circumſcripſerit; *Polygnotum* vero Athenienſem, artem fortaſſe primum auxiſſe, dum ſpatia interiora coloribus expleverit, & ſubinde alia atque alia, more ingeniorum excitatiorum, addiderit. Simile quippiam & hic accidiſſe opinor: mihique curatius rem meditanti, *Laurentius* noſter *Koſterus* Gygem Lydum, & *Joannes Fauſtus* Polygnotum referre videtur. Sane, idem fuit Harlemenſium & Ægyptiorum fatum; eadem ambitione moti Moguntini ſunt & Athenienſes, ſive Græci Quamobrem in præfatione mea poëtica dixi:

Dus is ons onderkloeckt, dus is de Konſt ghenomen;
En hier in d'aſch geraeckt. Dus is het omgekomen:
Men eerd de Minnemoer, de Moer men niet en kend,
En onſe Druckerey geraeckt ſoo aen het endt.

Quod ſi Moguntini, & qui cum iisdem faciunt, u) *Canticum* ſolummodo, vel N. T. cum figuris V. T. comparatum, inſtar libri Evangelici, præcipuas de vita & morte Salvatoris noſtri hiſtorias continentis, vel *Tentationes Dæmonis*, opera ſuperius à nobis memorata, conſpicerent, protinus veritate victi non poſ-

u) *Prima magna artis rudimenta.*

poſſent non fateri, genuinum atramentum impreſſorium, reſina terebinthina, oleo & fuligine conſtans, ibi fuiſſe inventum. Hi tamen libri non per typos ordine ſibi junctos exſcripti ſunt, ſed verba, lineæ & verſus, atque adeo paginæ integræ tabulis ligneis fuerunt inciſa. x) *Quæ res ut adfinitatem aliquam cum arte topographica hodierna habet, ita multum adhuc à perfectione artis remota eſt. Neque negabunt Moguntini, quin ea ſaltem laus Harlemenſibus noſtris* pag. *debeatur.* Quo vero Germanis penitus os ob-
114 turetur, neceſſarium erit, ut vel ſolum *Speculum noſtræ Salutis* oculis eorum ſubjiciatur, ubi præter atramentum typos quoque, arte fuſoria paratos, fuiſſe adhibitos patet. Et Moguntia ipſa ſibi non vindicat typos, niſi æneos; nec Germanis aliud conceditur, quam quod primi uſi ſint typis, qui ex plumbo aut ſtanno opere fuſorio fuerunt parati. Mariangelus Accurſius: *Johannes Fauſt, civis Moguntinus, primus excogitavit imprimendi artem typis æreis* &c. *Impreſſus eſt Donatus & Confeſſionalia primum omnium an.* 1450. (vid. ſupra pag. 299.) Raph. Volaterranus lib. XXXIII. *aneorum characterum* meminit. (vid. ſupra pag. 275.) C. Celtes ad Rhenum de Maguncia: *Quæ prima impreſſas tradidit ære notas.* Et y) idem alibi (puto in Odis) de

x) P. Bertius, ubi ſupra, in Deſcriptione Moguntiaci pag. 614.

y) Apud *Irenicum* Germ. Exegeſ. lib. II. cap. 47. (vid. ſupra pag. 344.)

de eadem urbe: *Quæ ſculpſit ſolidos ære characteres; Et verſis docuit ſcribere litteris.* Iac. Spiegelius ad Rich. Bartholini Auſtriada: *Fato quodam Germanica ingenia cæteris præſtant in ære tractando. Docet inſigniter divina illa impreſſoria ars, Argentorati primum anno Chriſti* 1440. *inventa* &c. I. Nauclerus Generatione XLIX. *Circiter annum Domini* 1440. *Ars impreſſoria excudendorum librorum ſtanneis typis apud Moguntiam primum cœpit.* (vid. ſupra pag. 329.) Huldricus Mutius Chron. Germ. lib. XXVIII. *Hoc tempore bombarda à Germanis ſunt inventa, brevique poſt etiam ars illa libros ſtanneis typis imprimendi inventa.* (vid. ſupra pag. 330.) Deſ. Eraſmus in annotationibus ad Hieronymum epiſt. IX. *Egregium illud ac pæne divinum inventum, ſtanneis typis excudendi libros, Moguntiæ natum affirmant.* (vid. ſupra pag. 264.) Andr. Althamerus ad Germaniam C. Taciti: *Divinum illud excudendorum librorum ſtanneis formulis inventum Moguntiaci cœpit an.* 1440. (vid. ſupra pag. 265.) Seb. Munſterus Coſmographiæ lib. III. *Inventa eſt ars illa ſtanneis typis imprimendi tempore fere noſtro.* (vid ſupra pag. 337.) Pet. Ramus in Scholis ſuis mathematicis initio lib. II. *Ciceronis Officia prima omnium typis æneis impreſſa ſunt an.* 1466. (vid. ſupra pag. 292.) Joannes Koelhoff de Lubeck, Colonienſis Typographus, ad calcem libri à ſe editi an. 1447. (leg. 1474.) *literis æneis impicta traditaque.* Antonius Koberger, Nurebergenſis typographus, opera à ſe edita dicit *effigiata feliciter an.*

1482. *inclytis inſtrumentis famoſisque characteribus idque impreſſoria arte anno* 1486. *quam ponderoſo labore, vigilantia ac fatigatione, ſolertiſſime metallicis literis elaborata eod. anno* 1486.

pag. 115 Innumeri plures alii typographi in Germania æque ac alibi idem indicant, ſcribentes, opera ſua eſſe *artificioſe elementata, operoſeque conſummata, perpulchra quadam adinventione imprimendi ſeu characterizandi*. Hæc aliquo modo fero, minime autem patior, honorem artis inventæ Moguntiæ tribui. Hoc factum nunquam fuiſſet, ſi *Speculum* ab iis eſſet inſpectum; per hoc enim fraudem planiſſime detegi, ſatis ſuperque oſtendimus. Sunt nonnulli, qui exponi ſibi cupiunt modum, quo arte fuſoria typi conflantur. Eum itaque cum curioſioribus breviter communicabo. Primum inciditur litera, quæ deſideratur, capiti ferri aut chalybis oblongi, vocaturque archetypus, ſeu forma mas, vulgo z) ponzon. Hic imprimitur cupro, ut nota quædam aut ſigillum ceræ, vel argento; quo pacto obtinetur modulus, ſeu forma fœmina, ſeu matrix. Hi moduli ſeu matrices induntur machinæ manu verſatili, quæ pluribus conſtat partibus, & *inſtrumentum* vocatur, ut typorum fuſio commode procedat. Inditur itaque huic *inſtrumento* matrix literæ A. & literæ B. &c. ut hoc pacto omnes typi unius ejusdemque fuſionis,

z) *Poinçon*.

ſtonis, ut loquuntur, fiant æquales. Videat, quæſo, Lector mirandi hujus inſtrumenti deſcriptionem in celeberrimi Viri *Chriſtophori Plantini* a) Dialogis Gallicis (*Dialogues François*) prope ad calcem libri.

Non poſſum heic ſilentio præterire rem quandam, quæ fere videatur incredibilis: reperiri ſcilicet in modo dicti *Chriſtophori Plantini* typographeo Antwerpiæ centum circiter typorum & characterum genera. Res ſane etiam atque etiam miranda eſt. Habentur ibi typorum genera duo Syriaca, decem Hebraica, novem Græca, quadraginta ſeptem latina, & reliqua aliarum gentium ac linguarum; præter notas muſicas omnium cantionum & modulorum, (*melodias vocant*;) præter figurarum tabulas inciſas æreas & ligneas; præter literas regias & maximas, partim ligno inciſas, partim fuſiles, in quibus frutices, aliæque res notatu dignæ comparent; præter encarpos, ornamenta capitum; palmites pampinarios, reticula, imagines varii generis & figuras, quæ omnia in libris conſpiciuntur, ad eoſdem nitidiores & comtiores reddendos. His *pag.* inſtrumentis inſtructus præſtantiſſimus & in- 116 genioſiſſimus *Chriſtophorus Plantinus*, loco alias obſcuro ac tenui fortuna ortus, brevi tempore ditiſſimus evaſit. Hæredes ejus, fa-

a) *A Anvers de l'Imprimerie de Chr. Pl, ann.* 1567.

vente ac fovente fortuna, connubiis & affinitate cum prudentiſſimis & præſtantiſſimis viris conjuncti, typographeum in duo diviſerunt, & utriusque tuiti ſunt dignitatem. Eorum alterum adhuc floret Antwerpiæ, quod curant nepotes ejus *Balthaſar & Joannes Moretorff*, (Moreti,) qui quotidie egregios libros & ingentia opera nitide & emendate edunt. Eorum officina centenis typorum generibus, præter illa, quæ modo recenſuimus, eſt inſtructa. Eruditiſſimi Raphelengii, nepotes ex altera *Plantini* filia, paucis abhinc annis è celebri officina typographica, quæ eſt Lugduni Batavorum, abierunt, ei operam non amplius daturi.

Merito hic commemorandi eſſent induſtrii *Elzevirii*, qui non minori animo, ac *Plantini*, aut alii magni nominis typographi, hanc artem una cum bibliopolio aggreſſi, utrumque feliciſſime tractant. Nec omitti deberet *Joannes Maire*, qui Lugduni Batavorum haud ita pridem inſignibus auctus acceſſionibus, celebrem typographum pollicetur. At inſtitutum noſtrum copioſiorem enarrationem elogiorumque cumulum non patitur. Alioquin egregie doctum & admiratione dignum Profeſſorem, *Thomam Erpenium*, ob typographiam in uſum literarum orientalium adornatam, ac præmaturum obitum, præterire non liceret. Sed nitimur ad finem. Quamvis autem calamus deſatigatus, otiumque

que aliis negotiis dicandum ſit, non tamen videtur inconſultum, pauca quædam de genere noſtri *Laurentii* ſubnectere, id quod *Junius* quoque, è re fore, judicavit, ut omnes artem hanc in familia honeſta & ingenua natam eſſe intelligant. Notandum igitur b) *LAVREN-*

b) In collectione carminum latinorum & belgicorum in laudem *Laurentii Coſteri*, quæ inſcribitur: *Laurier-Krans gevlogten om't hoofd van LAVRENS KOSTER eerſte uitvinder der Boekdrukkunſt binnen Haarlem*, te Haarlem, gedrukt door *Deken* en *Vinders* van het Boekdrukkers-en Boekverkopers-Gild, 1726. 4. pl. 6. exſtat * 3. *Geſlacht Rekening van* Laurens Koſter.

LAVRENS KOSTER (eerſte Uitvinder der Boeckdrukkunſt te Haarlem) wan by Cathatina Andriesd. *Lucye Laurensdochter.*

LUCYE LAURENSD. wan by Thomas Pieterſz; *Pieter Thomaſz.* Andries Thomaſz.; Thomas Thomaſz., Cattyn Thomasdr. en Margriet Thomasdr. Thomas Pieterſz. eerſte wyf was Ianna van Alphen.

PIETER THOMASZ. wan by Margriet, dochter van Jan Floriſz., *Thomas Pieterſz.* en Margriet Pieters dochter 1440. zyn tweede wyf was Catryn Baarthens dochter, 1464, waar by hy geen kinderen kreeg.

THOMAS PIETERSZ. wan by Claasje Pieters dochter *Gerrit Thomaſz.* en Margriet Thomasdochter.

 GER-

RENTIUM noſtrum Scabinum fuiſſe, & hic loci an. 1431. literas publicas ſignaſſe. Quod autem

GERRIT THOMASZ. wan by Ermgaart Iansd., Mariitje Gerritsd; Alyt Gerritsd.; Margriet Gerritsd. Aesgen Gerritsd., *Thomas Gerritſz.*, *Cornelis Gerritſz.*, Claas Gerritſz., Janna Gerritsd. en Anna Gerritsdochter.

THOMAS GERRITSZ. wan by Magteld Claasd., Jacob Thomaſz., Dirkje Thomasd., Maritje Thomasd., alias Gerritsdochter, en Alyt Thomasd. alias Paulusd. *Thomas Gerritſz. ſtierf in January* 1559.

CORNELIS GERRITSZ. (Broeder van *Thomas Gerritſz.*) wan by Geertruyd van Berkenro (getrouwt den 14 January 1560) Anna Cornelisd. alias van Berkenro den 12 January 1561. *Margriet Cornelisd.* alias *van Berkenro* den 20 Auguſti 1562. *Gerrit Corneliſz.* alias *Thomaſz.* den 30. Septemb. 1564. Willem Corneliſz. alias van Berkenro den 27. Novemb. 1565. Cornelia Cornelisd. 1566. Willem Corneliſz. den 4. Novemb. 1568.

MARGRIET CORNELISD. alias van Berkenro wan by Gerrit Pieterſz. Wit. Claasje Gerritsd. den 1 December 1583 en Etken Gerritsd. den 12 October 1585.

GERRIT CORNELISZ. (Broeder van *Margriet Cornelisd.*) wan by Neeltje Maates, *Geertje Gerritsd.* alias *van Berkenro* anno 1600.

GEERT-

autem ad antiquitatem generis *KOSTERORUM* attinet, reperio, ante annum 1300 vixiſſe c) *Wilhelmum Kosterum*, cui ex uxore *Gertrude* natus eſt filius, nomine *Jacobus Koſter*, qui connubium iniit cum virgine quadam, dicta *Sophia*, quæ anno 1355. ipſe autem anno 1359. obiit. Atque horum *Koſterorum* inſignis fuit in cœnobium Egmondanum liberalitas & munificentia. Origo nominis, *Junio* recte obſervante, ab optimo & honorifico munere petenda eſt. Munera enim æditoorum eccleſiaſtica nobiles & præſtantiſſimi regionis hujus Viri (quales erant hi *Koſteri*) olim ſemper poſſederunt. Fuerunt etiam in d) congiariis Comitum Hollandiæ, qui civitates plerumque iis donabant, à quibus ipſa tum

pag. 117

GEERTIE GERRITSD. wan by Cornelis Vaacſe, *Grietje Cornelisd.* 1620.

GRIETIE CORNELISD. wan by Willem Corneliſz. Kroon (getrouwt den 31. Decemb. 1642) *Cornelis Willemſz.* Gerrit Willemſz., en Johannes Willemſz.

CORNELIS WILLEMSZ. KROON wan by Lysbeth Diepenbeeck, *Willem Corneliſz. Kroon* den 28 Mey 1678.

WILLEM CORNELISZ. KROON ongetrouwt geſtorven den 24 Maart 1724 zynde de laatſte van't Geslacht.

c) *Habeo ex Kalendario Egmondano M. S.*

d) Teſtibus antiquis documentis.

accipiebantur in feudum. Quæ hic moneo, ne quis per errorem opinetur, inventorem artis hominem fuiſſe vilioris & inferioris conditionis; cui ædes, quas poſſedit, adverſantur, & omnia alia demonſtrant. Ædes iſtæ, in medio urbis Harlemi ſitæ, foro (*aent Marckt-feld*) adjacent. Illæ quidem in præſentia mutatæ & diviſæ ad tres poſſeſſores pervenerunt. Tantæ fuerunt amplitudinis. Hæc omnia curatius recogitanti mihi, ſalvo aliorum judicio, ars tam nobilis originis pro dignitate ſua majori in pretio habenda, pluris facienda, efficacius ſublevanda, ac in pari, niſi primo, cum artibus liberalibus aliis gradu collocanda videtur. e) Pingendi artem à natalibus ſuis tanti fuiſſe habitam legimus, ut non niſi nobili genere nati operam illi darent: poſtea tamen eo res deducta eſt, ut alii honeſtæ conditionis homines animum ad eam adjungerent, legibus autem & æterno ſanciretur edicto, ne ulli, qui ſervilis eſſet conditionis, artem illam addiſcere liceret. *Ideo* (inquit *Plinius*) *neque in hac, neque toreutice, ullius, qui ſervierit, opera celebrantur.* O, ſi ejusmodi lex adhuc valeret! atque ad hanc artem tam nobilem nulli admitterentur depravatores, nulli artem deturpantes Rhyparographi. O, ſi agitaretur animo, omnes per orbem Chriſtianum diſperſos, celebres æque ac obſcuros typo-

e) *Plinius Lib.* 35. *Cap.* 10.

pographos membra eſſe & ſurculos *LAVRI HARLEMENSIS*! Sub umbra ejus opaca ac- *pag. 118*
quieſcens finiam & colophonis loco addam f) indicem auctorum, qui Harlemo in Hollandia inventionem Typographiæ tribuunt. Anonymus Germanus, auctor *Chronici Coloniensis*, qui vixit annis abhinc centum & quinquaginta: *Wie wail* (inquit) *die Kunſt is vunden tzo Mentz, up die wijſe, als dan nu gemeynlich gebruycht wirt, ſo is doch die eyrſte vurbyldung vonden in Hollant uyß den Donaten, die daeſelfſt vur der tzijt (an. 1440) gedruckt ſijn.* (vid. ſupra pag. 409.) *Mariangelus Accurſius* Italus: *Impreſſus eſt hic* Donatus &c. *primum omnium anno* 1450. *Admonitus certe fuit* Joannes Fauſt, *civis Moguntinus, qui primus excogitavit artem typis ereis, ex* Donato *Hollandia prius impreſſo in tabula inciſa. Joannes Zurenus,* Conſul Harlemenſis, libro ſingulari, eique rei proprie dicato. *Ludovicus Guicciardinus* Italus in Belgiographia, *Gerardus de Judais*, Belga, in Speculo orbis terrarum ad tabulam Hollandiæ; *Hadrianus Junius* Bataviæ ſuæ cap. XVII. in Harlemo; *Quirinus Taleſius* Conſul apud eundem; *Nicolaus Galius* ludimagiſter Harlemenſis ibidem; *Theodorus Cornbertius* Amſtelodamenſis in præfatione ad officia Ciceronis; *Natalis Comes* Italus Hiſtoriæ univerſæ ſui temporis lib. XXIV. *Memorabilis*, inquit,

f) Index *Auctorum, qui Harlemo Typographiam tribuunt.*

quit, *eſſe poteſt urbs Harlemum ob divinum prope inventum imprimendorum librorum* &c. Gutenbergius *famulus mortuo domino, ubi Moguntiacum adiiſſet, artem ad meliorem rationem perduxit; atque inde didita eſt fama, quod ejus urbis fuit inventum. Aubertus Miraus* Belga in Chronico, quod Sigeberto Gemblacenſi adjecit, ad annum 1440. *Adrianus Romanus* in Theatro urbium; *Heribertus Roſweydus* Ultrajectinus in de Generale kerckelicke Hiſtorie uyt *Baronio* en anderen getrocken op't jaer 1440. *Jean François le Petit* in ſijn Nederlandſche Republijcke, ende Chronijcke; *Petrus Montanus* Belga, & *Reynerus Vitellius Zirizaus* in additionibus ad *Guicciardinum*; Alii infiniti, ut *P. Bertium* prætercam in contractis Orbis tabulis & in commentariis rerum Germanicarum, ubi dè Maguntiaco; *Matthias Quadus* Germanus in Epitome Geographica lib. III. cap. 38. *Harlemo*, inquit, *expertiſſimorum quorumque teſtimonio Typographicæ artis inventio debetur. Ajunt enim ejus inventorem ante perfectam artem morte præventum, ejusque deinde ſervum Maguntiacum profectum; ubi continuo exercitio ad perfectionem ars perducta eſt; ut hæc altrix ſeu nutrix, illa artis mater ſit.* Sed omnium breviſſime atque optime *Ubbo Emmius* Friſius in Chronologia: *Typographica ars in actum deducta Moguntiæ. Inventum* Laurentii Joannis *Harlemenſis Batavi.* Hujus veſtigiis ut inſiſtatur, ſuadeo, ne omni prorſus honore orbetur Moguntia, ſedibusque ſuis penitus deturbetur.

pag. 119

Ver-

Verſteeninghe met die van Mentz.

Al ſegghen wy, dat ons de Druck Konſt *is benomen,*
En dat ſy is tot Mentz door Guytenberg *ghekomen,*
Off door een ſlinckſe Fuyſt: *en belgt u niet ſoo ſeer,*
Ondroemig Teutons volck, Dit dijdt dan noch tot Eer.
Off ſchoon de Schilder-Konſt door g) Euchir *aen de Griecken*
Ghewesenis, en daer verſpreydt heeft haere wiecken:
Off datſ' oorſprongkelick van h) Polygnotus *daeldt:*
Noch heeft een ander Grieck dit anderſins verhaeldt.
Als een Heracleoot uyt Maceten ghereſen
Uytnemend in de Konſt en trots begon te weſen;
Heeft een i) *Athener 'tloff van* Zeuxis *dus verbreydt:*
Dat hy uyt Grieckenland de Konſt had weghgeleydt,
Dat hy ſe met hem droeg, dat hyſ' hun had ontſtolen.
Dit dichtmen 'tſijner eer: en't was ock niet verholen.
Doch

g) Juxta *Ariſtotelem* apud *Plinium* lib. VII. c.56.
h) Juxta *Theophraſtum* ibid.
i) *Apollodorus* Athenienſis pictor, de quo *Plinius* lib. XXXV. cap. 9. referens obiter hoc Zeuxidis Heracleotæ, ſummi pictoris, elogium.

Dus raeckte te min ſoo bleef de Moeder van de Konſt,
Die't lang te voren was. Dit bield' men daer voor-
jonſt.
Mentz, bout gy't oock daer voor; ſo ſijn wy haeſt te
ſcheyden,
En ick ſal danck van u tot arbeyds loon verbeyden.
Ick lyde dat men u, als Zeuxis, *d'eer toeſchrijft,*
Wanneer ſlechs d'eerſte Vond by't moedig Haer-
lem *blijft.*

Sedulo ſcribebam P. *Scriverius*
Harlemi XIV. Kal. Octob. cIↄ Iↄ CXXVIII.

Al hebben wy't op Fuyſt *of* Guytenberg *gheladen,*
Leeſt evenwel doch Mentz, ick bids u, deſe bladen.
Wat ſchroldt gy op het werck? ey neemt het aen voor
lief,
De Waerheydt, als gy weet, die heeft een ſchoone
brief.

pag. 120 Typographia Harlemenſis, Palladium, præſidium & tutela Muſarum atque omnis doctrinæ, Auctore *P. Scriverio.*

Cum pius ardentes Æneas linqueret arces,
Laomedontæas diſſimulavit opes;
Sacra laresque Phrygum potius, Veſtam-
que potentem
Abſtulit injecta, pignora cara, manu;
Iliacis erepta rogis; queis maxima Roma
Surgeret, Imperii Roma Deûmque locus.

Hic

Hic ubi ſervavit, flamma populante, k) *Metellus*,
Vulcanumque ſacris juſſit abire ſuis.
Virginibus viſo multum trepidantibus igne,
Summa viro Pallas cura laborque fuit.
Imperii fatale decus, quodque imputet aſtris.
Quod tibi ſi pereat, Roma, repente cades.
Hoc ſalvo, ſalvi cives, & cætera ſalva.
Tanti pervigiles eſt coluiſſe focos;
Semper & arcanum tanti occultaſſe pudorem.
Viſa Dea: at magno viſa l) Metelle tibi.
Palladio noſtram vere aſſimilabimus artem;
Et ſane diæ Pallados inſtar erat.
Inlibata oculis, nulliquae aſpecta virorum,
Cœperat hic tacita relligione coli
Pallas, in abſtruſo pignus memorabile tecto:
Eſtque quod appelles, hic, penetrale ſacrum.
Non tamen hoc ſignum Trojæ deduxit ad urbem
Dardanus; Iliacus nec tulit inde pater.

De-

k) *L. Metellus* Pontifex, de quo *Dionyſius* Halicarnaſſeus, *Plinius* & alii.

l) Ut qui videndo oculos amiſerit, teſte *Scholiaſte* antiquo ad 2 Thebaid. *Statii* Quamquam *Plinius* aliter.

Delapſum cœlo (nam tantum numen in ipſo eſt)
Credimus, & magna parte latere ſui:
Hinc Muſis vitæ longævæ cuditur uſus,
Phœboque æternus conciliatur honos.
ÆDITVO ſternente viam; ſic itur ad aſtra:
Vivitur hoc pacto; cætera mortis erunt.
Hos veri *Cuſtodis* erat ſervare Penates:
pag. 121 Adfuit *Autolyci* ſed ſcelerata manus.
Vidimus Harlemo transferri pignora Veſtæ,
Atque Magontiacis ſacra repoſta m) cadis.
Delubrum vacuum nudumque altare reliquit
Perfidus, ablatis omnibus ante bonis.
n) *Palladis* exſtinctos ſi quis mirabitur ignes,
Ignoſcat: lachrymis ſpargitur ara meis.

Boeckdruckerije, Haerlems Heyligdom ende Licht.

Wanneer Æneas is uyt Troyens brand geweken,
So heeft hy niet een hand aen al ſijn goed geſteken,
Maer nam ſijn Goodjes mee, die nam hy by de hand,
En vrijde Veſtaes beeld voor't onheyl van den brand,
En bragtze binnen Room, de plaetze van de Goden,
De plaetze van het Rijck, van wetten en geboden.
Al-

m) Palladium in dolio ſeriave recondi ſolere docet *Plutarchus* in Camillo & *Lampridius* in Eligabalo.

n) *Propert.* lib. 4. el. 4.

Alwaer Metellus *hem bewaerde voor de vlam,*
Als daer Vulcanus ook die kerk verwoeſten quam,
En als de ſchrick van't vuer de geeſtelijke Nonnen,
En al de Maegdekens van Veſta *had verwonnen,*
En heur een groote vrees en dood opt lijf gejaegd:
Byſonder heeft die man voor Pallas *ſich gewaegd,*
En voor dat Heyligdom en Heym'nis ſorg gedragen,
De eer en't heyl van't' Rijk, waer Pallas *neergeſlagen,*
So waert met Romen uyt: ſo lang ſy Pallas *had,*
Kond haer niet qualijck gaen, noch de Burgers, noch de Stad.
So waſt de pijne waerd, ſo waſ'er aengelegen
Geſtadig Veſtaes *dienſt met heylig vuer te plegen,*
En houden die Goddin verborgen voor het licht,
Metellus *ſagze doe, maer't koſte ſijn geſicht.*
Te recht mag onſe konſt dit Heym'nis ſijn geleken,
Want die als Pallas *is, wie hadſe oyt bekeken,*
Als Laurens Koſter *die van niemand had geleerd,*
En als die hier by ons gediend was en geeerd?
Het Roomſche Heyligdom verſtak men diep geſcholen.
Ons Heyligdom was ook verborgen en verholen.
Maer Dardanus *heeft dit tot Trojen niet gebracht,* pag. 127
Æneas *heeft daer mee ook Romen niet bedacht.*
Dit Heyligdom dat is van boven afgekomen,
En hare waerdigheyd word niet genoeg vernomen.
Dit maekt geleerde luy hun naem en aenſijn groot,
Dit geeft geleerde luy het leven na den doot.
Ons Koſter *baend den weg, die voerd ons op na boven*
Dus leefd men, als men is in't ſwarte graf geſchoven.

Dit

Dit diende dan bewaerd, dit heyligdom voor al.
Maer eer vergeten o) guyt, die ons dien ſchat ont-ſtal!
Dus ſag ment Heyligdom van onſe Stad ontſchaken.
En daer van binnen Mentz een pronck en tempel maken,
Die dief, dien Pallas *hier vertrout was en 't outaer,*
Nam al wat datter was, en vlugte ſomet haer.
Verwondert gy u dan, en vraegt gy my in deſen,
Waer onſe Druckery, ons Pallas *uner mag weſen,*
En hoe 't is uytgebluſt? Ick bid u, vraegt my niet,
Ick ſtort op haer outaer mijn tranen van verdriet.

Menigte ende zieraed der Boecken.

p) *Horatius die wil op dat een Boek mag leven,*
Dat ſulks lang ſy bewaerd, en niet haeſt uytgegeven.
En prijſt ook ſulken oog, en hand, die yder blad
Wel wacker overſiet, doorkrabbeld en beklad:
Op dat het wel bebloct en wel erkaud mag weſen,
En ſijn Auteur daerdoor wel billijck ſy ghepreſen,
Daer 't anders meeſten tyd heel weynig hangt of kleefd,
Ja dick wils niets en deugd, en niets om 't lijf en heeft.
Maer als men dan ſijn werk in 't licht plagt uyt te ſloten,
Als 't eenmael lang ghenoeg bewaerd was, en besloten,
En 't ganſch volkomelijck den Schrijver was ghe-luckt,
En alles rijckelijck en rijp'lijck uyt ghedruckt,

Soo

o) *Hans Guytenberg.*

p) Ex alio ejusdem Auctoris latino carmine converſum à S. A. (*Sam. Ampzing.*)

Soo konden niettemin niet veel die boeken kopen,
En vrucht en nuttigheyd uyt ſulke ſchriften hopen;
Alleen een boek of twee was veeler luſt en ſchat,
De boeken golden veel voor die, niet, veel en had.
Nu gaat het anders toe door onſe vond van drucken,
Nu ſiet men het ghewas der boeken meer ghelucken,
Nu komen ſe ghereed ter hand van alleman,
De Schrijvers krijghen ook daar meerder eere van.
Ook werd van't groot ghetal veel nuttigheyd vernomen,
Ook kan men ſe ſeer licht voor weynig ghelds bekomen,
De boeken, die men eerſt om veele daelders kocht,
Die ſijn nae, door den druck, op kleynen prijs ghebrogt.
En die de boeken veyld, ſal't aen gheen winſt ghebreken,
Die dikwils dapper gheld daer mede op kan ſteken,
En die gheen boeken had, of maer een boek, of twee,
Die heeft nu overvloed, die heeft een volle ſee,
In ſulke groote keur van alderleye boeken;
Ja heefter ſchier te veel, en propt en vult de hoeken
Van ſijn kantoor daer me: en noch ſoo is de luſt
Van veelen niet verſaed, van veelen niet ghebluſt.
De boeken werden ook veel meerder, als voor deſen,
Hier door met meerder luſt in meer zieraed gheleſen,
Wat eertijds duyſter was, of ſoder wat ghebrak,
Of ſoder anders iets ghen goed latijn en ſprak.
Dat werde na der hand in't drucken weg ghenomen.
Siet ſulke eere kan hier van den boeken komen!
Wat ſwijg ik van't ghetal? eerſt was een kas met tien,

Of minder boeken noch, en dat noch wel, verſien.
Nu is de wereld vol van ſulke letter giften,
Nu is de wereld vol van boeken ende ſchriften.
Nu (leſer) ſeg my toch, is yemand wel ſoo blind,
Die onſe Stad hier door ook noch niet eerd en mind?

Van de Druck-Perſze ende Inckt.

Dus op de Druckery, tot Haerlem erſt ghevonden,
Tot Mentz in't licht ghebraght, de Boecke-Perſſen
ſtonden:
En dus ſoo ging de Spil; de Steen dus uyt en in,
Waer op de Vorme leyt van lood ghemengt met tin,
En ander harde ſtoff. Dus word in haeſt ghegheven
Meer ſchrifts van eene man, dan and're hondert
ſchreven
In ſulcken corten tijdt. Soo vlugg' en is gheen Pen,
Gheen Clercken hand ſoo ſnel, die't hier by halen
ken.
De Inckt van roock ghemaeckt (jae roock en ander
dinghen)
Op't wit papier ghebragt, doet niet dan lof-ſang ſinghen.
Ghoeleerde luy? wel hoe? wordt dit van u ver-
wacht?
Ontſtaet u naem uyt roock? wie had dit oyt ghe-
dacht?
Is dit u arbeyds loon? hiet dit het eeuwig leven,
Dat u het kloecke breyn en wiſſe boecken gheven?
Nu ſie ick d'ydelheyd en al de Wereld in.
Als wijsheyd en verſtandt ſelfs roock neemt voor
ghewin.

Ædium,

Ædium, quas inhabitavit *Laurentius Koſter*, (nunc poſſidet *Cornelius Dobbius*, Jureconſultus) in medio urbis Harlemenſis ad forum ſitarum, lapidibus, in ſempiternam memoriam, aureis literis inſcripta ſunt ſequentia:

MEMORIÆ SACRUM
TYPOGRAPHIA
ARS ARTIUM OMNIUM
CONSERVATRIX
HIC PRIMUM INVENTA
M CCCC XXIIX.

Inſcriptio ſaxi,
de quo *Serarius* lib. I. cap. V.
MOGUNTIA AB ANTIQUO NEQUAM.
Conſent des Autheurs.

An. 1428 { DewIIL de DrVCkery GeLeerdheyds LVſt en LeVen,
TOt HaerLeM aen den dag door LaVrens Is gegeVen,

An. 1628 { DrVCkt daer RoMane, drVCkt 'tgVnt LIef ſy, ſtIChten Leerd;
DrVCkt dat de Stad behaeght, de TheVtsCher nIet begeerdt.

Nota. D. W. Y en tellen niet, als in't Roomſch getal onbekend ſijnde.

FINIS.

RELATIO a) DE ORIGINE TYPOGRAPHIAE, à QVO, QVO TEMPORE ET QVO LOCO ILLA PRIMVM INVENTA SIT,

è

a) *Frater dilectiſſimus* in Conſpectu ſupellectilis epiſtolicæ & literariæ pag. 284. *Volumen II. commentationem exhibet ad inveſtigandam* artis typographicæ *originem relatam. Titulus eſt*: Diſcurs vom Urſprung der Druckerey, wer, auch wann, und an welchem orte ſolche erſtmahls erfunden, aus denen ad familiam der *Fauſten von Aſchaffenburg* gehörigen documenten. & pag. 286. *Digna eſt hæc commentatio, quæ lucem aliquando videat. Eam vero Ill.* Uffenbachius *deſcribi fecit ex apographo Ill.* Jo. Maximil. zum Jungen, *quod Generoſ.* Jo. Erneſtus à Glauburg *illi utendum conceſſerat. De auctore illius non ſatis certo mihi conſtat. In limine præfationis inventorem artis ait fuiſſe* atavi ſui paterni *fratrem; ex iis porro, quæ ſupra ad Cod XII. in fol. n. 6. ſcripſi, colligo, nomen illi fuiſſe* Jo. Friderici Fauſti. *Is enim an.* 1600. *documenta, quæ huc pertinent, omnia collegiſſe dicitur, ex quibus ibi* Inſtrumentum Notariale, *quod in hac ipſa, quam enarro, ſcriptione exſtat, deſcriptum eſſe ſignificatur.* Mihi autem ſit veroſimile, *Jo. Frid. Fauſti* filium eſſe hujus Relationis auctorem, I. quia iſte infra teſtatur, ſe collegiſſe omnia, *quæ B. Pater ſuus à ſuis parentibus majoribusque quaſi per aures & manus accepta ipſi partim ore retulerit, partim litteris conſignata reliquerit;* & in margine addit: *inventionis per* I. F. F. V. A. (Jo. Frid Fauſtum von Aſchaffenburg) *è majorum ſuorum relatione facta.* II. quod Auctor noſter id operam dat, ut oſtendat, *Fauſtum* fuiſſe artis typographicæ inventorem, *Gutenbergium* autem ejus ſocium & adjutorem in ſumptibus ſuggerendis; *Authæus* vero in Chronico Francofurtano *Gebhardi*

Flo-

è DOCVMENTIS AD *FAVSTORVM DE ASCHAFFENBVRG* FAMILIAM PERTINENTIBVS, HAVSTA,

Floriani per *Lerſnerum* aucto pag. 437. b. relationem prorſus contrariam è *Io. Frid. Fauſti* MSto de familiæ ſuæ rebus in medium profert. III. quia ab Auctore noſtro allegatur locus ex *Chriſtoph. Beſoldi* diſſert. de Typographia, quæ Tubingæ 1620. 4to excuſa eſt, quum tamen *Io. Frid. Fauſtus* jam An. 1619. diem ultimum obierit. vid. catalogum Senatorum Francofurtenſium in Chronico Francofurtenſi ſupra laudato pag. 281. Operæ pretium fuerit addere, quæ de *Io. Frid. Fauſto* in V C. *Henr. Chriſtiani Senckenbergii* Selectis Juris & Hiſtoriarum Tom I. exſtant: *Advoco* Jo. Friderici Fauſtii ab Aſchaffenburgo, *Viri diligentiſſimi*, *collectanea Francofurtenſia III. Voluminum in fol. parte I. res geſtas, duabus ſequentibus Genealogias familiarum nobilium Francofurtenſium & lapides ſepulcrales percurrentia. Vaſtum hoc opus multum boni, nullius fere pretii plurimum ſiſtit, a rerum cognitione & ſtudio in patriam cateroqui laudem promeritum. Neſcio vero, annon viro huic tribuendum ſit Corpus diplomaticum Francofurtenſe in forma quarta, quod nonnullibi ſpectare contigit, certe aliqua ſunt hunc auctorem olentia.* in præfat. pag. 9. ſq. *Subjecta eſt ipſi Chronico* (Gebh. Floriani) *continuatio eodem anno* 1664. 12. *excuſa, quam non diverſam eſſe à libello, ſequentem titulum praeferente*: der Stadt Franckfurt Herkommen und Aufnehmen; item Kayſerliche Wahl- und Crönungs-Chronica colligirt durch *Iohan Frid. Fauſten von Aſchaffenburg* Franckf. 1660. 12. *vel verbo monendum cenſui, cum heic auctoris nulla plane mentio.* in præf. pag. 13. ſq. Appellatur *Patritius Senator*, *Francofurtanae civitatis primarius civis*, in *Goldaſti* epiſt. XI. quae exſtat apud *Senckenberg* l. c. pag. 352. Jo. Frid. Fauſt ab Aſchaf-

& è germanica in latinam linguam
translata
à
LUDOVICO KLEFEKERO,
Hamb. Gymnaſii patrii cive nobiliſſ.

Ad

ſchaffenburg *nobilis eſſe vult & privilegia parentum imperialia jactitat. Itaque latine ad eum perſcribes & nobilem ſalutabis. Goldaſtus* epiſt. 15. apud *Senckenberg* l. c. p. 360 ſq. Prodierunt Limburgenſes Faſti, ſeu Fragmentum Chronici urbis & Dominorum Limburgenſium ad Lohnam è MSS. *Io. Frid. Fauſti ab Aſchaffenburg*, Heidelb. 1619. fol. 2) Lubeckiſche Chronick, d. i. alle vornembſte Geſchicht und Hendel, ſo ſich in der kayſerlichen Reichsſtadt Lubeck von Zeit ihrer erſten Erfindung zugetragen, aus gewiſſen Authoren und alten Chronicken in drey Büchern zuſammen getragen durch Hans Regkman, itzo am Tag gegeben è MSS. I. F. F. V. A. (*Jo. Frid. Fauſten von Aſchaffenburg*) Verlegt durch Gotthard Vögelin 1619. fol. In fine hujus Chronici exſtant hæc verba: *Wie lang iſt, daſs die edle Kunſt der Buchtruckerey oder Prenterey erfunden ſey? Nach Chriſti Geburt* 1440. *Jahr hat ſich erreget under Kayſer Fridrich das Buchtrucken in Teutſchland von* Johan Genſfleiſch *zu Mentz, wiewol etliche dieſer Kunſt Erfindung zuſchreiben* Johan Guttenberg *von und zu Strasburg. Die dritten ſagen, die Kunſt ſey erdacht und ufkommen von* Johan Guttenberg *ein Ritter zu Mentz Anno* M CCCC L. 3) Franckenbergiſche Chronick und Zeit-Buch zuſammen getragen durch Weygand Gerſtenbergern, ſonſten Büddenbender genandt, ausgeführet bis aufs Jahr Chriſti 1525, itzo an Tag gegeben è MSS. J. F. F. V. A. Verlegt durch Gotthard Vögelin 1619, fol.

Ad Lectorem benevolum Auctoris præfatiuncula.*

Quod divinus noſter Codex per Jobum (*hisce verbis v.* 8. *cap.VIII.* Sciſcitare priſcum ævum, & ſedulo ſcrutare majores; *quod eſt ſalutare & omnibus tuis actionibus & propoſitis utile*) *admonendo docet, id ipſum ad hanc noſtram propoſitam typographicæ artis utiliſſimæ nobiliſſimæque inventionis materiam etiam ſpectare quis dubitat? Ea enim cum in Germania patria & per Germanos parentes & anteceſſores noſtros inventa ſit, mirum omnino eſt, neminem (Germanos volo) antehac & hoc ** imo divinitus inventum ſimul & auctorem & locum ab oblivione vindicaſſe. Quid enim abſurdius, quam Germanos orbem deſcribere univerſum, hanc tamen propriam patriæ laudem nequaquam ex oblivionis vindicare barathro? Quid turpius imo ingratum magis, quam inventores, tot heroum, tot rerum præclare geſtarum memoria ad poſteros ut propagetur, & in æternum conſervetur, de-*

 mon-

* Latino ſermone ſcripta.

** forſan add, *egregium.*

*monſtraſſe viam unicam; eos tamen ipſos * ea ne inſiſtant, dedignari, imo prorſus avellere? Præclarum enim omnino eſt & laudabile, egregia aliorum inventa ingeniis, labore, ſudore, vigiliis & ſumptibus parta, ad poſteros transmittere, ne tempus edax omnibusque exoſa ſenectus & oblivio memoriæ invida ſcientiæque noverca ea nobis ex animo eripiat. Cum autem inventorem perſcrutando, eum ex majoribus & quidem familia mea ſicque atavi mei paterni fratrem, materiam utpote ſcitu digniſſimam, ea quidem ſpecialia invenerim, quæ ut ab interitu & ſepultura, eo inventoris edocto modo, non ſolum conſerventur, ſed & veritas in univerſo hoc in honorem divini Numinis (cujus hoc præcipuum eſt, & unico hoc modo tot populis totque regnis manifeſtum eſt) & Germaniæ laudem, & quidem, utpote Germanum inventum in germanica & vernacula lingua tandem innoteſcat, non quidem pro dignitate ſua, ſed curioſe perſtringere operæ pretium imo neceſſarium duxi. Et utinam vel ſic omnia aſſequi & nobis ipſis ſatisfacere poſſemus. Verum ſit aliquid prodire tenus. Hiſce valeat Lector.*

De

* f. illi.

De impreſſoriæ artis inventione nobiliſſima, ejusque auctore, & ubi primum inventa.

Quod egregius JCtus *Ulpianus* L. 13. §. fin. ff. de injur. queritur, opinionem aliquam ſæpe contra jus radicari (*uſurpata*, inquit, *hæc eſt opinio, tametſi nullo jure,*) id quoque de hoc noſtro propoſito affirmare recte poſſumus. Verum enim Typographiæ auctorem, locum & tempus falſa & irrita opinione partim in dubium vocari, partim invidia & pravis animi affectionibus Scriptorum quorundam adhuc obſcurari, ex eo facile colligere licet, quod de vero inventore hujus antea inauditæ, mirabilis, & patriæ, quin etiam univerſo terrarum orbi, utiliſſimæ artis, cujus ope parvo temporis ſpatio ſpiſſa volumina cum multis communicari, paucis ſumptibus comparari, & res præclaræ atque memorabiles immortalitati mandari queunt, nec non de inventionis loco apud varios Scriptores diverſæ ſententiæ reperiantur. Nonnulli *Johannem Guttenbergium*, equeſtris ordinis virum, Argentorati hanc artem inveniſſe, deinde Moguntiam transtuliſſe, & in hac urbe excoluiſſe affirmant. Alii, iique plures, illam Moguntiæ à *Johanne Fauſto* & *Johanne Guttenbergio zum Jungen*; alii Coloniæ Agrippinæ vel etiam in Belgio Harlemi incerto auctore; alii denique Venetiis à *Nicolao Janſonio* repertam

 eſſe

adunt. Nec defuerunt, qui, à veritate
ſſime aberrantes, & Germanis hunc ho-
n invidentes, illam jam ante multa Secu-
in etiam millia annorum, Chinæ in In-
)rientali inventam atque ex hac regione
navigationes ad Germanos perveniſſe
enderunt. Hi vero ſecurim longiſſime
ciunt, (tutius enim de longinquis narra-
bula) ſed mendacii convincuntur, quia
ſſimum eſt, navigationes ad iſtas regio-
lemum centum abhinc annis initium ce-
, nobilem autem hanc artem multo ante
ermania inventam & exercitam eſſe; ve-
etiam magis conſentaneum eſt, hanc pa-
ac tormentariam artem, (quæ duo maxi-
)mnipotentis dona ſolis Germanis orbis
t *) à nobis ad Chinenſes potius, quam
is ad nos translatas eſſe.

e tempore & anno Typographiæ inventæ
rſæ quoque reperiuntur ſententiæ. Non-
primordia hujus artis ad A. C. 1440. alii
. 1450. alii ad A. 1478. referunt. Quia
r Auctores & Hiſtorici de loco, tempore
ventoribus hujus artis longe diſſentiunt,
x teſtimoniis ad inveſtigandam verita-
mox afferendis uberius apparebit, in ani-
n induxi, primum varias illorum ſenten-
deinde veram opinionem in medium
erre.

Pau-

*) vid. *Phil. Nicolai* de regno Chriſti in fin. & *Eu-phormionis* Icon animi p. 104.

* *Paulus Langius* Monachus in Chronico Citizenſi: *Circa id tempus* 1454. *ars imprimendi* &c. (vid. ſupra pag. 319.)

Nigrinus de Paparum doctrina & vita lib. VI. pag. 565. An. 1440. Ars Typographiæ Moguntiæ à quodam, cujus nomen *Johannes Fauſtus*, inventa eſt; nonnulli tradunt, *Guttenbergium* Argentinenſem illam reperiſſe; vid. *Funccium*, *Naucleraum* & *Aventinum* lib. VII. *Urſpergenſis* ejus primordia ad An. 1450. refert, *Spangenbergius* vero ad An. 1440. Chronicon Moguntienſe *Johannem Fauſtum*, *Johannem Guttenbergium* & *Petrum Schöfferum* inventores ſtatuit.

** *Werner Rölewinck* in faſciculo temporum ad An. 1457. *Librorum impreſſionis ſcientia* &c. (vid. ſupra pag. 327. ſq.)

*** *Huldaricus Mutius* de Germanorum prima origine lib. 28. Chronic. (pag. 326. ed. Baſil. 1539. fol.)

Hoc tempore 1444. *magna cum Ungaris bella geſſit Turca Amurathes. Hoc tempore bombarda* &c. (vid. ſupra pag. 330.)

* *Joh. Aventinus* lib. 7. (Annalium Bojorum p. 512. Francof. 1627. fol.)

Anno, qui eſt Chriſti MCCCCL. &c. (vid. ſupra pag. 330. ſq.)

Fr. Se-

---

* Adhuc vixit perfectioris ætatis An. 1520.

** Vixit ille perfectæ ætatis vir 1494. *Trithemius.*

*** Floruit ab ann. 1522. ad annum uſque 1551.

* Vixit An. 1525. ad An. 1540.

F. *Serarius* in rebus Moguntiacis copioſe ſatis & accurate de hac re agit, idque operam dat, ut demonſtret, Moguntiæ Typographiam inventam eſſe; utrum autem *Fauſtus*, an potius *Gutenbergerus* auctor ſit, id incertum relinquit. (vid. ſupra pag. 255. ſqq.)

Jacobus Spiegelius JC. in Commentar. ad Auſtriados *Rich. Bartholini* lib. IX. (pag. 649. Scriptorum Germanic. *Juſti Reuberi*) ad verba: *Inventum Germane tuum: Inſigniter divina* &c. (vid. ſupra pag. 318.)

Joannes Latomus Decanus S. Barthol. Francof. in vita Archiep. Moguntini Dietheri Pincernæ in Erbach &c.

Moguntia per Joh. Gutenberger, *civem ſolertiſſimum inventa eſt ars typographica circa annum* 1440, *qua ſtanneis ſive areis typis nunc libri magna facilitate imprimuntur. Unde tanta laude Moguntia celebrata eſt, ut tota Germania eo nomine ſit nominatiſſima, ut doctiſſimus* Beroaldus canit:

O Germania &c. (vid. ſupra pag. 173.)

Seb. *Munſterus* lib. III. cap. 180.

Ab Anno Chriſti 1440 *usque ad A.* 1450 *nobilis imprimendi ars Moguntia reperta eſt, ea Moguntia Coloniam, deinde Argentinam & Baſileam atque poſtea Venetias delata eſt. Primus ejus auctor & inventor* Joannes Gutenbergius, *qui* zum Jungen *dicebatur, isque cives alios duos Moguntinos adjutores habuit*, Joannem Fauſtum & Joannem Medimbachium, *qui artem hanc in ſecreto tenuerunt, famulis de ea non propalanda jurejurando conſtrictis. Si majores*

jores noſtri ante 1000 vel etiam 1500 annos hujus artis copiam habuiſſent, quot quantosque nobis dediſſent doctrina & ſcientiâ excellentes præclarosque viros, quantum hiſtoriarum in hominum memoria remanſiſſet, quæ tali deſtitutæ adminiculo æterna oblivione obrutæ ſunt. Quamvis enim antiquitus libri quoque conſcribi conſueverint, non potuere tamen tantopere multiplicari, prout nunc in millena & amplius exemplaria libri tranſcribuntur, adeo ut ſi decem viginti pluresve incendio aliisve caſibus depereant, potiſſima tamen parte ſuperſint, & in totum interire nequeant. Singulare igitur Dei munus reputari debet, quod noſtro hoc tempore artificium id inventum ſit, cujus beneficio veterum auctorum numero libri pulvere obſiti & in angulis deliteſcentes in lucem producti fuerint, qui æternum latuiſſent, uſibusque hominum fuiſſent ſubtracti, niſi per typos eſſent renovati. Hieron. Oſorius hanc artem dudum in China repertam vult, reperitique tradit libros in iſto regno impreſſos.

Johannes Beckerus ſeu Becherus in Chronico Thuringiæ:

Anno 1440 *nobiliſſima & utiliſſima ars typographica Argentorati à* Johanne Gutenbergio *inventa eſt, qui eam deinde Moguntiæ expolivit. Nonnulli affirmant,** Schöfferum *aurifabrum Moguntinenſem eſſe primum inventorem. Quisquis ille ſit, certe artem ſuam eleganter exercuit. Argentorati* Johannes Mentelius *omnium primus magna Volumina typis expreſſit, & admodum dives inde factus eſt. Poſt tri-*

* In MS. *Schoplerum.*

triginta circiter annorum ſpatium Ulricus Haan *ſive Gallus artem typographicam primus Romam deportavit, de quo* Antonius Campanus *hoc elegans epigramma compoſuit:*

Anſer Tarpeji cuſtos Jovis, unde quod alis
Conſtreperes, Gallus decidit: ultor adeſt
Ulricus Gallus, ne quem poſcantur in uſum,
*Edocuit, pennis nil opus eſſe tuis.

Auctor Chronici Colonienſis An. 1499. Coloniæ forma maxima excuſi fol. 312. ad An. 1450.

Item deſe hochwyrdige Kunſt vurs is vonden &c. (vid. ſupra pag. 409.)

Mart. Cruſius Prof. Tubingenſis in Annal. Svevic. fol. 381.

Sermones quidam ſuper epiſtolas Dominicales An. 1444 *impreſſi exſtant hic Tubingæ in bibliotheca ſtipendii Martiniani. Ars enim typographica nuper inventa procedebat.*

Chriſtoph. Lehmannus in Chronico Spirenſi lib. VII. cap. 105. pag. 937. narrat, Electorem Moguntiacum *Dietherrum* ad Senatum Spirenſem literas, quibus ſe contra *Pium* II. Papam excuſat, à primo Typographo Moguntiaco excuſas miſiſſe; ſilentio autem præterit, utrum *Fauſtus*, an *Schäfferus*, an *Guttenbergius* iſte fuerit.

Georg.

* Qui alios docet, niſi expreſſe addatur, primus eſſe non poteſt; ſed etiam ſecundus, tertius, quartus &c.

Georg. Schönbornerus JC. lib. III. Politicorum cap. 49.

Divinitus adinventum eſſe artificium Typographicum, apud omnes in confeſſo eſt: Cujus encomia lectori ſuggerit *Cardanus* lib. 17. var. rer. cap. 98. *Scaliger* exercit. 99. *Polyd. Virgil.* lib. II. de rer. invent. c. 7. Originem hujus artis referunt ad annum Chriſti 1440. d. 2. Januar. *Peucerus* lib. V. Chronic. p. 1276. ex *Wimphelingo* cap. 65. idque factum Argentinæ tradunt. A. *Buchole.* in Iſag. chronol. Auctor ejus minime prætereundus ſilentio; quidam *Joannem Fauſtium* vocant, quidam *Guttenbergerum*. *Func.* in Chronol. ad An. 1440. *Avent.* lib. 8. Eteoſtichon tale eſt:

MIra typIs LIbros ars qVæ CeLeri eXCItat aCtV,
GVttenbergerI genIo eſt Inventa IohannIs.

Præterea tenendum hoc loco, coërcendam eſſe Typographorum in recudendis ſcriptis Reip. inutilibus inſolentiam, ut & eorum, qui libros ad prægravandam innocentium famam emittunt. Atque illi, qui famoſos evulgant libellos, adverſus conſtitutionem politicam à Cæſare puniuntur extra ordinem. P. *Dennaiſius* de jur. Cam. tit. 177. verb. Librarii n. 7.

Guido Pancirollus rerum memorabilium lib. II. tit. XII. de Typographia:

Notatu quoque digna eſt Typographiæ inventio, quæ in Germania reperta fuit an. 1440. Et invaluit opinio, quendam per mare Germanicum & Balthicum navigan-

gantem, in regionem Chinenſium, qui olim Seres dicebantur, fuiſſe delatum, eundemque, cui Luſitani cum celocibus ſuis ſe adjunxerant, animadvertiſſe, artem imprimendi ibi exerceri. Viſis itaque & probe conſideratis typis ac formis illis in Germaniam reverſum, ſimilem Chalcographiam concinnaſſe, quæ maximo nobis hodie & adjumento eſt & lucro; quandoquidem olim omnia neceſſum eſſet calamo deſcriberentur, quem in uſum multæ conſtitutæ erant tabernæ, in quibus nihil agebatur aliud, quam ut ſcriberetur. Id quod multi laboris erat & ſumtuum, ei præſertim, qui libros ſibi comparabat. Ego paginas aliquot vidi Chinæ impreſſas; etſi memoriæ proditum non eſt, unquam ibi Typographiam extitiſſe.

Ad hanc ſententiam (de Chinenſium Typographia) confirmandam allegantur *Pet. Maffejus* Hiſtor. Indic. lib. VI. fol. 256. *Garcias ab Horto* lib. II. Aromat. apud Indos naſcent. cap. 38. & *Joh. Mendoza*. Hæc autem opinio jam ſupra in principio hujus ſcripti eſt refutata. * Neque ſufficit dicere typographiam à Chinenſibus in Germaniam derivatam eſſe, ſed probare, quod nos conſtanter negamus. Nec etiam officit mille plus minus annis impreſſoriam artem Chinenſibus in uſu fuiſſe, antequam à Germanis uſurpari coeperit, rem enim unam eandemque & novam & veterem reſpectu diverſorum populorum cenſeri quis vetat? Vetus igitur ſit, quoad Chinenſes & in Ame-

* Hæc latinis verbis auctor expreſſit.

America, (ſi fidem loci diſtantia inter cætera non vetat,) nova, quatenus in Europæa noſtra Germania Moguntiæ eſt excogitata.

Chronicon Norimbergenſe MS. ad An. 1450. vid. meum in 4. pag. 41.

Hoc anno nobilis ars typographica Moguntiæ à Joh. Guttenbergero *primum inventa eſt, & poſt aliquanto ad Norimbergenſes devenit.*

Chriſtoph. Beſoldus in diſſ. de Typographia (vid. ſupra pag. 171. ſqq.)

Chronique de Savoye par Maiſtre *Guillaume Paradin* Chanoine de Beau vieu An. 1552. à Lyon in 4. fol. 333.

Un noble Chevallier de Mayence ſur le Rhin, appellé Jean Gutenberg zum Jungen, *homme de divin eſprit, trouva cette façon d'imprimer.*

Memorati modo aliique Scriptores, qui partim fama & auditione hoc acceperunt, partim ad ſe mutuo provocarunt, non ſolum de loco & tempore, ſed etiam de auctore & primo inventore dubitant, immo vero incerta omnia relinquunt. Nec levi Germanis eſt dedecori, quod, quum Deus artem tam excellentem totque peregrinarum gentium hiſtorias & auctores nobis donaverit, de primo inventore hujus artis, deque honore in illum inde & in univerſam Germaniam redundante, nulla teſtimonia documentave typis expreſſa, atque adeo perpetua, poſteris reliquerimus, ſed ex tanto tempore adhuc dubii hæreamus. Primo ſcilicet auctori idem contigit, quod

olim præſtantiſſimo *Ciceroni*, qui quum, provincia Aſiatica præclare adminiſtrata, magnaque ſui fama terra marique relicta, non ſine ſumma gloria in Italiam rediret, & in celebrem quendam locum diverteret, non dubitans, quin res à ſe apud exteros ſtrenue geſtæ per civium æque ac peregrinorum ora volitarent, abs incolis quærebat, num quid de *Cicerone*, Proconſule Aſiæ, communi fama atque ſermone audiviſſent? &, poſtquam ab omnibus reſponſum tulit, ſe neſcire, quisnam *Cicero* ille eſſet, ingemiſcebat, dicens: *hicne mea fructus gloria, ut cum foris homines meum nomen cœlo adæquaverint, domi nemo ſit, qui illud agnoſcat.* Veritatis itaque amore ductus intermittere non potui, quin omnia de artis hujus origine atque fatis, quæ in fide dignis vetuſtiſſimisque ſcriptis & documentis reperiuntur, & quæ beatus Pater meus à ſuis parentibus majoribusque *quaſi per aures & manus accepta* mihi partim ore retulit, partim literis conſignata reliquit, in veritatis artisque honorem, vel potius in ſummi Numinis gloriam colligerem, & quanta potui accuratione, enarrarem.

Primo itaque id veriſſime affirmatur,* civem quendam ex honeſta familia oriundum *Joh.*

* Inventionis per I. F. F. V. A. (Jo. Frid. Fauſtum von Aſchaffenburg) è majorum ſuorum relatione, fata.

Joh. Fauſtum Moguntiæ habitaſſe, qui, quum litteris omnibus maxime deditus intellexiſſet, ob inopiam librorum, ad quos deſcribendos longum tempus ſumptusque immenſi, à pauciſſimis tolerandi, requirebantur, præſtantiſſima ſæpe ingenia torpeſcere atque à ſtudiis abſtrahi, commodam rationem libros varios utiles minori labore multiplicandi & parvo atque æquo pretio cum pluribus communicandi excogitare allaborarit. Quamobrem ſummum Numen, ejus ſinceris votis & utiliſſimo propóſito clementer annuens, elegantem quaſi formulam hujus artificii atque eximia adminicula Viro optimo monſtravit. Primum quidem ille tabulam abecedariam literis eminentibus ligno inſculpſit, deinde plus temporis operæque *atramento idoneo inveniendo impendens, eo quod atramentum vulgare in literis, ligno inciſis, confluebat, & characteres confundebat; fuligo quoque è flamma candelarum collecta luculenter quidem litteras exprimebat, ſed ad exiguum tempus durabat; **tandem tenax, nigrum & durabile atramentum adinvenit. Poſtquam hujus materiæ ope tabulas illas minoribus prelis ſubjectas divulgare coepit, omnes non ſine ſumma admiratione eas parvo pretio emebant, & laudibus

* *Atramenti typici inventio.*

** *Omnium rerum parva primordia an. 1448.*

celebrabant, unde *Fauſtus* ad urgendum propoſitum excitabatur, & *Donatum* eadem ratione excudebat. Quoniam autem iſte liber in integris aſſerculis inciſus erat, plurimis literis inæqualibus deturpabatur, multaque ejus exempla excudi non poterant; inventori commodiſſimum viſum eſt, ſi libri literis ſingulis & ſeparatis exprimerentur, non vero integris columnis vel paginis inciderentur. Priores itaque aſſeres diſſecuit, probos characteres retinuit, detritorum loco novos formavit, atque ita compoſitionem ſingularum literarum exorſus eſt; quod quum non ſine maximo labore fieri poſſet, & lente admodum procederet, novæ arti impedimento fuit omnino, & inventori multas ærumnas creavit. Cæterum ipſe miniſtris quibusdam uſus eſt, qui ad ipſius arbitrium nutumque artem hanc novam exercebant, atque ei in præparatione atramenti, compoſitione characterum, aliisque ejusmodi rebus magno adjumento erant. In his fuit *Petrus Schöfferus* Gernsheimenſis, qui quum heri ſui inſtitutum percepiſſet, & magno illius artis ſtudio arderet, * ſingulari Dei inſtinctu rationem invenit, qua characteres matrici, ut vocant, inciderentur & ex ea funderentur, atque adeo ſæpius iterati formarentur, non vero ſinguli ſigillatim exſculperentur. Hic clam ** matri-

* Typi ænei ſeu ſtannei inveniuntur. ** Matrices.

tricem abecedariam incidit & cum characteribus inde fuſis hero ſuo *Johanni Fauſto* oſtendit, qui huic adeo placuerunt, ut gaudiorum plenus ei protinus filiam unicam *Chriſtinam* deſponderet, ac paulo poſt in uxorem daret. Magna autem in hoc genere characterum, uti antea in ligneis, difficultas ſuborta eſt, propterea quod materia mollior eſſet, quam ut preſſuræ reſiſtere poſſet, donec tandem ejusmodi mixtura inventa fuit, quæ vim preli aliquandiu ſuſtinere poſſet. *Rebus his feliciter procedentibus, ſocer & gener operas ſuas jurejurando adegerunt, ut omnia hæc ſummo ſilentio celarent; aſſeres autem ac primordia artis ipſosque characteres ligneos funiculo involverunt atq; aſſervarunt, amicisque, quando libuit, oſtenderunt. *Quæ primordia avum meum Doctorem* Johannem Fauſtum *inque manibus ſuis* Donati *primam partem inter cetera vidiſſe MStum poſteris nobis relictum teſtatur.*

Quanquam autem hi operas ſuas ad adſtringendam fidem jurejurando adegerunt, & artem iſtam celare magnopere ſtuduerunt, id tamen per ſingularem Dei providentiam effici haud potuit, quia *Johannes Guttenbergius*, qui proxime *Fauſti* ædes habitabat, (alii tradunt, *Joh. Fauſtum* & *Guttenbergium* in iisdem ædibus, *zum Jungen* dictis, Moguntiæ

* *Fauſtus* & *Schöfferus* conjunctim auctores.

habitaſſe, quæ deinde nomen à typographia retinuerint,) animadvertit, hanc nobilem artem non ſolum omnium ore egregie laudari, ſed etiam admodum lucroſam eſſe, & propterea familiaritatem cum *Fauſto* contraxit, pecuniamque ei ad ſumptus neceſſarios obtulit. Id *Fauſto* quam gratiſſimum fuit, inprimis, quia opus membranis pergamenis imprimendum præ manibus habebat; eamque ob cauſam cum *Guttenbergio* convenit, & ſcripto judiciali, quod infra exhibebitur, pactus eſt, ut quicquid in illud opus impenderetur, communi utriusque lucro vel damno cederet, & pecunia fœnore ſumeretur. Quoniam autem æs alienum illis creverat, & *Fauſtus* plus inſumſerat, quam *Guttenbergius* neceſſitatem poſtulaſſe arbitrabatur, hic dimidiam ſuam partem ſolvere noluit; qua ex re cum lis orta eſſet, alter alterum Moguntiæ in jus vocavit, ubi partibus & teſtibus auditis pronuntiatum fuit: ſi *Johannes Fauſtus* interpoſito juramento affirmare poſſet, omnem pecuniam, quam fœnore ſumpſiſſet, in commune opus erogatam, & non in proprios ipſius uſus converſam fuiſſe, *Guttenbergium* ad ſolvendum obligatum eſſe; cui ſententiæ *Fauſtus* Moguntiæ in cœnaculo monachorum diſcalceatorum paruit, ſicut ex Inſtrumento judiciali, quod infra legitur, evidenter apparet. Hinc *Johannes Guttenbergius* irâ adeo excanduit, ut non ſolum jurijurando præſtando intereſſe nol-

nollet, ſed etiam brevi tempore poſt Moguntia Argentinam ſe conferret, & in hac urbe forſan artem typographicam exerceret, quo etiam aliquot ex operis ſecum duxit, tantumque inter illos diſſidium coortum eſt, ut insignis hæc ars diutius occultari haud potuerit, ſed ſtatim poſt inſtrumentum illud an: 1455 confectum ubique enotuerit, atque *Hans a Petersheim, Johannis Fauſti* & *Petri Schöfferi* miniſter an. 1459 Francofurti, alii alibi (inprimis quum Moguntia an. 1462 capta, & priſtina ſua libertate privata eſſet,) conſederint, artem hanc libere exercuerint, atque divulgaverint. Accidit etiam illis hæc infelicitas, ut quum egregium librum juridicum, membranis pergamenis impreſſum, Lutetiam Pariſiorum in Galliam deportarent, incolæ illis hanc artem invidentes librum lixivio perfuſum peniculis ſetaceis extergere allaborarent, ſed fruſtra; unde prætexentes, merces peregrinas in Galliam abſque ulla Regis permiſſione advectas eſſe, omnia exempla libri fiſco addici curarunt. Clarigatione autem ab Imperatore Rom. Friderico III. impetrata, permultas merces Gallorum mercatorum ad damnum reſarciendum ſibi vendicarunt, donec tandem hæ lites utrinque compoſitæ ſunt, & *Petro Schöffero* cumulate eſt ſatisfactum.

* Sequitur exemplum Inſtrumenti a) judicia-

*Documentum hoc ex Originali de verbo ad verbum ſumtum.

a) Oculis uſurpavi aliud hujus inſtrumenti exemplum, quod

cialis *ex autographo*, unde apparet, *Johannem Guttenbergium* nequaquam artis hujus nobilis primum auctorem eſſe, ſed à *Joh. Fauſto* in conſortium adſcitum, pecuniam ei ſuppeditaſſe.

I*m Nahmen Gottes Amen.* a) *Kund ſey allen denen,* b) *ſo diß offen Inſtrument* * *ſehend oder hörend*

inſcribitur: *Copia eines alten Inſtruments, den proceß des erſten Erfinders der Buchdrucker-Kunſt, Junckhern* Johann Guttenbergk, *des Geſchlechts derer* zum Jungen, *mit* Johann Fauſten, *dem erſten Verleger gemeldter Buchdruckerey, wegen der Verlags-Koſten betreffend, aus* Joh. Frider. Fauſten, *der ſolche circa an.* 1600. *von dem damahlen bey der Familie annoch vorhanden geweſenen original abgeſchrieben, Manuſcriptis ausgezogen, und* ſub lit. O. fol. 159. *befindlich, von mir* Joh. Erneſt. von Glauburg *Anno* 1712. *den* 3. *Mertz von gemelten mit* Lit. O. *bezeichneten MSto* J. F. Fauſten v. A. *fleißig und richtig abgeſchrieben.* Exſtat etiam illud typis expreſſum in V. C. *Henr. Chriſtiani Senckenbergii* Selectis Juris & Hiſtoriarum Tom. I. pag. 269-277. ubi inſcribitur: *Laudum inter* Jacobum *&* Joannem Fauſtios *ex una, &* Johannem Guttenberg *ex altera parte, agens de pecunia in librorum impreſſionem inſumta.* Ex utroque varietates lectionis diligenter notavi.

a) Kunt ſy Senck. b) die dieſs Senck. * ſihet oder leſen

rend leſen, daß des Iahrs als man zehlt nach Chriſti unſers Herrn Geburth c) 1455 *Iahr in der dritten Indiction uff Dornſtag, der da* d) *war der ſechſte Tag des* e) *Monaths zu Latein genant November, Krönung des Allerheiligſten in Gott* f) *Vatters und Hns unſers* g) *Hn. Calixti, von göttlicher Vorſichtigkeit des dritten Babſts in dem erſten* h) *Iar zwiſchen* 11. *und zwölf* i) *Uhren* k) *am Mittentach zu Mentz zu den* l) *Barfüſſern in dem groſſen Refonder in* m) *mein offenbahr Schreiber und der* n) *Gezeugen hernach benannt* o) *Gegenwärtigkeit* p) *perſönlich iſt geſtanden der erſahm und* q) *vorſichtig* Jacob r) Fauſt, *Burger zu Mentz, und von wegen* s) Johannes Fauſt *ſeines Bruders auch* t) *daſelbſt gegenwärtig hat vorgelegt, geſprochen und geoffenbahret, wie zwiſchen dem itzgenanten* Johan u) Fauſten, *ſeinem Bruder uff ein, und* Johann Guttenberg *uff* x) *der andren Parthey, dem jetz genanten* Johan Guttenberg *zu ſehen und zu hören ſolchen* y) *Ayd dem genanten* Johann z) Fauſten *nach* a) *Laut und Inhalt des Rechtſpruchs zwiſchen* b) *beyden Partheyen geſchehen, beſcheiden*

 und

ſen höret Glavbvrg. c) tuſend vierhundert und fünf und fufftzigk. S. d) was der ſeſte S. & G. e) Monden S. & G. f) Vater und Herrn S. g) Herrn Caliſti S. h) Jahr zuſchen S. i) Uwern S. k) in Mittendage S. l) Barfuſſen S. m) myn offenbar ſchryber S. n) gezügen S. o) Gegenwertikeit S. p) perſönlich is S. q) vorſichtig Man S. r) Fuſt S. s) Johan Fuſt ſines S. t) doſelbſt gegewertigk S. u) Fuſt ſinem S. x) die ander Parthy S. y) Eyd S. z) Fuſt S. a) Lude S. b) beeden

und c) *uffgeſetzt, durch* d) *denſelbigen* Johan e) Fauſt *thun, ein entlicher Tag uff* f) *heute zu dieſer Stund in die* g) *Convent-Stuben daſelbſt geſetzt,* h) *geſtimt und benent ſey, und uff daß die Brüder des* i) *jetz genanten Cloſters noch in der* k) *Convent-Stuben verſamlet nicht bekümmert* l) *noch beſchweret werden,* m) *biß der genant* Jacob n) Fauſt *durch ſein* ** *Botten in der* o) *ehegenanten Stuben erfragen, ob* Johan p) Guttenberg *oder jemand von* q) *ſeinet wegen in dem Cloſter in* r) *obberührter Maaß were,* s) *daß er ſich zu der Sach ſchicken* t) *wolte. Nach ſolcher Schickung und Fragung quamen in dem gemelten Refonder der Erſame Herr* Henrich u) Gunther *etwan Pfarr-Herr zu St.* x) Chriſtoffel zu Mentz, Henrich Keffer, *und* y) Bechtold *von Hanaw, Diener und Knecht des* z) *genanten* Johann Guttenbergs, *und nachdem ſie durch den* a) *genanten* Johann b) Fauſten *gefraget und beſprochen worden,* c) *was ſie da theten, und* d) *warumb ſie da weren? Ob ſie auch in* e) *den Sachen Macht hätten von* Jo-

den parthyen geſcheen S. c) uffgeſatzt S. d) denſelben S. e) Fuſt S. f) hude S. g) Covent Stube doſelbſt S. h) geſtempt S. beſtimbt G. i) itz genenten S. k) Covent Stuben verſamelt S. l) nach beſwert würden S. m) lieſs der benant S. & G. n) Fuſt durch ſin Boden S. ** Boden G. o) egemelten S. p) Gudenberg oder yemant S. q) ſynt wegen S. r) abgorneter maiſs S. s) daz er ſich zu den Sachen S. t) well S. u) Guntern etwan Pfarrer S. x) Chriſtoffern S. y) Bechtoff S. z) guten S. a) guten S. b) Fuſt S. c) waz ſie do teden S. d) worum ſie do S. e) der Sachen macht hetten S.

Johann Guttenbergs *wegen* § *antwörten ſie* f) *ge-meiniglich und inſonderheit, ſie weren beſcheiden von* g) *ihren Iunckhern* Johan Guttenberg, *zu* h) *hören und zu ſehen, was in* i) *der Sachen geſchehen würde.* k) *Darnach* Johan Fauſt *verbottet und* l) *bezeugt, daß er dem Tag ein Genügen thun wolte, nachdem er* m) *uffgenommen, und geſetzt were, und er auch* n) *ſeines Wiedertheils* Johan Guttenbergs *vor XII* o) *Uhren gewartet* p) hätte, *und noch wartete, der ſich dann* q) *ſelber nicht zu den Sachen gefüget* hette, *und beweiſſe ſich* r) *da bereit, und wilfährig dem Rechtſpruch über den erſten* s) *Articul ſeiner Anſprach* t) *geſchehen, nach Inhalt* u) *deſſelbigen* * *Gnügen zu thun,* x) *dann er von Wort zu Wort alſo ließ leſen mit ſamt der Klag und* y) *Antwort, und lautet alſo: Und alsdann* Johann z) Fauſt *dem obgenanten* Johan Guttenberg *zugeſprochen* a) hat, *zum erſten als in dem* b) *Zettel ihres überkommens begriffen ſey, daß er* Johan Guttenberg 800 *fl. an Geld* c) *ohngefehrlich* d) *verlegen, damit er das Werkh vollbringen ſolte, und ob das* e) *mehr oder minder koſte,*

f) gemeinlich S. g) irem Iunchern S. h) heren S. i) den Sachen geſcheen S. k) Darnoch Johan Fuſt S. l) bezüget S. m) offgenummen S. n) ſines widderteylen S. o) Uwern S. p) hette S. q) ſelbes zu den Sachen nit S. r) do bereit und wolfertigk S. s) Artickel ſiner S. t) geſcheen noch S. u) deſſelben S. * genug G. x) den S. y) Entwort und lutet alſus S. z) Fuſt S. a) hait S. b) Zeddel irs überkummes S. c) ongeverlich S. d) vorlegen S. e) me oder mynner koſt ging yn nit an S.

ſte, ** *gantz itzund an*, *und daß* Johan Guttenberg f) *ihm von denſelben* 800 *fl.* 6 *fl. vom* * h*undert zu Sold geben* g) *ſolte. Nun* habe *er* h) *ihme ſolc*he 800 *fl. uff Gülde* i) *ausgenommen*, *und ihme die gegeben*, *daran er doc*h *kein Gnügen*, k) *ſondern ſic*h *beklaget*, *daß er der* 800 *fl. noc*h l) *nic*h*t gnug* h*abe*, *alſo* h*abe er* m) *i*h*m wollen ein Gnügen t*h*un*, *und* h*aben* n) *i*h*m vor ſolc*h*e* 800 *fl.* o) *noc*h 800 *fl. daß er der* 800 *fl. mehr verlagt*, *dann er* p) *nac*h *laut des obgemelten Zettels* q) *pflic*h*tig geweſt ſey*; *und alſo* h*abe er von den* 800 *fl. die er* r) *i*h*m übrig verlegt* h*abe*, 140 *fl zu Sold geben müſſen. Und wiewohl ſic*h *der vorgenant* Johan Guttenberg *in dem* s) *obgenanten Zettel verſchrieben* t) *hat*, *daß er* u) *ihme von den erſten* 800 *fl. von* x) *jedem* 100 *fl.* 8 *fl. zu Sold geben ſoll*, *ſo* y) *habe er ihme doch ſolchs keines Iars* z) *ausgerichtet*, *ſondern er habe ſolches ſelber muſſen bezahlen*, *daß ſich* a) *trifft an* 250 *fl. zu guter Rechnung*, *und wannt nun* Johan Guttenberg b) *ihme ſolchen Sold*, *nemblich die* c) 6 *fl. Gelds von den erſten*

** gang itz und ahn G. f) ym von denſelben 800 Gulden ſeſs Gulden von ydem hundert S. * jedem hundert zu ſolte geben G. g) ſoll S. h) ym ſolch 800 Gulden S. i) uſgenommen und ym S. k) ſundert S. l) nit habe S. m) ym je wollen S. n) ym über dieſelben S. & G. o) noch 800 Gulden mehr verlacht S. p) ym noch Lude S. q) pflichtigk ſy geweſt S. r) ym übrig verlacht hat, hundert und virtzigk Gulden zu Solde muſſen geben S. s) obgemelten S. t) hait S. u) ym S. x) ydem hundert ſeſs Gulden S. & G. y) hab er ym S. z) uſsgericht S. a) triffet an ditthalb hundert Gulden S. & G. b) ym ſolches Solt S. c) ſeſs Gulden Gelts S.

ſten 800 *fl. und dann auch den Sold von den übrigen* 800 *fl* d) *nie ausgericht und bezahlt hat, und er denſelbigen* e) *Sold förter unter Chriſten und* f) *Juden habe müſſen annehmen, und* g) *davon* 36 *fl ohngefehrlich zu guter Rechnung zu Geſuch geben,* h) *das ſich dann alſo zuſammen mit dem Hauptgeld* i) *ohngefehrlich trifft an* k) 220 *fl und fordert* l) *ihm (nu G) ſolches alles ohn ſein Schaden auszurichten und zu bezahlen &c. Darauff* Iohann Guttenberg m) *geantwortet hat, daß ihm* Iohan n) Fauſt 800 *fl verlegt ſolt han mit ſolchem* o) *Gelt er ſein Gezeug zurichten und machen ſolte, und mit ſolchem* p) *Geld ſich zu frieden, und in* q) *ſeinen Nutzen verſtellen ſolte, und ſolche* r) *Gezeug des ehegenanten* Iohannes *Pfandt ſeyn ſolten, und daß* Iohannes s) *ihm jährlichen* 300 *fl vor Koſten geben, und auch* t) *Geſind-Lohn, Hauß-zinß, Perment, Pappier, Dinten &c. verlegen ſolte, wurden ſie alsdann fürter nit eins, ſo ſolte er* u) *im ſein* 800 *fl wieder geben, und ſolten* x) *ſeine Gezeug ledig* y) *ſeyn, dabey wohl zu verſtehen ſey, daß er* *ſolch*

d) ny usgericht S. e) Solt fürter S. f) Iudden hab müſſen uſſnehmen S. g) davor ſeſs und dreyſſig Gulden ungevarlich S. h) daz ſich alſo S. i) ungeverlich S. k) zwy tuſend und zwenzig Gulden S. & G. l) ym ſulchs als an ſyn Schaden uſſzurichten S. m) geantwert hat daſs im S. n) Fuſt 800 fl verlacht ſolt hain S. o) Gelde er ſin Gezüge S. p) Gelt ſich zu ſteden S. q) ſynen Nutz verſtellen mochte S. & G. r) Gezüge des egenanten Iohan pfänt ſin S. s) ym jerlichen 300 Gulden S. t) Geſinde Lohne Huſszinſs Varmet Papier Tinte S. u) ym ſyn 800 fl widdergeben S. x) ſine getzuge S. y) ſyn

ſolch Werck mit z) *ſeinem Geldt, daß er ihme auf ſein Pfand gelichen habe, volbringen ſolte, und hoffe, daß er* a) *ihme mit pflichtig ſey geweſt, ſolche 800 fl uff das Werkh der Bücher zu* b) *leyhen, und wiewohl auch in* c) *dieſem Zettul begriffen* d) *ſey, daß er ihme von jedem 100 fl 6 fl zur Gülte geben ſollte, ſo habe doch* d) Johann Fauſt *ihme zugeſagt, daß er ſolcher Verſoldung* e) *von ihme nicht begehre zu nehmen, ſo ſeynd ihme auch ſolche 800 fl nit alle und alſobald nach Inhalt des Zettels worden, als er das in dem erſten* f) *artical ſeiner Anſprach gemietet und vorgewendt habe, und von den ubrigen 800* g) *fl wegen begehret er ihme eine Rechnung zuthun. So* h) *geſtehet er ihme auch keines Geldts noch Wuchers, und hofft* i) *ihme in Rechten darumb nicht pflichtig ſeyn. Wie* k) *dann ſolche Anſprach, Antwort, Wiederrede und Nachrede mit* l) *denen und vielen andern Worten* m) *gelautet hat &c.* n) *So ſprechen wir zu rechten: Wann* Iohann Guttenberg o) *ſeine Rechnung gethan hat von allen* p) *innehmen, und ausgeben, daß er*

y) ſyn daby wol zu verſteen ſy S. z) ſynem Gelde daſs er ym uff ſyn pfande gelichen hab volnbrengen ſolt S. a) ym nit pflichtig ſy S. & G. b) legen S. & G. c) dem S. & G. d) ſy daſs er ym von ydem hundert ſeſs Gulden zu Gülte geben ſoll S. d) Iohannes Faſt ym S. e) nit begere von ym zu nemen, ſo ſyn ym S. & G. f) Articket ſyner Anſprach gemadet und fürgewand hab S. g) Gulden wegen begert er ym ein S. h) geſtett er ym auch keins ſoldes S. i) ym in Rechten darum nit pflichtig ſin &c. S. k) dan ſulch Anſprach, Antwurt, Widderrede S., l) den und viel S. m) geludet hatt S. n) Do p. & G. o) ſin S. p) innemen und uſsgeben S.

er uff das Werckh zu q) ihrer beyder Nutz ausgeben hatt, was er dan r) mehr Gelts darüber empfangen, und s) eingenommen hat, das ſoll in die 800 fl gerechnet werden; were es aber, daß ſich an Rechnung t) erfinde, daß er ihme mehr als 800 fl u) herausgeben hette, die x) nicht in ihren gemeinen Nutze kommen weren, ſoll er y) ihm auch wiedergeben, und bringt Iohann Fauſt bey, mit dem Ayd oder redlicher Kundſchaft, daß er das z) abgeſchriebene Gelt uff Gülte uffgenommen und nicht von ſeinem eigen Geldt dargeliehen hatt, ſo ſoll a) ihme Iohann Guttenberg ſolche Gülte auch b) ausrichten und bezahlen nach c) Laut des Zettels. Da ſolch Rechtſpruch, d) alſo jetz gemeldt iſt, in e) Beyweſen der vorgenanten Hrnn. Henrichs &c. Henrichs und f) Bechtohlt, Diener des genanten Iohann Guttenbergs geleſen ward, der g) jetz genente Iohann Fauſt mit uffliegenden Fingern, h) leiblich auff die Heyligen in i) meines offenbahren Schreibers Hand das alles in einem Zettel k) nach Lauth des Rechtſpruchs, den er mir denn alſo übergab, begriffen, gantz l) wahr und ge-

q) yrer beider Notz uſsgeben hait S. r) nun S. s) ingenommen hait S. t) erfünde daſs er ym me dann S. u) heruſsgeben S. x) nit in yren gemenen Nutze kummen S. y) ym auch widdergeben und Brengt Iohannes Fuſt by mit dem Eyde S. z) obgeſchrieben Gelt auf Gülte uſsgenommen und nit von ſinem S. a) ym S. b) uſsrichten S. c) Lude des Zettels. Do S. d) als itz S. e) Byweſen S. f) Bechtolffs S. Bechtold G. g) itz genante Iohann Fuſt S. h) lyplichen uff S loiblichen uff G. i) myner offenbaren Schrybers Hant S. k) nachlude S. l) wiss S.

gerecht were, m) *ſchwur, geredt und gelobt, als* n) *ihme Gott ſolte helfen und die Heiligen* o) *ohngefehrlich.* *Und* p) *lautet der ebegenant Zettel von Wort zu Wort alſo: Ich* Iohann q) Fauſt *han ausgenommen* r) *ſechszehen halb hundert Gulden, die* Iohan s) Guttenbergs *worden, und auch auff unſer gemein Werck gangen* t) *ſeind, davon ich dann jährlich Gült, Sold und Schaden geben* u) *han, und auch noch* x) *eines theils bisher ſchuldig bin,* y) *da rechne ich ihme vor ein* z) *jeglich* 100 *fl die ich alſo* a) *ausgenommen han, wie obgeſchrieben* b) *ſtehet, jährlich* 6 *fl was* c) *ihme deſſelbigen uffgenommen Gelts worden iſt,* d) *da nun uff unſer* e) *beyder Werck gangen iſt, das ſich in Rechnung erfindet, davon heiſche ich* f) *ihme den Sold nach* g) *Laut des Spruchs, und daß* h) *das alſo wahr ſey, wil ich* i) *behalten, als recht iſt* k) *nach Laut des Anſpruchs, über den erſten* l) *articul meiner Anſprach, ſo ich an den obgenanten* Iohan Guttenberg *gethan han,* m) *über und uff alle obgerührten*

m) ſwure, geredt und gelubt S. n) ym Gott ſoll S. o) ungevarlich S. p) ludet der egenant zedel S. q) Fuſt han uſsgenomen S. r) ſechzehende S. s) Guttenberg ſint worden S. t) ſint davon ich dan jerlichs S. u) hain S. x) einen theilen S. y) do rechn ich vor S. z) yglich hundert Gulden S. a) uſsgenommen hain S. b) ſtet jerlich ſeſs gulden S. c) ym deſſelben uſsgenommen S. d) das nit S. das nu nicht G. e) beeder S. f) ym S. mir G. g) Lude S. h) dan alſo ware ſy. i) behalden S. k) noch lude des Uſspruchs S. l) Artickel myner S. m) ober und uff alle obgenante S. ober und uff alle geruhr.

n) *begehrete der obgemelte* Iohann Fauſt *von mir offenbahren* o) *Schreiber eines oder mehr offen Inſtrument, ſoviel und* p] *dick als ime das Noth wurde, und* q) *ſeind alle obgeſchriebene Sachen geſchehen in dem Iahr, Indiction, Tag, Stund,* r) *Bapſtumb, Krönung und Monath und* * *Statt obgenant, in* s) *Beyweſen der Erſahmen Männer* Peter t) Grantz, Iohan Kiſten, Iohann Knopff, Iohan ** Iſeneckh, Iacob Fauſt, *Bürger zu Mentz,* Peter u) Girnsheim *und* Iohan Bonne *Clericken Mentzer Statt und Biſthumbs zu* x) *Gezeugen ſonderlich gebethen, und geheiſchen. Und ich* Ulrich Helmasperger, *Clerick Bamberger* y) *Biſthums von Kayſerl. Gewalt Offenſchreiber und des Heiligen Stuls zu* z) *Mentz geſchworner Notarius, wand ich bey allen obgemelten* a) *Gezeugen geweſt bin, und ſie mit han gehört. Hierumb han ich dis offen inſtrument durch einen andern geſchrieben gemacht, mit* b) *meiner Hand unterſchrieben, und mit* c) *meinem gewöhnlichen Zeichen gezeichnet geheiſchen, hier-*

ruhrte Sach G. n) begeret des obgemeldet Iohannes Fuſt S. o) Schriber ein oder mer S. p) dick ym des Not. S. q) ſint alle obgeſchrieben Sachen geſcheen S. r) Bapſtumme, Krönung, Monet und ſtede S. * Stete G. s) Byweſen der erſamen Menner S. t) Krauſs, Iohan Kiſt, Johan Knoſt, Johan Yſeneck, Jacob Fuſt S. ** Eiſeneck G. u) Gernsheim und Iohannes S. x) gezügen ſunderlich gebeden S. y) Biſthoms von kayſerlicher S. z) Mentze geſworn Notarius want ich by S. a) punкten und articuln wie obgeſchrieben ſteet mit den obgenanten gezügen S. & G. b) myner Hant underſchriben S. c) mynem gewonlichen Zeichen gezeichent S.

d) *hierüber gebethen in Gezeugnüß und wahrer Uhrkunde aller vorgeſchriebenen Dingen.*

Ex hoc documento evidenter apparet, *Johannem Guttenbergium* nequaquam inventorem artis typographicæ fuiſſe, ſed tantum à *Johanne Fauſto* in conſortium adſcitum pecuniam ei ſuppeditaſſe, atque hanc ſocietatem quinque propemodum annos duraſſe, quod ex ipſa ſorte huicque addita uſura facile computare licet. Valde igitur errarunt, qui ſocium *Fauſti* pro primo auctore & inventore hujus laudabilis artis probare ſunt conati. Ut autem certiſſime perſuaſum habeamus, *Johannem Fauſtum* verum primumque artis hujus inventorem fuiſſe, ejusque miniſtrum & poſtea generum *Petrum Schœfferum* de Gernsheim eum in illa excolenda juviſſe; teſtimonia, quæ partim ipſi, nemine contradicente, tum temporis in fine librorum divulgarunt, partim paucorum aliorum auctorum conſenſus confirmat, in medium proferam:

In fine SS. Bibliorum; Heidelbergæ An. 1617. à me deſcriptum teſtimonium.

* Præſens rationalis divinorum Codex officio-

d) darober und gebeden und gezügniſſe und warer Orkunde aller vorgeſchrieben Ding.

* Prima Pars. E Bibliotheca Electorali heu quondam! Palatina Heidelbergæ ipſe legi, deſcripſi.

ficiorum venuſtate capitalium decoratus, rubricationibusque diſtinctus artificioſa adinventione imprimendi ac characterizandi absque calami exaratione ſic effigiatus & ad Euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatus per *Johannem Fuſt* civem Moguntinum & *Petrum Gernsheim* clericum diœceſis ejusdem Anno Domini 1459 ſexto die Octobris.

* In ſecunda parte in fine priora verba repetuntur, & hiſce verbis concluditur: Hoc &c. per *Joh. Fuſt* & *Petrum Schœffer de Gernsheim* Clericum Diœceſeos ejusdem conſummatum eſt Anno incarnationis Domini 1462. additis præterea eorum inſignibus.

In fine Officiorum Ciceronis ibidem Heidelbergæ An. 1617.

Præſens Marci Tullii clariſſimi opus *Joannes Fuſt* Moguntinus civis, non atramento, plumali canna neque ærea, ſed arte quadam perpulchra Petri manu pueri mei feliciter effeci. Finitum anno 1465.

Officiorum iſtorum exemplum in membrana impreſſum in Bibliotheca Auguſtana adhuc conſervatur, quod in fine eandem inſcriptionem de verbo ad verbum habet, niſi quod annus differat, qui ponitur: Finitum Anno 1466. die 4. menſis Februarii.

* *Bibliorum typus Fauſti.* Hæc verba *Janus Gruterus*, Bibliothecarius tunc temporis, Hiſtoriæ & Linguarum Profeſſor, in externa libri facie ſcripſit.

In fine Deciſionum Dominorum Rotæ in Bibliotheca Francofurtana.

Anno Domini MCCCC LXXVII. pridie non. Ianuarii gravi labore maximiſque impenſis Romanam poſt impreſſionem opus iterum emendatum antiquarum novarumque deciſionum ſuis cum additionibus Dominorum de Rota in civitate Moguntia artis impreſſoriæ inventrice & elimatrice prima *Petrus Schœffer de Gernsheim* ſuis conſignando ſcutis arte magiſtra, feliciter finivit.

In fine Inſtitutionum Juris Juſtiniani cum *Accurſii* gloſſis in Bibliotheca Francofurtana.

Anno Domini MCCCC LXXVI. X. Kalend. Junii Sanctiſſ. in Chriſto P. ac Dom. D. *Sixto* Pap. IV. invictiſſimo Dom. D. *Frederico* Roman. Imperat. ſemper Auguſt. generoſo Dom. *Dietbero de Iſenburg*, electo & confirmato *Moguntino* in nobili urbe Maguncia Rheni, impreſſoriæ artis inventrice elimatriceque prima, præſens Inſtitutionum opus præclarum *Petrus Schœffer de Gernsheim* ſuis conſignando ſcutis, omnipotente favente Deo, feliciter conſummavit.

In fine Chronici Saxonici:

Dieſe Kronecke von Keyſern und andern Fürſten

und

vnd Steden der Saſſen mit oren Wapen heft geperat (procul dubio: *geprent*) Pet. Scheffer von Gerensheim *in der Edlen Statt Mentz, die ein anfang iſt der Prenterey, in dem Iar na Chriſtus Geburth* 1492. *uppe den ſeſten Tag des Mertzen.*

In fine Trithemicarum Hiſtoriarum Breviarii exſtat prorſus egregium teſtimonium, quod fidem inſtrumenti Notariatus omnino meretur & omni exceptione majus eſt, quia accuratam hujus rei hiſtoriam tradit: Impreſſum & completum eſt præſens Chronicorum opus &c. (vid. ſupra pag. 273. ſq.)

Achilles Pyrminius Gaſſarus in Chronico Auguſtano inter Scriptores recentiores proxime cum his conſentit:

Typographia inventa eſt 1450. *ab* Johanne Fauſt *Moguntiæ literis primo è ligno, deinde orichalco, tandem è ſtanno, ſecretam tenuit ille artem, conſcio tantummodo* Petro Schefero.

EX

GABR. NAVDÆI

a) ADDITAMENTIS AD HISTORIAM LVDOVICI XI.

gallica latine reddidit

MATTH. JAC. STEGERVS,

Hamb. Gymnaſii patrii civis præſtantiſſ.

CAP. VII.

Quod typographia primum recepta & ſtabilita ſit in Gallia, durante regno ipſius (Ludovici XI.) una cum curioſiore digreſſione de inventione ejusdem.

Nolui præcedenti capite expreſſis verbis mentionem facere typographiæ, in Gallia tempore Ludovici XI. conſti-

a) Addition à l'hiſtoire de Louis XI. contenant pluſieurs recherches curieuſes ſur diverſes matieres, par *Gabr. Naudé* P. à Paris 1630. 8. Exſtat etiam hic liber in Supplemens aux Memoires de Meſſire *Philippes de Commines*, à Bruxelles 1713. 8. pag. 1. ſqq.

ſtitutæ. Non pauca enim, quæ dicerem de illa, habenti multo aptius viſum eſt, dicare illi hocce caput, licet re vera ad illa pertineat, quæ modo profligavimus. Eſt nimirum unum è præcipuis argumentis, quæ evincunt, barbariem ex ſcholis durante imperio laudati Regis exturbatam fuiſſe.

a) Quando major enim librorum copia mundo?
Quando etiam edendi quævis tam promta facultas?
Nec jam Roma caput rerum, nec Græcia tantum
Ingenuas artes docet, emittitque libellos:
Angulus Europæ omnis habet Muſea ſcholasque.

Vocari etiam illa jure poteſt *Juno Lucina*, quæ tot elegantes libros fœtus noſtri ingenii edit; & *Ægeon* hujus ætatis,

Centum cui brachia dicunt,
Centenasque manus, - -

quibus non deſinit ſcribere & componere, quæ luci publicæ deſtinantur: vel rectius *Pegaſus* eruditorum, cujus ungula ſaxum feriente ſcaturivit fons Muſarum, ex quo rivi

a) *Naogeorgus* lib. 1. ſatyr. ſat. 1.

poſtea cryſtallini per omnes academias promanarunt, b) *quibus magnum literis lumen & veritatis ſtudioſis auxilium allatum eſt.* Scilicet, ut notavit doctus & eloquentia clarus *Fernelius, arte librorum chalcographica nil utilius eſt ad omnium diſciplinarum propagationem*, quandoquidem ſecundum epigramma c) *Roberti Gaguini*:

Quod cita vix poterat perſcribere dextra quotannis,
Menſe dat ars, nec ineſt ſordida menda libro,
Pluris erat nuper calamo ruganda papyrus,
Quam modo prægrandis * veniat ipſe codex.

Id quod *Jo. Anton. Campanus* hoc unico verſu comprehendit:

Imprimit illa die, quantum vix ſcribitur anno.

Hinc ICtus d) *Forcatulus* non ſine cauſa dixit: *ſuperata fuit ferè munificentia naturæ rerum excogitatâ librorum excudendorum ratione.* Et *Carion* vel potius *Melanchthon* in Chronico ſuo lib. 5. fuiſſe illam donum *divinitus humano generi communicatum.*

b) *Gaguinus* epiſt. 82.
c) in arte metrificandi.
* lege *veneat.*
d) lib. 4. de imper. & philoſoph. Gall.

tum. Id quod confirmat e) *Aventinus* nominans illam *magnum ac vere divinum beneficium, & novum ſcribendi genus haud dubie cœlitus revelatum. Johannes* quoque *Molinetus*, qui vixit circa tempus inventæ typographiæ, illius non oblitus eſt in ſerie mirabilium ſui temporis:

J'ay veu grand multitude
De livres imprimez,
Pour tirer en eſtude
Pauvres mal argentez.
Par ces nouvelles modes
Aura maint eſcolier
Decrets, Bibles & Codes,
Sans grand argent bailler.

Cum itaque magna utilitas jungeretur æquali induſtriæ in hac ipſa arte, f) *quæ cum omnibus omnium veterum inventis certare facile poteſt*, & quæ, ut dicit g) *Cardanus, nulli niſi nautica pyxidi, nec utilitate nec dignitate nec ſubtilitate ſecunda eſt*; miror vehementer, quod propter omnes ejus præſtantes & admirandas proprietates, nemo in hunc usque diem ſatis ſollicite in veram originem ejusdem inquiſiverit, probabilia quædam & certa ſeligens ex illis, quæ jam omnibus incerta prorſus videntur,

e) Lib. 7. annal.
f) *Bodinus* c. 7. meth. ſub fin.
g) L. 17. de ſubtil. initio.

tur, & vias omnes intercludens variis illis opinionibus, quæ exſtant in ſcriptis iſtorum, qui, quum laboribus tantum tenuibus & remiſſioribus ſint adſueti, non niſi eadem aut contradictoria quoque proferre poſſunt. Quod ſi cauſa hujus negligentiæ afferenda eſſet, mox ad manus foret ex *Cornelio Tacito*, qui rem acu tetigit his paucis verbis: h) *Vitio malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio ſunt*. Et ſane plurima pars eruditorum tyrannide ſtudii rerum antiquarum

- - i) Quod ſecula tantum
Aurea Saturni memorant, & nulla recentis
Gratia virtutis, - -

ita premitur, ut plane religioni ſibi ducant, loqui de rebus noſtri ſeculi, & credant, ſe non poſſe firmius auctoritatem & exiſtimationem ſuam, quam reliquiis antiquis ac parietinis Capitolii ſtabilire. *Iſis* & *Oſiris* ſunt illorum Dii, *Evander* & *Carmenta* illorum principes, *Ennius* optimus ipſis poëta; leges XII. tab. primarius ipſis liber: non ſcribunt, niſi *in Diptherâ*, & litteris *Hieroglyphicis*, vel notis *Tyronis*: jurant per *Stygem*: pugnant non niſi ad defendendos Deos à gigantibus, vel *Hectorem* ab *Achille*: ſi cauſam in foro agunt, *Ulyſſem* ob cædem *Pa-*

h) Dialogo de antiqu. oratorib.

i) *Joſeph Iſcanus* lib. I. *Daretis* Phrygii, verſibus redditi.

Palamedis accuſant; ſi gaudium percipiunt, nuptiis *Pelëi* lætantur; ſi triſtitiam, in cauſſa eſt mors *Adonidis*; ſi timorem, ira *Achillis* vel furor *Ajacis*. Breviter dicam: omnia quæ loquuntur, deſumta ſunt ex *Odyſſea*, & quæ imitantur, ex *Iliade*, vel *Metamorphoſibus*. Interea res ſua memoria præclare geſtæ pereunt, inventiones omnes negliguntur, eruditi ſpernuntur: & omnia, quæ hodie fiunt, ne digna quidem judicantur, ut agmen claudant eorum, quorum meminerunt veteres *Scholiaſta* & *Suidas*: licet prudentiſſimus *Horatius* integra ſatyra à ſtolida hac ſententia liberare illos contenderit, affirmans:

Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus atque
Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.

Et licet *Cornelius Tacitus* ipſis perſuadere conatus ſit, [l] *quod non omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoque ætas multa laudanda poſteris tulit.* Certe, ſi *Polydorus Vergilius*, *Matth. Lunenſis*, *Sabellicus*, *Sardus* & *Vincent. Brunus*, qui omnes ſcripſerunt & collegerunt, quæcunque de inventoribus rerum dici poſſunt, iſta verba conſideraſſent, non diſtenti inquiſitione in originem & inventorem follium, circinorum & trullarum fuiſſent adeo, ut deinde non niſi parum vel plane nihil de typographia afferrent. Et ſi *Leonardus*

k) 1. lib. 2. Sat.

dus Floravantus, & *Thomas Garzonus*, qui *lo ſpecchio, & la piazza univerſale di tutte le profeſſioni del mundo* ſcripſerunt, paulo majore judicio valuiſſent, certe exactius & diligentius in typographos inquiſiviſſent, quam in illos, qui caminorum ſpiracula purgant, vel puteos curant. Quid quod ipſe *Pancirollus in novis repertis*, & *Maierus* in libro inſcripto: *de veris inventis Germaniæ*, obliti eſſe videntur præcipui ſui objecti, ut ſe horum antiquariorum cupiditati accommodarent, nihil fere dicentes de novo hoc induſtriæ humanæ miraculo, quod tamen conſiderare majori cum ſtudio & induſtria debuiſſent. Idcirco, quia jam videtur in conſuetudinem abiiſſe, ut de typographia non niſi per digreſſiones dicatur, idem mihi nunc ſumam, non moraturus in deſcribendo exercitio hujus artis, quod optime l) *Mylæus* Latine, Gallice vero m) *Ludov. le Roy* expoſuerunt, ſed ea tantum commemoraturus, quæ de ipſius inventione, tam ex lectione omnium auctorum, qui de ea ſcripſerunt, quam ex operoſa inveſtigatione & inſpectione 5000 amplius antiquorum Codicum, qui in 25 vel 30 excellentioribus & celebrioribus bibliothecis Pariſienſibus reperiuntur, comperta habeo. Notandum vero eſt, accidiſſe id typographiæ, quod duobus aliis inventis miran-

l) Lib. 2. hiſt. univerſ.

m) lib. 2. de la viciſſitude des choſes.

randis haud ita pridem repertis, ſcilicet pyxidi nauticæ & arti tormentariæ uſu venit. Uti enim plurimi credunt, veteribus cognitam & receptam fuiſſe acum magneticam, provocantes ad hos n) *Plauti* verſus:

Huc ſecundus ventus nunc eſt, cape modo vorſoriam,
Hic Favonius ſerenus eſt, iſthic Auſter imbricus.

Similiterque tormenta ipſis fuiſſe in uſu putant, reſpicientes ad Virgilianum illud de *Salmoneo*:

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Jovis & ſonitus imitatur Olympi.

& ad explicationem, quam ſuppeditat de hac re *Euſtathius* in lib. 21. Odyſſeæ, inprimis cum hæc conveniat cum illis, quæ *Suidas* quoque & *Agathias* de aliis quibusdam machinis ſimilis ſtructuræ narrarunt, quas excogitarunt duo ingenioſi artifices, *Artemiſius* & *Eutropius*. Ita etiam *Pomponius Lætus*, in literis humanioribus verſatiſſimus, & temporibus inventæ typographiæ æqualis, in eadem hæſit opinione. In literis enim ad *Auguſtinum Mapheum*, Pontificis The-

n) in Mercatore Act. V. Sc. 2. v. 35. ſq.

Theſaurarium, depravationem librorum, cujus rei plurimas affert rationes, queſtus; *præterea*, addit, *multos præcipitat inanis gloriæ ſpes, & libros imprimendi facultas multis ſeculis intermiſſa, paulo ante revocata.* Hæc in ejus epiſtolis legens, ut vera fatear, non poteram perſpicere, quo argumento inductus, hanc propoſitionem affirmaſſet; donec *Matthæum Lunenſem* in libello ſuo *de rerum inventoribus* c. 12. evolvens, invenirem illum in eadem ſententia fuiſſe, & ad hanc probandam *S. Cyprianum* teſtem excitaſſe: *Impreſſura*, inquit, *literarum in Germania poſt Chriſti adventum comperta fuit, nam ante fidem Chriſtianam Saturnus literas Italos imprimere docuit, ut refert D.* Cyprianus *in libello de idolis.* Heic infirmitatem & imbecillitatem judicii noſtri ſatis mirari nequeo, per quam ipſi adeo viri magni plerumque in maximos errores & abſurda varia inducuntur. Quæ enim, quæſo te, res ineptior concipi animo poteſt, quam ſi ex hoc loco *S. Cypriani*: *Hic (Saturnus) literas imprimere, hic ſignare nummos primus in Italia inſtituit*, colligatur, typographiam in uſu fuiſſe in Italia tempore *Saturni*, i. e. antequam illa recepiſſet uſum literarum, quæ in hanc regionem diu poſtea introductæ ſunt per Græcos ſecundum *Plinium & Solinum*, vel per *Evandrum*, ut volunt *Livius & Tacitus*? Sed fac, illi loco *Cypriani* nihil poſſe opponi, propter ſimilem quendam *Tertulliani*; atque ſententiam *Macrobii* nihil valere, qui *Jano* monetæ inven-

tio-

tionem attribuit, nonne tamen hæc potius explicanda ſunt de antiquo more ſcribendi, ſtylis parvis ferreis, in tabulis, & de inſcriptionibus, quæ comparent in ambitu vel averſa parte numiſmatum & monetæ, quibus iſti Dii præſidebant; quam ut poſteritati imponatur, & veteribus honor, qui noſtris temporibus debetur, per interpretationem & judicio recto & veritati contrariam habeatur?

Perſuaſum igitur habeamus neceſſe eſt, typographiam non fuiſſe inventam & exercitam in Europa, niſi Patrum noſtrorum memoria. Sed ut res bellæ & excellentes invidiam totius mundi experiuntur, & ut antiquitus 7. urbes fuerunt,

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ,

quæ omnes *Homerum*, ab *Euſtathio* ideo πολυπάτριδα appellatum, inter ſuos cives fuiſſe gloriabantur; ſic omnis regio, vel potius omnis urbs aſpirare ad gloriam immortalem hujus inventionis videtur.

In hoc igitur conflictu diverſarum opinionum initium eſt faciendum ab illa *Pauli Jovii*, qui primus, quem quidem ſciam, lib. 14. hiſt. affirmavit, inventionem typographiæ ex China apportatam fuiſſe per mercatorem quendam, qui in illis locis degens, accurate obſervato ibi exercitio hujus artis, notatisque diligenter omnibus ejus circumſtantiis, illam in Germaniam rediens exercuerit. Hanc ſenten-

tentiam confirmarunt deinde *Garcias ab Horto*, *Mendoſa*, *Boterus*, *Maphæus*, *Gregorius Toloſanus*, *Panciroluſ*, *Oſorius* & *Linſcotanus*, quibus hoc certum eſt & indubitatum, hanc inventionem in regno Sinenſi adeo antiquam eſſe, ut ab omni memoria ibi in uſu fuerit, neque ullum vel auctoris vel ætatis veſtigium reperiatur: P. *Trigaultius* tamen, cui, diu ibi verſato, fides magis merito habetur, circumſpectius & cautius hac de re loquitur his verbis: *Typographia apud Sinas antiquior eſt aliquanto, quam apud Europaos: nam à 5. retro ſeculis certum eſt ab eis uſu receptam, nec tamen deſunt, qui aſſerunt, prius ea Sinas fuiſſe uſos, quam in hanc mortalitatem immortalis ſeſe Deus abjeciſſet.*

Alii opinantur illam ex Cataya per Tartariam & Moſcoviam fuiſſe translatam in Germaniam, & ipſe *Genebrardus* fol. 391, qui ſæpe feſtinantius ſcripſit, defendit illam ortam eſſe ex urbe Themiſtitanorum, quæ ſita eſt in provincia Mexicana, per *Ferdinandum Corteſium* ſubacta. Hæ opiniones omnes certe tam vanæ & irritæ ſunt, quam illa *Pomponii Læti*, quam ſupra refutavimus. Quod enim ad illam *Pauli Jovii* attinet,

Venalis cui penna fuit, cui gloria flocci,

Zwingerus in *Theatro* audacter illi objicit, inventam eſſe hancce ab eo fabulam, ut Eccleſiam à Lutheranis in Germania vindicaret, & ma-

magnam hanc regionem gloria hujus egregiæ inventionis, quam omnes ei tribuere debent, fraudaret. Et licet negari haud poſſet, illam fuiſſe prius in China quam in Europa exercitam, nemo tamen ſibi perſuadere poterit, inde illam ad nos veniſſe. Hæc enim regio diu poſt annum 1440 demum frequentata eſt; porro *Marcus Paulus*, Venetus, tam facile illam ante 400 annos inde apportare potuiſſet, quam mercator ille, qui demum ibi abhinc annos 150 commoratus eſt; præterea Græci, Armeni, Mingreliani, Abyſſini, Turcæ, Perſæ, Mauri, Tartari adhuc manuſcriptis ſolum libris utuntur; denique multum differunt tabulæ quædam inciſæ, quæ ab una tantum parte literas exprimunt, à noſtro imprimendi more. Addam his, quod, ut recte *Ariſteteles* monuit, *nihil prohibet artes easdem à diverſis vel eadem vel diverſo tempore citra ullam communicationem inveniri.*

o) *Rutgerſius* in refutatione *Herculis* (leg. *Scaligeri*) *Hypobolimæi* ſecundam producit opinionem, deſumtam ex Chronico R. *Joſephi*, qui librorum impreſſionem inceptam eſſe à libro quodam, anno æræ judaicæ 5188, i. e. A. C. 1428. publicato, exiſtimat, quamvis nec titulum libri, nec locum, ubi impreſſus ſit,

Ii com-

o) Confutationis fabulæ Burdon. p. 259. (cujus ſcripti auctor ex variorum ſententia eſt *Juſtus Joſephus Scaliger.*)

commemoret. Hoc poſſet occaſionem præbere credendi, eſſe illud inter deliria ſcriptoribus Judaicis conſuetiſſima numerandum. Sed quamvis negare nolim, dari poſſe librum quendam iſtius anni nota inſignitum, non concedam tamen, neceſſario inde colligendam eſſe inventionem typographiæ, quia illud forſan accidit vitio typographorum, qui notam numeralem 4. loco 5. impreſſerunt. Id enim multis aliis libris, in quibus ſimile vitium commiſſum eſt, demonſtrari poteſt. Exemplo nobis ſint *Flagellum Bartholomæi de Spina in Pomponatium*, impreſſum Venet. 1418. *Philonium Valeſci de Tarenta* An. 1401. *Neſtoris vocabularium*, 1407. *Joh. de Tampaco de conſolatione*, 1366. *Joſephi* exemplum, quod aſſervatur in bibliotheca collegii Montis acuti (de Montaigu) 1400. *Lactantius*, quem vidi in collegio Coeleſtinorum 1370. ille quoque, qui eſt in Abbatia S. Germani An. 152. denique *Albertus de re ædificatoria* 1083, cum tamen omnes illi, qui hos libros imprimi curarunt, ſeculo demum 16. *Geſnero* & *Trithemio* in Bibliothecis ſuis teſtantibus, vixerint. Unde mirari ſatis non queo, *Rutgerſium* hanc opinionem ſine ulla confutatione attuliſſe, cum illa ſeſe ipſam deſtruat, vel ſaltem æque facile, quam præcedentes, confutari poſſit.

Sed quæ nunc ſeſe offert, fortiorem debellatorem poſcit, quia illa propugnatur & defenditur ab *Hadr. Junio* medico, critico & hiſto-

ſtorico apud Belgas eruditiſſimo, qui putavit, ſibi oblatam eſſe ab urbe Harlemenſi occaſionem vindicandi patriæ ſuæ hanc pulchram inventionem, quam credidit furtim iſti ereptam eſſe ab illo, qui eam primus in Germania publicaverit; ſeu ipſe voluerit totum orbem decipere in gratiam parvi illius anguli, ſuæ ſc. Reipublicæ, ſeu id ſibi perſuaderi omnino paſſus ſit à nonnullis, neſcio quibus, decrepitis, quos ſibi ſæpe hanc rem enarraſſe teſtatur. Hanc fabulam p) ipſe latino ſermone adeo eleganter expoſuit, ut ipſiusmet verba legi heic mereantur. Huc accedit, quod, quæ poſtea patronis hujus ſententiæ opponemus, illorum partem his ejus verbis ſuperſtruere oporteat. Præmiſſis itaque pluribus aliis, quæ magis Oratorem decent, quam Hiſtoricum, ita ſcribit: *Dicam igitur, quod accepi à ſenibus* &c. usque ad verba: *cum Petri Hiſpani tractatibus prima futura.* (vid. ſupra pag. 233-236) Poſt hæc laudatus *Junius* teſtatur, omnem veritatem hujus hiſtoriæ hoc unico fundamento niti:

q) Quam ſibi non vani, nec erat, cur
fallere vellent,
Narravere ſenes.

Videntur tamen illi, qui poſt illum vixerunt,

p) c. 17. hiſt. Batav. p. 253.
q) *Ovid.* 8. Metamorph.

hujus rei circumſtantiis fuiſſe inſtructiores. Nam *Pet. Bertius* transferens fere ad verbum locum citatum, addit, quod liber ille: *Speculum ſalutis*, non impreſſus fuerit typis more hodierno ſeparatis, ſed ope certarum tabularum, quarum integra pagina, ad inſtar imaginum in tabulis ligneis obviarum, inciſa fuerit. Hinc validum (ut ille opinatur) in gratiam patriæ ſuæ argumentum petit, cum probabile ſit, leve hoc & rude inſtitutum verum typographiæ initium fuiſſe, quæ poſtea tantos progreſſus fecerit, ut, ſi quidem r) *Cardano* credere volumus, *videatur ars hec librorum, ſeu ad materiam, ſeu ad pulchritudinem, ſeu etiam ad facultatem ſpectes, ſummam adepta perfectionem, ut nec ſi velis, plus poſſis optare, quam præſtet, neque ulla alia eſt ars, cui quidquam addi non-poſſe videatur præter hanc. Rutgerſius* s) quoque ipſe obſervavit, *Donatum* illum, qui Moguntiæ 1450 impreſſus eſt, formatum eſſe ex *Donato*, antea in Hollandia impreſſo, paginis integris in tabulas ligneas inciſis, id quod colligit ex inſcriptione hac, quam *Mariangelus* quidam in fine *Donati* Moguntiæ typis exſcripti poſuit: *Impreſſus autem eſt hic Donatus & Confeſſionalia primum omnium An.* 1450. *Admonitus certe fuit ex Donato Hollandiæ primum impreſſo in tabula inciſa.* Hinc *Gaſpar Barlæus* occaſionem

r) lib. 17. de ſubtilit.
s) In confutatione fabulæ Burdonum p. 261.

nem cepit laudandi Harlemum propter hanc inventionem, & rejiciendi opinionem Moguntinorum:

> t) Invidet excuſas populoſa Moguntia Muſas,
> Quodque meum eſt, laudis jactitat eſſe ſuæ.

Denique *Petrus Scriverius* curriculum hoc confecit, edendo librum lingua patria (belgica) ſcriptum, in quo demonſtrare allaboravit, inventionem hujus artis urbi Harlemo, minime vero Moguntiæ, tribuendam eſſe, tum inſcriptione *Mariangeli* ſupra memorata, tum alio loco fere ſimili auctoris anonymi, qui *Chronicon Coloniense*, an. 1489. germanice editum, ſcripſit, uſus. Hanc igitur opinionem efficaciter aliis inſinuaturus, auctor, credo, fuit imaginis, *Laurentium* illum *Janſſonium* (Iohannis F. Coſterum) repræſentantis, quæ ad exterius faſtigium ædium, in quibus olim habitavit, depicta eſt cum hacce ſubſcriptione & 4. verſibus, quos *Hegenitius* in itinere Hollandico hoc ipſo anno 1630. publicato ita refert:

t) In encom. laudum Holland.

MEMORIÆ SACRUM
TYPOGRAPHIA
ARS ARTIUM OMNIUM
CONSERVATRIX
hic primum inventa
circa Annum cIↄ CCCC XL.

Vana quid archetypos & prela, *Meguntia*, jactas,
Harlemi archetypos prelaque nata ſcias.
Extulit hic monſtrante Deo *Laurentius* artem.
Diſſimulare virum hunc, diſſimulare Deum eſt. P. S.

En omnes auctoritates & teſtimonia, quæ potui colligere ad corroborandam hanc opinionem, quæ, cum primum introducta eſſet, licet non legitime & valide probata per *Junium*, nihilominus aſſeclam *Bertium*, tutorem *Rutgerſium*, & propugnatorem *Scriverium* invenit, *ſua per mendacia creſcens*. Nec dubito illam confirmatum iri in poſterum ab infinitis aliis, qui non minore amore & ſtudio patriæ, quam modo laudati auctores, flagrabunt; ut adeo de urbe Harlemo dici poſſit, quod *Petrarcha* quondam u) dicebat de Lutetia, ſc. mul-

u) Epiſt. ad Guidonem lib. 2. ſer. ſenil.

multa ſuorum mendaciis debet.. Nihilominus, ne illi, quibus hanc præſtantem inventionem reapſe debemus, incertitudine harum opinionum oppreſſi & incogniti tot millibus hominum maneant, quos ſibi quotidie adhuc devinciunt, x) *dum civitas ad ſe quaque famam rerum geſtarum honorumque fallente mendacio trabit*; omnium teſtimoniorum modo allatorum pondera examinabo. Quoniam enim *Scriverius* cum ſociis non dubitavit pugnare in communem conſenſum omnium Hiſtoricorum & Chronologorum, quos infra afferam, nemo certe me culpare poterit, quod veritati hac in cauſa ſubveniam, & ab omni partium ſtudio liber, litem pro urbe Moguntina Belgis iſtis intendam. Quamvis autem ad refutandam eorum ſententiam ſatis eſſe debeat, ſi negetur prorſus illa narratiuncula, quam *Junius* ſine die & conſule retulit, & quam reliqui ſecuti ſunt (quemadmodum illud *ſervum pecus Horatii* ſemper illorum veſtigia premit, qui ipſis præiverunt) in illa tamen omnia, quæ & ille & reliqui ea de re dixerunt, diligenter inquiram, monſtraturus, illos nec inter ſe omnes, nec ſecum ſingulos conſentire. Ut igitur à *Junio* exordiar, ille ſibi manifeſte contradicit in eo, quod in Hiſtoria ſua Anno 1575, teſte ſubſcriptione epiſtolæ dedicatoriæ, ſcripta, ante 128. annos i. e. an. 1447.

x) Livius L. 8.

Laurentium Janſſonium inveniſſe typographiam tradat, & vel ſic ſub finem adjungat, *Fauſtum*, qui eam furto arripuerit, doctrinale illud *Alexandri de Villa Dei* anno 1442. i. e. ante 5. annos, quam hæc ars inventa fuerit, typis expreſſiſſe.

Vos precor admiſſi riſum teneatis amici.

Porro vellem illud mihi ab ipſo explicari, quomodo unicus homo omnia prela, typos, loculos, cancellos & reliqua inſtrumenta typographica auferre potuerit? vel quænam neceſſitas his rebus ſeſe onerandi illum urſerit, cum ſine ullo periculo honeſte ſe ſubducere, & inſtrumenta iſtis ſimilia in ſua regione perficienda curare poſſet? Deinde, quis impediebat *Laurentium Janſonium*, quo minus de fundendis novis typis & aptandis aliis prelis cogitaret, & hanc ſuam inventionem, quam lucroſiſſimam expertus erat, cetera Harlemenſium fortunatiſſimus & pecunioſiſſimus, repeteret. Videbitis utique, *Joh. Fauſtum* eidem, ejusque genero, *Thomæ Pieterſen*, ingenium quoque ſuſtuliſſe. Addo, cur nullum librum impreſſum ante annum 1462. habeamus, ſi hæc inventio inde ab anno 1442 adeo perfecta fuerit, quam quidem eſt noſtro tempore? Quid egit *Jo. Fauſtus* intra illos 20 annos, & cur tamdiu otiatus eſt poſt editum *Donatum*? Denique quo pervenerunt illi libri, quos

quos prelo ſubjecit *Janſſonius* in Hollandia? Denique ſi noſtris adhuc temporibus ibi quædam monſtrentur folia *Speculi Salutis*, ab altera tantum parte impreſſa, quare non ullus comparet liber ex iis, qui elegantibus illis typis, ex metallo fuſis, & ad morem hodiernum expreſſus ſit? Cogerer certe admirari ingenium ſingulare *Janſſonii*, in cujus manibus hæc inventio,

> Quo primum nata eſt tempore, magna fuit;

niſi veriſimilius eſſet, bonum illum *Junium*, qui non exiſtimavit, ſententiam ſuam aliquando ſollicite examinatum iri, ſcripſiſſe id potius, quod glorioſum patriæ ſuæ judicaret, quam de quo ſatis eſſet inſtructus. Sed neque ſatis illi cum ſociis ſuis convenit. *Bertius* enim affirmat, *Speculum Salutis* non eſſe expreſſum typis ſeparatis, ſed magnis tabulis ligneis, quibus litteræ junctim fuerint inciſæ. *Rutgerſius* eadem tradit de prima *Donati* editione in Belgio, & ſecunda Moguntina, quæ plane contraria ſunt iis, quæ *Junius* hac de re narrat. Itaque ergo, ſi pugna opinionum ſententiam aliquam falſam eſſe arguit, hæc nequaquam poteſt eſſe vera, quippe in qua tot contraria reperiuntur. Quæ reliqui omnes ad probandam hanc opinionem afferunt, nil amplius evincunt, quam iſta, quorum jam mentio facta eſt. Imo vero adeo ſunt tralatitia,

verſus quidam, ex quibus hi inprimis ad noſtrum propoſitum ſpectant:

In medium prodeo Gnotoſolitos ego,
Tam bene limatus tantoque labore politus,
Ut nusquam ſimilis usque modo fuerit.
Hoc Bruxella mihi prætendit culmen honoris,
Me fama celebri ſeque perenne beans,
Virginis à partu dum fluxiſſent ſimul anni
Mille quadringenti ſeptuagintaque ſex.

Ex his ſatis apparet, editionem librorum non viguiſſe in his regionibus inde ab anno 1447. uti nobis perſuadere voluit *Junius* cum ſociis ſuis. Sed, quod adhuc magis notandum eſt, putaverim nec *Speculum ſalutis*, nec ullum alium librum unquam expreſſum fuiſſe tabulis ligneis à capite ad calcem ſine diſtinctione vel literarum vel verborum inciſis. Ad probandum hoc utar primum autoritate *Junii*, contrarium prorſus profitentis, deinde figura typorum, qui, ad ſimilitudinem ſcripturæ, quæ manu fit, valde coarctati & mixti ſyllabis quibusdam, quarum literæ arcte ſibi invicem junguntur, deceperunt & adhuc quotidie

ille decipiunt omnes, qui eos non propius cum attentione & diligentia debita inſpiciunt. Sic M. G. homo raræ & excellentis doctrinæ, ſubtiliſſimique & profundiſſimi judicii, non ita pridem coram affirmabat, ſe vidiſſe in biblioth. Sedanenſi volumen quoddam iſta ratione impreſſum, ſed poſtea certo comperi, fuiſſe librum *Ciceronis de officiis*, Ao. 1466. excuſum, cujus litteræ non minus à ſe invicem ſeparatæ ſunt, quam literæ hujus paginæ. Nihil etiam ad rem facit exemplum, quod affert z) *Rutgerſius*, *Veronica* vel *Beronica Lodrenia*, matris *Scaligeri*, *quæ horologium, ſ. matutinas horas beatæ Mariæ, penes ſe habuit, pagellis ligneis inciſis impreſſum in membranis, literis inter ſe colligatis & connexis, ut mos ſcribendi eſt mercatoribus.* Quod ſi enim Cardinalis *Madrutii* literis à *Scioppio* allegatis a) fidem habemus, nunquam exſtitit *Beronice* quædam in familia *Lodreniorum*. Et quod ad Horas illas, à cane venatica ante diſcerptas, quam quisquam eas oculis uſurpare potuerit, credibile valde eſt, illas nunquam exſtitiſſe, niſi in imaginatione *Julii Cæſaris Scaligeri*, qui ſæpiſſime nudam ſuam relationem ad probandas multas hiſtorias & res geſtas, eas præſertim, quæ ipſum, ejus majores & nobilitatem generis reſpiciunt, adferre conſueverit. Unde concludere debemus cum *Cicerone*:

z) Confutat. fab. Burdon. p. 261.

a) Herculis hypobol. p. 116.

mis: b) *quod autoritatem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adjungere.*

Hinc tandem agnoſcendum eſt, typographiam inventam eſſe in Germania, hocque honore, quæcunque etiam opponant Belgæ, illam amplam & ingenio claram gentem non eſſe fraudandam, quia & ratio & autoritas omnium ſummorum virorum, qui tempore inventæ typographiæ vixerunt, in hac re conſentiunt. Ex his antiquiſſimos teſtes quosdam producam, ut, me nihil ſine probatione ſufficiente loqui & in diſquiſitione hac ſolam rationem ducem ſequi, appareat. *Robertus Gaguinus* primo loco collocabitur, quippe qui regnante Ludovico XI. imprimi curavit Artem ſuam poët. cum epigrammate, quod citavi in initio hujus capitis, cujus hi ſunt ultimi duo verſiculi:

Hoc tulit inventum felix Germania terris,
Artis & ingenii nobile ſchema ſui.

Accedunt *Laurentius Valla* Ao. 1465 defunctus:

Abſtulerat Latio multos Germania libros,
Nunc multo plures reddidit ingenio,
Et quod vix toto quisquam perſcriberet anno,
Munere Germano conficit una dies.

c) Jam

b) 2. de divinat.

c) *Angelus Politianus*, qui floruit eodem tempore, *Cum tamen ipſi voces omnino barbaras pro Ciceronianis uſurparent, quas videlicet excuſores iſti novorum librorum Teutones perverſiſſime aliquando effinxiſſent.* d) *Nicolaus Perottus*, qui huic erat æqualis: *Volebam ætati noſtræ gratulari, ob novum ſcribendi genus è Germania nuper ad nos delatum.* e) *Philippus Beroaldus* prioribus illis adhuc antiquior:

O Germania &c. (vid. ſupra pag. 1731)

f) *Marius Grapaldus* unus ex ejusdem diſcipulis; *Nuperrime cœpit, utpote me puero in crepundiis, ars olim, ut ajunt, à Germanis inventa, ære literas, & ita libros formis, ut vulgo dicitur, excudendi.* g) *Junianus Majus* eques Neapolitanus, cujus liber lucem vidit 1490. *Accedit ad hæc, quod Germani ſolerti & incredibili quodam invento nuper novam quandam elementorum characteres imprimendi rationem invenerunt,* &c.

h) *Henricus Bebelius*, paulo recentior ſcriptor;

Laude condigna venerare vatum
Turba Germanos, ſtudio ſagaci

Scri-

c) epiſt. 1. lib. 5.
d) Comment. in præfat. Plinii.
e) in Elegia de laudib. Germaniæ.
f) lib. 2. Dictionarii de partib. ædium Cap. 9. tit. de penna.
g) de priſcorum propriet. verbor.
h) Carmine in laudem Germaniæ.

giomontano; ut o) *Ramus* feciſſe videtur, ſed *ignoto Heroi*, vel, ut clarius loquar, civi cuidam Argentoratenſi, acuti ingenii viro, tribuerunt; qui, cum vel caſu vel alio modo hocce arcanum circa Annum 1440. detexiſſet, et tam opibus quam induſtria ad illud perficiendum deſtitueretur, Moguntiam, multis hujus artis experimentis factis, petierit, ibique amicitiam ſibi pepererit cum *Guttembergio*, cive quodam iſtius urbis opulento, qui, aſſumtis in ſocietatem quibusdam aliis, illam decimo vel duodecimo poſt inventionem anno perfecerit. Hoc vero iſti colligunt tam ex diſcrepantia opinionum, quas mox allegabimus, quam ex narratione *Wimphelingii* in vita *Roberti*, epiſcopi Argentoratenſis: *Sub hoc Roberto*, inquit is, *nobilis ars impreſſoria* &c. (vid. ſupra pag. 174.) Idem ſpectaſſe quoque videtur auctor hujus epigrammatis, quod reperitur in fine antiqui cujusdam p) *Catholici*, quodque, quum optimis, quæ ad laudem typographiæ faciunt, annumerari debeat, heic apponendum cenſeo:

Tingere diſpoſitis chartas quicunque metallis
Coepit, & inſignes edidit ære notas.
Mercurio genitore ſatus, genitrice Minerva,

Præ-

o) In proëm. mathemat.
p) impreſſi Rothomagi 1499.

Præditus æthereæ ſemine mentis
erat.
Non illum Cereris, non illum cura Lyæi,
Terrenæ tenuit non opis ullus amor.
Copia librorum cupidis modo rara Latinis
Cum foret, auſpiciis illius ampla venit.
Improbus innumeris Librarius ante talentis
Quod dabat, exigua nunc ſtipe vendit opus.
Hiſtoriæ venêre *Titi*, ſe *Plinius* omni
Gymnaſio jactant, *Tullius* atque *Maro*.
Nullum opus, o noſtri felicem temporis artem,
Celat in arcano bibliotheca ſinu.
Quem modo Rex, quem vix Princeps modo rarus habebat,
Quiſque ſibi librum pauper habere poteſt.

Enimvero hæc opinio mihi non videtur ſatis tuta, ut ſequi illam, & omnibus reliquis anteferre liceat. Veriſimile enim admodum ſit, auctorem epigrammatis hujus adhibuiſſe illud *quicunque*, ne implicaretur controverſiis, jam tum inter Hiſtoricos, de *Fauſto* & *Gut-*

tembergio agitatis; *Wimphelingii* vero locus facile refellitur per alium quendam ex ejusdem hiſtoria deſumtum, quem poſtea, de urbe Argentorato acturi, excitabimus.

Intelligo quidem, quod ad opiniones maxime communes & probabiles attinet, plurimam partem Scriptorum tribuere hanc inventionem Moguntiæ, idque tribus diverſis modis: Alii enim tacent auctorem, ut *Hermannus Schedel* in ſuo chronico chronicorum fol. 152. centum abhinc annis impreſſo, ubi ſimpliciter tradit: *hanc artem apud Moguntiam Rheni urbem an.* 1440. *inventam fuiſſe ajunt.* In quo eum ſecuti ſunt *Eraſmus* ad 9. Epiſtolam *S. Pauli* (leg. *Hieronymi*) *ad Gerontiam*, *Tritbemius* homilia 7. libri 1. ſuarum exhortationum: & epiſtola 42. ad familiares, *Althamerus* ad Deſcriptionem Germaniæ à *Tacito* factam, & *Conr. Celtes*, à quo hoc Diſtichon habemus:

Jamque Moguntiacam vaſtus te flectis ad urbem,
Quæ prima impreſſas tradidit ære notas.

Alii eum nominant *Jo. Guttembergium* vel *Gudemberchium*, inter quos ſunt ſupra laudatus q) *Tritbemius* in chronico ſuo, *Polyd. Virgilius* L. 2. C. 7. *Bruſchius* in Catal. Epiſcoporum Mo-

q) ad Annum 1450.

Moguntin. *Salmuthus* in *Pancirollum*, & r) *Sabellicus* in ſuis Enneadibus, ubi affirmat: *Commentum Teutonicum fuit, inventi auctor* Io. Guttembergius, *equeſtri vir dignitate, Moguntiaque res primum tentata eſt.* Alii denique tradunt, illum fuiſſe *Io. Fauſtinum*, vel *Fuſtum*, vel *Fauſtum*, quæ opinio fuit *Aventini* lib. 17. Annal. *Chriſtiani Macai* in ſuo Chronico, *Pet. Appiani* in Coſmographia part. 2. *Genebrardi* Lib. 2. chronici, *Rami* lib. 2. prooemii Mathematicorum, *Vigneriis* to. 2. bibliothecæ ſuæ, & *Pasquierii* in diſquiſitionibus ſuis. Denique hæc ipſa ſententia confirmata eſt per inſcriptionem illam, quam s) *Serarius* tradit, legiſſe ſe in fine antiquæ editionis Chronici *Trithemiani*, quæque digna mihi videtur, ut, licet longior ſit, heic deſcribatur. Magni enim momenti eſt, & omnia facta *Fauſti* ſociorumque ejus exponit. Hæc ita habet: *Impreſſum & completum eſt præſens* &c. (vid. ſupra pag. 273 ſq.) Credo autem, hunc pium nepotem plus honoris avo ſuo *Io. Fuſtho* tribuere voluiſſe, quam quidem iſte unquam concupivit, utpote qui in titulis 4. librorum, his chronicis multo antiquiorum, ſeſe nequaquam inventorem hujus artis jactat. Hoc ſcilicet præconium ei à poſteris tributum eſt, qui de majorum ſuorum gloria ſe jactare ſolent; quemadmodum *Io. Mentelinus*, vel *Mente-*

r) lib. 6. Enneade 10.

s) Cap. 38. urbis Mogunt.

telius, qui hanc artem primus Argentorati exercuit, laude inventoris ab hæredibus celebratus eſt. Liquet illud ex inſignibus, quæ in *Onomaſtico Othonis Brunſfelſii*, Argentorati per *Jo. Schottum* 1543. impreſſo, exhibentur. In his conſpicitur Leo coronatus, & galea plumis decorata, cum hac inſcriptione: *Inſigne Schottorum familiæ à Friderico Romanorum Imperatore tertio*, Joanni Mentelin, *primo typographiæ inventori, ac ſuis conceſſum anno* 1466. Iam convertere nos debemus ad illos, qui pro certo & explorato habent, quod t) *Wimphelingius* an. 1511. ſcripſit: *Johannes Guttemberg Argentinenſis primus artem impreſſoriam in urbe Argentinenſi invenit, inde Moguntiam veniens, eandem feliciter complevit.* Hanc opinionem velut maxime veriſimilem nos quoque ſequemur, quam *Serarius* ipſe habuiſſe videtur in deſcriptione urbis Moguntiæ, & u) *Sethus Calviſius*, (qui hunc *Guttembergium* aurifabrum, non autem, qui vulgo creditur, equitem appellat,) nec non x) *Jo. Arnoldus Bergellanus*, ſcriptor antiquus, accuratus & diligentiſſimus, qui expreſſis verbis poſt *Fulgoſium*, (L. 8. c. 11.) autorem ſupplementi Abbatis Urſpergenſis, y) *Biblianderum*, z) *Verdierium* multosque alios, quorum mentionem facere ſuperſedeo, ita ſcribit:

Sed

t) Cap. 65. Epitom. rerum Germanic.
u) in chronol. x) in encomio Chalcograph.
y) Lib. de ratione com. omnium linguar.
z) Lib. 8. de ſa proſopograph.

Sed decipi ne falli &c. (vid. ſupra pag. 16. à v. 43-54)

Ut adeo honor hujus mirandæ inventionis ſine ulla controverſia *Jo. Guttembergio* Argentoratenſi debeatur, qui cum illam, irrito licet conatu, in iſta urbe perficere contendiſſet, deinde Moguntiam profectus eſt, ubi omne reliquum vitæ tempus peregit, jure civitatis donatus. Hinc appellatus eſt *Moguntinus* in multis libris, quin etiam in hac inſcriptione, Aó. 1508. ad faſtigium ædium, in quibus quondam habitavit, poſita:

JOANNI GUTTEMBERGENSI MOGUNTINO, QUI PRIMUS OMNIUM LITERAS ÆRE IMPRIMENDAS INVENIT, HAC ARTE DE ORBE TOTO BENE MERENTI, IUO VINTINGENSIS HOC SAXUM PRO MONUMENTO POSUIT.

Poſtea cum Moguntiæ ſedem ſtabilem haberet, magis magisque ſuſceptum opus perficere ſtudebat, ſed non ſine tantis ſumtibus, ut, ſolus iis ferendis non ſufficiens, ſocium ſibi librarium quendam ex dicta urbe adſciſcere cogeretur. Huic nomen erat *Io. Fauſt* vel *Fuſt*, qui à quodam agnato, *Pet. Schoifferò de Gernsheim* vel *Opilione*, cui archetypos (vulgo ponzones) & matrices debemus, adjutus, hanc artem tandem recte exerceri curavit.

Id quod laudatus *Bergellanus* his verſibus eleganter expreſſit:

Addidit huic operi lucem &c. (vid. ſupra pag. 20 ſq. à v. 115-130.)

Idem paulo poſt (v. 145 ſq.) iterum de hac ſocietate & triga vere heroica loquens, unico eam diſticho complectitur:

Illo primus erat tunc *Guttembergus* in albo;
Alter erat *Fauſtus*, tertius *Opilio*.

Sed quod ad *Schoifferum*, qui archetypos & matrices invenit, non eſt omittendus error a) *Rami* & b) *Claudii Dureti*, qui ſibi perſuadent, illa inſtrumenta à *Regiomontano* eſſe inventa. Adeo enim ſupine in perpendendo loco c) *Cardani*, quo nituntur, verſati ſunt, ut non obſervarent, eum de ephemeridibus, non vero de formis literarum & characterum loqui; nec tam *Regiomontano*, quam *Purbachio* vel alii celebri mathematico antiquiori inventionem earum tribuere.

Sed ut ad tres illos, præcipuos typographiæ auctores, revertamur, credo, & valde probabile eſt, edidiſſe illos multa ſpecimina & chartas perituras, antequam accuratis & neceſſariis inſtrumentis inſtructi eſſent. Tum de-

a) l. 2. proëm. math.
b) Cap. 84. theſauri linguarum.
c) lib. 12. de rerum variet. C. 69.

demum cœperunt excudere non Officia *Ciceronis*, ut vult *Ramus*, *Beſoldus*, *Pasquierius*, *Duretus*, & reliqui ſcriptores ad unum omnes, quos ego quidem vidi; ſed Biblia ſpiſſa *in folio* idque Anno 1462, ut traditur in inſcriptione his bibliis in fine addita: *Præſens hoc opus finitum ac completum & ad Euſebiam Dei induſtrie in civitate Moguntina per* Io. Fuſt *civem*, *&* Pet. Sehoiffer *de Gernsheim*, *Clericum Diœceſis ejusdem*, *eſt conſummatum Anno incarnationis Dominicæ* 1462, *in vigilia aſſumtionis glorioſæ virginis Mariæ.* De his Bibliis primo notandum eſt, typos, quibus illa exſcripta ſunt, (quæ vidi & conſideravi diligenter in biblioth. ſanctæ Crucis *de la Bretonnerie*, ubi membranæ impreſſa & ligata duobus vol. *in folio*) exſtant, adeo ſimiles ſcripturæ fuiſſe, quæ tum temporis manu fiebat, d) ut *Fauſtus*, cum eorum magnum numerum Lutetiam apportaſſet, quæ ibi divenderentur, & maximam quoque partem in membranis exſcripta, regiisque litteris & encarpis aureis ornata eſſent, ea primum tanquam MSta, venalia expoſuerit, & ſingula exempla non infra 60 thaleros vendiderit. Sed cum poſtea eadem pretio 20. aut 30. thalerorum divenderet, &, qui priora exempla emerant, animadverterent, eſſe illorum nimiam multitudinem, eaque inter ſe invicem magis convenire, quam ut manu exarata eſſe poſſent,

d) Jo. Walchius ap. Beſold. diſſ. de typographia.

actionem juris ei intendebant, eumque tanto ardore perſequebantur, ut, poſtquam ſe Lutetiâ Moguntiam ſubtraxiſſet, & ibi ſe non ſatis tutum putaret, Argentoratum proficiſceretur, ubi per aliquod tempus commoratus, artem ſuam *Ioanni Mentelino* indicavit. Atque huic quidem in hac urbe *Adolphus Ruſchius* & *Martinus Flaccus*, quorum meminit e) *Wimphelingus*, ſucceſſerunt. Deinde obſervandum eſt, longe falli omnes illos auctores, qui, ut jam dixi, affirmant, omnium prima impreſſa fuiſſe *Officia Ciceronis*, putantes forſan, ſatis illud probari per inſcriptionem, quam *Fauſtus* addidit in fine dicti libri his verbis, quæ transſcripſi ex illo exemplo, quod *Rigaltius* mihi in bibliotheca Regia oſtendere non dedignatus eſt, & illis ſimilia inveni, quæ *Pasquierius*, *Ramus*, *Beſoldus* retulerunt: *Præſens Marci Tullii clariſſimum opus* &c. (vid. ſupra pag. 176.) Hoc tamen argumentum non adeo certum eſt, quam illi exiſtimant. Exſtant enim multi alii libri cum ſimili inſcriptione, qui nihilominus 15 vel 20, imo 30 & 40 annis poſt iſta biblia ſunt impreſſi. Sic *Ariſtotelis* liber Moralium, impreſſus Lovanii anno 1475, ejusmodi inſcriptione ornatur, quam ſupra attulimus. Reperitur quoque hæc in fine Conſequentiarum Martini Magiſtri, *Has conſequentias* Antonius Denidel *in Artibus Magiſter*, *nec non*

e) in epitome rerum Germanicarum.

non civis Pariſienſis in monte ſancti Hilarii prima concurrente cauſa miro charactere exaravit Anno 1501. Sic quoque typographus Commentariorum *Dorpii* in Summam *Petri Hiſpani* dicit, ſeſe, miſericordia tactum juventutis, huic voluiſſe auxilium afferre, *hac arte cœlitus demiſſa.* Ut breviter dicam, occurrunt ſæpe libri impreſſi *calamo aheno, arte nova characteriſandi, literis fuſilibus & paginis ferratis*; qui nihil minus demonſtrant, quam initia typographiæ. Ortum illud inde eſſe puto, quod mos invaluerit, addendi hæc elogia illis libris, qui primi in urbe quadam imprimebantur. Imo librarius quisque illis ornabat librum, qui primus prelo ipſius ſubjectus erat, ut hederæ ſuſpenſæ loco eſſent, & emtoribus ſalivam moverent, cujus rei exempla poſtea afferemus. Neſcio, an præter dicta *Biblia* & *Officia Ciceronis Fauſtus* plures libros prelo ſubjecerit, quod mihi certe non ſit veriſimile. Nam in Epiſtolis *Hieronymi*, iisdem typis, eodemque modo, quo *Fauſtus* uſus erat, impreſſis, quas vidi in bibliothecis S. *Victoris* & Abbatiæ S. *Germani*, in fine ſolummodo nomen generi vel nepotis, *Pet. Schoifferi*, additum reperi hunc in modum: *Eſt autem præſens opus arte impreſſoria feliciter conſummatum per* Pet. Schoiffer de Gernsheim, *in civitate nobili Moguntina, cujus nobilitati vir B.* Hieronymus, *ſcribens ad Gerontiam de Monogamia, teſtimonium perhibet ſempiternum, multis millibus incolarum ejusdem in Eccleſia pro fide Catholica ſanguine proprio laureatis.* Huic

Huic laudatori reddit Moguntia vicem,
Tot ſua ſcripta parans uſibus eccleſiæ.

Anno Domini 1470. die 7. Septemb. ſimiliter ille ſolus commemoratur in inſcriptione, quæ ſubjungitur *Valerio Max.* qui exſtat in bibliotheca *Puteanorum*: *Præſens Valerii Max. opus* &c. (vid. ſupra pag. 286.) Ut & in *Scrutinio ſacræ Scripturæ*, quod ipſe poſſideo, cui hæc inſcriptio additur: *Anno Domini* 1478. *ad* 7. *Idus Ianuarias R. in Chriſto Pat. D. D. Diethero Archipræſule Moguntino*, *in nobili civitate Moguntia*, Petrus Schoiffer de Gernsheim, *arte magiſtra*, *ſuis conſignando ſcutis feliciter finivit*. Hæc ſunt, quæ de libris duorum illorum primorum typographorum *Fauſti* & *Schoifferi* comperire potui. Poſtea arcanum hoc, quod diligentiſſime abſcondebant, donec biblia iſta typis expreſſa eſſent, ſtatim divulgatum eſt, & illorum miniſtri, ſui juris facti, illud diverſis in locis exercuerunt, quo ſe deportaverant. Roma fuit una de primis urbibus, ubi prelum exercebatur, curante quodam *Uldarico Gallo*, qui proinde occaſionem dedit Epiſcopo *Io. Ant. Campano*, (qui corrigendi munus in illa typographia ſuſcepit) hocce epigramma in laudem ipſius componendi, quod refert f) *Faernus*, quodque legitur in fine Philippicarum *Ciceronis*,

quas

f) in vita Campani.

quas impreſſit idem *Uldaricus* ſine anni notatione, probabiliter tamen circa an. 1470.

Anſer Tarpeji cuſtos Jovis, &c. (vid. ſupra pag. 175.)

Nihilominus libenter hunc *Uldaricum* ex noſtra gente Gallica excludam, ut aliquid concedam illis, qui putant, proprium ejus cognomen fuiſſe *Han*, quod Germanis eſt Gallus, ut *Melanchthon* terra nigra, *Hus* anſer, *Reuchlinus* fumus, & *Fuſch* (leg. *Fuchs*) vulpes. Hoc cum ſit valde veriſimile, libenter diſſimulabo hunc *Campani* errorem, & cum Germanis ſtatuam, illum fuiſſe unum ex ipſorum gente, qui primus libros Romæ impreſſerit, quos *Volaterranus* putat fuiſſe *Lactantium* & *Auguſtinum* de C. D. quem g) *Verderius* in bibliotheca *Ludovici Gomeſii*, epiſcopi Sarnenſis, ſollicite aſſervari tradit. Poſtea idem *Livium*, *Quintilianum*, Tuſculanas Quæſtiones & Philippicas Orationes *Ciceronis* impreſſit, nec ab hoc labore deſtitit, donec *Conr. Sweynheim* & *Arnoldus Pannartz* Romam venirent, qui prelum alia ratione exercebant, quam quidem fecerat *Uldaricus Han*, imprimendo omnis generis ſcripta utilia, additis his verſibus ad ſignificandum nomen & domicilium ſuum, quos vidi in *Continuo* quodam ſ. *Catena D. Thomæ in Evangelia*, in bibliotheca Collegii Montis

g) Cap. 3. Lib. 2. variarum lectionum gallice editarum.

tis acuti (*de Montaigu*) & in operibus S. *Leonis* in P.P. Cœleſtinorum bibliotheca:

Aſpicis illuſtres lector &c. (vid. ſupra pag. 362.)

M. CCCC. LXX.

Ex urbe Roma hæc ars Neapolin migravit, ope conſilioque cujusdam *Sixti Rusingeri*, civis quondam Argentoratenſis, qui in hac regione typographiam exercere cœpit An. 1471, & teſte *Wimphelingio*, tantum favorem Regis & Nobilium omnium expertus eſt, ut, niſi reditum in patriam largis & quotidianis donis atque præmiis prætuliſſet, nunquam inſignibus beneficiis, vel ejusmodi aliis muneribus, quæ unquam deſiderare poſſet, deſtitutus fuiſſet.

Eodem tempore *Nic. Janſſon*, Gallus, Venetiis domicilium locabat, ubi non ſine omnium admiratione libros typis adeo pulchris, quadratis & plenis expreſſit, ut ne nunc quidem elegantiores reperire credam. Apparet illud ex ejus *Plinio* Ao. 1472 excuſo, cujus duo exempla vidi, alterum in ampla & ſplendida bibliotheca Præſidis primarii *de Mesme*, alterum in bibliotheca *Thuani*: itemque in epiſtolis *Ciceronis* ab ipſo anno 1471. in *folio* excuſis, *Macrobio* item, qui eod. anno prodiit, *Juſtino* an. 70. *Cæſare* an. 71. *A. Gellio* an. 72. *Solino* an. 73. *Diogene* an. 76. & Vitis *Plutarchi* an. 78. editis, quæ omnia egregia ſunt typographicæ artis ſpecimina. In his ei auxilio

fuit

fuit Gallus alius, cui nomen *Jo. de Rubeis*, qui Venetiis 1474 *Dionyſium Halicarnaſſenſem*, & 1476 lectiones *Dominici de ſancto Geminiano* in ſextum Decretalium, impreſſit, ſed typis multo rudioribus & inæqualibus. Fuerunt nihilominus ab anno 1470 duo Germani in laudata urbe, ſc. *Ioannes Colonienſis*, & *Wendelinus* Spirenſis, qui ibi Comœdias *Plauti*, *Euſebium*, *Curtium*, Apophthegmata *Plutarchi*, *Corn. Tacitum*, *Appianum*, multosque alios libros excuderunt. Viginti annis poſt *Aldus Manutius* ibi prela ſua inſtruxit, ut artem hanc perficeret, non ſolum auctores Latinos, ſed & Græcos imprimendo, ad quos emendandos induſtria ipſius maxime erat opus, cum reliqui illos modo admodum impolito & rudi tractaſſent, ut videre eſt tam ex *Pſalterio* Græco-Lat. Mediolani 1483. excuſo, quam ex *etymologico magno* Venetiis 1499. ap. *Nic. Blaſium* Cretenſem publicato, & ex Methodo *Galeni* an. 1500. ap. eundem, qui liber creditur fuiſſe primus ex fœtibus hujus auctoris græce editis.

Cumque nunc in Græcis verſemur, notandum eſt, *Janum Laſcarin*. Rhyndacenum, exulem Conſtantinopoli factum, primum reperiſſe vel ſaltem ad uſum revocaſſe grandes vel potius majuſculas & Capitales literas Alphabeti Græci, quibus excudi curavit Ao. 1494. ſententias morales, & alios verſus, dedicatos *Petro de Medicis*, præmiſſa longa loco præfatio-

nis

nis epiſtola, qua huic conatum & laborem immenſum exponit, quem ad inveſtigandam veram figuram harum literarum in nummis & monumentis antiquis adhibere debuerit. Obſervandum etiam eſt, quendam *Ægidium Gormontium* primum fuiſſe, qui Pariſiis circa A. 1507. ad Græcos libros edendos prelum typographicum adornaverit. Impreſſit ille Grammaticam *Chryſolora*, Batrachomyomachiam *Homeri*, *Heſiodi* Opera & dies, aliòsque parvos libros, quibus omnibus verba hæc Latina colophonem eſſe voluit: *Operoſo huic opuſculo extremam impoſuit manum* Ægidius Gourmontius, *integerrimus ac fidelisſimus primus, Duce Franc. Tiſſardo Ambacao, Græcarum literarum Pariſiis impreſſor, Ao. Dn.* 1507.

Ut paucis rem complectar, colligi ex his poteſt, Gallos non ſane deſidioſum otium tenuiſſe inde à primis progreſſibus mirandi hujus inventi, quia præter duos illos ſupra memoratos, ſcilicet *Nicolaum Junſſonium* & *Joannem de Rubeis*, alius adhuc fuit *Pet. Mauferus* civis Rothomagenſis, qui iſtam artem Patavium transtulit, ubi prelo ſubjecit an. 1474. phyſiognomiam Conciliatoris *Petri Aponenſis*, quæ ſervatur in Bibliotheca Dn. *Mireau*, & an. 1476. Commentarios *Caietani* de Thyenis in 4. libros Meteororum, & tractatum de Mineralibus *Alberti Magni* forma maxima cum marginibus, & interjectis ſpatiis peramplis, quem ſollicite in bibliotheca mea ſervo. Quod

Quod ad reliquas Italiæ civitates, licet nullos libros ibi ante annum 1472. impreſſos conſpexerim, e. g. Opera *Barbatiæ* Bononiæ, & *Baldi* Parmæ. 1472. & 1473. nihilominus ex loco illo *Philelphi*, quem ſupra Cap. 4. allegavimus, cum de raritate librorum ageremus, colligi poteſt, multos in hac regione excuſos eſſe ante annum 1470, quia ille eodem anno in literis ad quendam amicorum ſuorum datis ab illo petiit, ut ſibi pretium Operum *Livii* indicaret, utpote quæ novis formis edita emere conſtituiſſet. Tanto porro, quod inprimis notatu dignum eſt, ardore hoc novum inventum ibi urgebatur, ut quidam *Petrus Tretius* non diu poſt jactaret, ſe 3000 volumina correxiſſe. Equidem certe affirmare poſſum, me obſervaſſe, quod ante annum 1474. omnes libri præſtantiores, licet illi magnæ molis & multi laboris fuerint, iterum & tertio prela evaſerint, inter quos veteres quoque JCti, *Baldus*, *Bartolus*, *Abbas*, *Felinus de Sto-Geminiano*, *Barbatias*, & mille alii extant, quos evolvere licet in bibliotheca regii collegii Navarreni, quæ nondum illos ignibus miſſilibus in feſto S. Joannis jaculandis addixit. *Wendelinus Spirenſis*, Vir ingenioſus & audax, poſtquam hanc artem in præſtantioribus Italiæ urbibus exercuerat, in Germaniam rediens, magna ex parte hæc ſpiſſa volumina excudit, quibus hos duos verſus in fine adſcribere ſolebat, e. g. *Bartholo* An. 1471.

Hos *Wendelinus* clara virtute magiſter
Transſcripſit celeri formula preſſa pede.

Et quum ille ad inſtar *Triptolemi* cujusdam non quidem fruges Cereris, ſed novos hos typos Moguntiacos per omnes regiones Europæ diſſeminare ſtuderet, & plura ſolus excuderet, quam 12 alii ditiſſimi & celeberrimi ſuæ ætatis typographi, concurſus quaſi epigrammatum frequens ad illum factus eſt, ut illa libris ſuis adderet, quorum unum tanquam reliquorum ſpecimen proferam:

Abbatis pars prima, notis quæ fulget ahenis,
Eſt *Wendelini* preſſa labore mei.
Cujus ego ingenium de vertice Palladis ortum
Crediderim, veniam tu mihi Spira dabis.

1474.

Hac arte, quum totus orbis occuparetur, reperiebantur tandem in Belgio, qui eandem tentarent. Primus, quem ego quidem novi, typographus, ibi fuit quidam *Johannes de Weſtphalia*, qui prelum Lovanii 1475 exercuit, & laborem incepit à libris moralium ab *Ariſtotele* conſcriptis, de quibus ſupra diximus. Idem deinde excudendis quibuslibet libris ope-

operam dedit, quod apparet ex illis, qui ſæpe in antiquis bibliothecis occurrunt. Reſtat adhuc, ut dicam de Gallia noſtra, & oſtendam, hoc inventum illuc translatum eſſe regnante *Ludovico* XI. à duobus Germanis, *Martino* ſç. & *Michaele Ulricis*, qui domicilium Sole aureo inſignitum in platea S. Jacobi habuerunt, & primum omnium *ſpeculum vitæ humanæ* Roderici *Zamorenſis epiſcopi*, prelo ſubjecerunt, quod *Ludovico* XI tanquam primum certumque teſtimonium ſuæ induſtriæ dicarunt, omiſſa tamen omni temporis, quo excuſum ſit, indicio. Nihilominus probabilis eſt conjectura, hoc opus certe jam circa an. 1470 exſtitiſſe, quia *Manipulus curatorum Guidonis de monte Rocherir* excuſum eſt 1473 *per venerabilem virum* Petrum Cæſaris *in arte Magiſtrum, ac hujus artis induſtrioſum artificem:* & Chronicon gallicum, cujus titulus: *Les Chroniques de* St. Denis, *Paris* 1476. *fol. par* Pasquier Bonhomme, qui unus ex quatuor præcipuis Librariis academiæ fuit, uterque autem iſtis duobus Germanis ætate poſterior. Poſt illud *Speculum* itidem absque ulla temporis nota, *Summam caſuum conſcientiæ Bartholomæi Piſani* excuderunt, cui in fine additi ſunt hi 6 verſus minus faciles, minusque politi, quam nitor preli ipſorum:

Heus tu, qui famam æternam cupis cumulare,

Summa *Bartholomina* aſpice ne careas,
Quam nitide preſſam *Martinus* reddidit, atque
Michael Vlricus, moribus unanimes.
Hos genuit Germania, nunc Lutetia paſcit,
Orbis miratur totus eorum opera.

Poſtea operam dederunt excudendis Homiliis S. *Gregorii* An. 75. Dialogis *Occami* An. 76. Sermonibus *Laurentii de Utino*, qui reperiuntur *impreſſi Pariſiis per Martinum Ulricum & Michaëlem anno* 17. *Ludovici XI.* Paulo antea Biblia publicarunt, quæ vidi in bibliothecis Cœleſtinorum & *Petavii*, Conſiliarii quondam curiæ ſummæ, additis his, ad indicandum annum impreſſionis, verſibus:

Jam tribus undecimus luſtris Francos *Ludovicus*,
Rexerat, *Vlricus Martinus* itemque *Michael*,
Orti Teutonia, hanc mihi compoſuere figuram
Pariſii arte ſua: me correctam vigilanter
Venalem in vico Jacobi ſol aureus offert.

Poſt

Poſt hos exſtiterunt duo cives Argentoratenſes, *Nicolaus Philippi* & *Marcus Reinhardus*, qui in dicta urbe habitantes verſionem Gallicam Speculi vitæ humanæ anno 1482 excuderunt, & librorum impreſſionem maxime communem & vulgarem reddiderunt, unde poſtea ars hæc in omnes reliquas Galliæ urbes diffuſa eſt illis annis, quos ex antiquiſſimis libris ibi editis cognoſcere licet. Ita e. g. antiquiſſimus liber, quem Lugduni excuſum vidi, eſt hic: Pandectæ medicæ *Matthæi Sylvatici*, an. 1478. *regnante Ludovico Rege per Germanos.* Antiquiſſimus, Genevæ excuſus, eſt Cardinalis *Ximenii* liber de angelis, eodem anno. Cadomi *problemata logicalia* Hieronymi ab Hangeſto 1511. Burdigalæ opera medica *Gabrielis de Tarraga*, 1520. Abbavillæ *Auguſtinus* de C. D. 1485. apud Lingones *Expoſitio ſuper Pſalterium Joannis de Turrecremata*, 1482. Toloſæ Commentarii *Thomæ de Valois in D. Auguſtinum de C. D.* 1488. Engoliſmæ *Graciſmus* 1493, atque ſic alii plures. Ejusmodi tamen res dignoſci ſine ſumma difficultate non poſſunt, quum plurimi antiqui occurrunt libri, forſan inter excuſos antiquiſſimi, quibus librarii nec nomen ſuum, nec locum, nec annum, nec denique titulum addiderunt. Idcirco duas obſervationes notabiles, quaſi neceſſarium complementum hujus capitis, reliquis ſubjungam. Prior docebit, omnes fere antiquos libros fuiſſe pla-

ne rudes, i. e. deſtitutos non ſolum primis titulis & literis capitalibus, quibus vacuum ſpatium relinquebatur, ut pingi & coloribus ornari poſſent, ſed etiam titulis paginarum & capitum, notis numeralibus, indicibus ſequentis paginæ & litteris alphabeti. Nihilominus cum nimium negotii iis recta collectio & diſpoſitio plagularum in magnis voluminibus faceſſeret, prima verba 4. primorum foliorum cujusvis quaternionis notare & excudere cœperunt, quæ proxime ad ſe invicem accedebant, interjecto tamen intermedio ſpatio, ut ordo & diſpoſitio quaterniorum cognoſci poſſet, idque vocabatur *regiſtrum operis*, quod vidi in fine omnium fere antiquorum librorum, addito hoc diſticho,

Colligére has chartas ſi fors tibi, lector amice,
Complaceat, primas reſpice litterulas.

Attamen quia hæc ratio compingendi libros non ſine infinita patientia adhiberi poterat, & quia librarii concinnatores in his ſæpe fallebantur; primum indicibus paginæ ſequentis, deinde notis numeralibus, quas etiam ſingulis verſibus apponebant, & tandem literis alphabeti uti inceperunt, quemadmodum noſtris temporibus fieri ſolet. Obſervatio poſterior ſpectabit ad differentiam typorum, qui

qui variis modis mutati ſunt. Antiquiſſimi illi, quibus *Fauſtus* & *Schoifferus* ſemper ad imprimendos libros utebantur, adeo ſimiles ſunt ſcripturæ, quæ temporibus illis calamo manuque exarabatur, ut difficulter ab illa diſtingui poſſint; niſi quis connexionem literarum attenderit, quæ in libris primitus impreſſis non ita, ut in noſtris MStis, obſervatur. Attamen *Nic. Janſſon* cum illis typis literas quadratas & ſolidas commutabat, illasque tam pulchras & nitidas formabat, ut vix cedant illis, quas noſter *Vaſcoſanus* adhibuit. In his illum ſecutus eſt *Aldus Manutius*, qui etiam antiquos typos Græcos mutavit, & præterea literas invenit jacentes, quæ in privilegio Pontificis, uſum horum typorum *Aldo* ſoli concedentis, vocantur *character curſivus ſ. Cancellarius.* Hic *Aldus* omni cogitatione curaque in libros nitide imprimendos incubuit, & quemadmodum hodie MStum elegans cum libro typis excuſo comparare ſolemus, ita temporibus illis libri ex officina *Aldina* prodeuntes MSStis nitidis ſimillimi dicebantur, quia expreſſi erant * *iis litteris in chalybem tam docte eleganterque inciſis, ut calamo ſcripta viderentur.* Hi tamen typi Venetiis non diu in uſu fuerunt, quia typographi, magis pecuniæ quam honoris cupidi, illos mox cum aliis admodum deformibus permu-

* Leo X. in privilegio ei conceſſo.

mutabant, quos *Scaliger* in *Catullum* ſummo jure appellat characterem *Longobardicum & moroſum*, quo *Junta, Gregorius de Gregoriis*, & *Octavianus Scotus*, per 50. vel 60. annos, quoscunque libros philoſophicos, medicos, juridicos excuderunt. Hujus uſus duravit usque ad illud tempus, quo, univerſa barbarie ſcholis exterminata, hi antiqui characteres à typographiis excludebantur. Hæc dicenda mihi viſa ſunt de hoc nobiliſſimo invento, quod nemo adhuc accurate exponere inſtituit, quamvis id jam pridem fieri debuiſſet; quia cunctatio hac in re nulli uſui eſt, atque illa, quæ ſola nos de hujus artis inventione certiores reddere poſſunt, libri nimirum vetuſti, negligentia noſtra diſſipantur & quotidie computreſcunt, vel etiam deportantur *ad vicum, vendentem thus & odores*.

EX MARCI ZUERII BOXHORNII THEATRO,

ſive Hollandiæ Comitatus & urbium nova deſcriptione, pag. 134. ſqq. Amſtelod. 1632. in 4. oblongo.

Circa annum M CCCC XX primà nobiliſſimæ artis typographicæ fundamenta à *Laurentio Coſtero* Harlemi poni cœpta ſunt. Quod in annum hujus ſeculi vigeſimum, non triceſimum aut quadrageſimum, ut fit vulgo, artem hanc periclitatam velim, ſuadet Rabbi *Joſephus*, qui in Chronico ſuo exemplar omnium vetuſtisſimum, Venetiis excuſum, refert, anno Iudaico 5188, Chriſtiano M CCCC XXVIII. *Joſephum* ipſum, quæſitum diu, videre non licuit. Chronicon haud dubie illud eſt, quod שלחן ערוך i. e. *menſa inſtructa*, inſcribitur. Liber eſt ex Arba Turim excerptus per R. *Joſeph Karro*, & in formam theſium & concluſionum redactus. Adjectæ ſunt novellæ, gloſſæ & obſervationes de jure, ritibus & conſuetudine horum temporum, per *Moſem Iſerles*. Tertium impreſſus Cracoviæ anno Chriſti 1594.* indicante in Bibliotheca Rabbinica

* BOXHORNIUM in his multum falli, apparet ex Fratris dilectiſſ. Bibliotheca Hebræa Vol. I. pag. 542. Vol. II. pag.

ca rerum & ſcriptorum orientalium peritiſſimo *Johanne Buxtorfio*. Locum certe hunc velim accuratius inſpiciant, qui habent. Ego ad *Laurentium Coſterum* noſtrum venio, de quo non habeo, quæ dicam elegantiora, præter verba diſertiſſimi & fide digniſſimi *Junii*, quæ omnia adſcribi merentur: Redeo, *inquit*, ad urbem noſtram &c. (vid. ſupra pag. 233. ſqq.) Ædes *Laurentii* in meditullio urbis etiamnum exſtant. Atque in perennem ejus rei & viri memoriam Senatus populusque Harlemenſis earum frontiſpicio verba iſta inſcripſit:

MEMORIÆ SACRUM &c. (vid. ſupra pag. 502.)

Laudabile Magiſtratus exemplum ſecutus eſt civium nonnemo, qui publicam *Laurentio Coſtero* ſtatuam cum honorifica hac inſcriptione erexit:

M. S.

pag. 947. not. Vol. III. pag. 401. & pag. 446. Vol. IV. pag. 447. & pag. 853. Locus R. Josephi Cohen, i. e. Sacerdotis, (qui etiam R. Joseph fil. Josuae appellatur) in Chronico, quod דברי הימים appellatur, & Amſtelod an. 493. i. e. 1733. 12. recuſum eſt pag. 39. b. ad an. 1428. ita habet: אמר יוסף הכהן נראה כי כבר נמצא הדפוס בימים ההם : ואני ראיתי ספר נדפס בויניציאה בשנת שמונה ועשרים וארבע מאות ואלף : i. e. Joſeph Cohen ait: typographia videtur jam *illo tempore inventa. Vidi enim ipſe ego librum Venetiis an.* 1428. *impreſſum.*

M. S.
Viro Conſulari
LAVRENTIO KOSTERO
Harlemenſi
Alteri Cadmo & Artis Typographicæ
Circa Annum Domini M CCCC XXX
Inventori primo
Bene de litteris ac toto orbe merito
Hanc
Q. L. C. Q.
Statuam, quia æream non habuit
Pro monumento poſuit
Civis gratiſſimus.

Sunt tamen in Germania non pauci, & inter eos præſertim Moguntini, qui excogitatæ nobiliſſimæ artis Typographicæ gloriam ſummo opere ſibi conantur adrogare. Sed non difficile eſt hanc tam gravem atque nobilem controverſiam, & quæ clariſſima ævi noſtri ingenia exercuit, componere; nempe ſi vel id, quod res eſt, concedamus; typos quidem ligneos à *Laurentio* Harlemenſi primum fuiſſe inventos, typos vero ſtanneos, æreos & plumbeos ad horum exemplar efformatos eſſe à *Joanne Fauſto*, cive Moguntino. Teſtatur hoc diſertim Donatus ille Grammaticus ex membranis confectus & impreſſus; ad quem *Mariangelus Accurſius*, ſollers

lers & eruditus proavorum memoria Criticus, imprimendi artem typis æreis primum à *Joanne Fauſto*, Moguntino, fuiſſe excogitatam, ſed facem ipſi & exemplar prætuliſſe Donatum, Hollandiæ impreſſum, in tabula inciſa notavit, ut narrat *Angelus Roccha* à Camerino, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini & Theologiæ Doctor, cujus ut & *Mariangeli* verba in adverſariorum gratiam paullo altius repetam, ne in tanta luce veritatis diutius cœcutiant: *Ars typographica*, inquit *Roccha*, in Europa &c. (vid. ſupra pag. 298. ſq.) Verba *Mariangeli* paullo accuratius jam excutiamus. Tabulam inciſam appellat, cui litteræ incidebantur. Fuit illud primum & rude, ſed valde ſumtuoſum *Laurentii Coſteri* inventum. Literæ enim iſtæ ita efformatæ extra librum, cui deſtinabantur, uſum alium non habebant. Longe aliter atque fit hodie. Litteræ enim iſtæ fuſiles, quibus nunc utuntur, formis, ut loquuntur, deſtructis, aliis quibusvis ſcriptis excudendis adhibentur. Tabellis ejusmodi inciſis Chinenſes in ſcriptis ſuis procudendis utuntur, apud quos longe prius quam apud Europæos ars hæc typographica dicitur fuiſſe exculta. Rude igitur *Laurentii* inventum primitus fuit, & litteræ non ita probe omnifariam complanatæ leviter, (loquor verbis *Apulejı*) aut ad unguem coaptatæ, ſed vel inæqualitate aſperæ, vel angulis eminulæ, vel rotunditate volubiles, ſine regulæ correctione, & menſuræ

ſuræ parilitate, & perpendiculi ſolertia. Nulla enim ars poteſt eſſe eadem excogitata ſimul & examinata; nec eſſe quidquam omnium, quod habeat & laudem diligentiæ ſimul & gratiam novitatis. Harlemum itaque Typographiæ matrem, Moguntiam autem nutricem ejus & elimatricem præcipuam recte appellabimus. Huic enim typi ſtannei vel æreï debentur, quod & librorum frontiſpiciis inſcribi cœptum eſt. Operibus *Ioannis Boccacii* in folio, rudi ſatis littera, primum excuſis hoc præfigitur: *Genealogia Ioannis Boccacii libri ſectatoribus opido quam neceſſarii, nunquam antea citra Alpes notulis ſtanneis divulgati* &c.

Longe igitur faceſſant inanes Moguntinorum & aliorum fabulæ, quibus præter luculentum *Mariangeli Accurſii* teſtimonium, alterum non minoris ponderis opponimus, ex Chronico Colonienſi deſumtum, cujus auctor, qui iſtis temporibus floruit, ſic ſcribit: *Deſe hoichwyrdige Kunſt* &c. usque ad verba: *ye lenger ye mere kunſtlicher wurden.* (vid. ſupra pag. 409. ſq.) Interpretationem non ſubjungo. Ea enim eſt in verbis *Accurſii*. Ita hi duo ſcriptores, exteri ambo, alter etiam Germanus, conſpirant, qui ſoli ſufficiunt convellendis tot plauſtris mendaciorum. Sed vero objiciet mihi aliquis tot & tam varias veterrimorum librorum inſcriptiones, quæ artis typographicæ inventionem Moguntiæ, nulla Harlemi facta mentione, diſertim adſcri-

ſcribunt. Ad iſtas priusquam reſpondeam, operæ pretium putavi tres potiores ſubjungere: Ac primo quidem in Breviario Hiſtoriarum *Ioannis Trithemii* Abbatis ſic legere eſt: *Impreſſum & completum eſt* &c. (vid. ſupra pag. 273. ſq.) In Inſtitutionibus Juſtiniani Imperatoris in membrana, regia plane forma, excuſis ita ſcriptum invenias: *Præſens Inſtitutionum* &c. (vid. ſupra pag. 286.) Inſcriptio Speculi aurei Fr. *Henrici Herp* talis eſt: *Fr.* Henrici Herp *Speculum* &c. (vid. ſupra pag. 287.) Ad iſta & iis ſimilia facile eſt reſpondere, ſi id, quod veritas ipſa eſt, concedamus; primam nempe Typographiam non aliud, quam impoſturam fuiſſe: dum typis excuſos libros pro manu deſcriptis librarii divendunt, ſolius lucri cauſa. Manu enim exarata maximo tunc in pretio fuiſſe, dubitari non debet. Quam ob rem artem iſtam tam facile tot voluminum millia procudendi celare voluerunt, ut idem iis, quod manu deſcriptis, pretium conſtaret. Quam ob cauſſam etiam litteras & contractiones omnes, quæ ſcribentibus in uſu ſunt, adhibebant. Membranis etiam utebantur, ut per omnia manu deſcriptis ſimilia viderentur. *Donatum* Hollandiæ in membranis excuſum, narrat *Mariangelus Accurſius.* Ac ne quo modo fucus iſte innoteſceret, operas & familiares omnes ſollenni juramento adſtringebant, nulli ſe tantæ artis arcana propalaturos. *Laurentium*

au-

autem *Coſterum* iisdem etiam artibus uſum fuiſſe libet ſuſpicari. Atque ita dum aliis excuſa pro manu deſcriptis obtruſit, magnam ſibi & gloriæ ſuæ injuriam fecit. Donec infauſtus ille famulus, qui, inſtrumentis omnibus hero ſuo ablatis, Moguntiam conceſſerat, magnæ artis arcana univerſo orbi patefecit. Unde factum eſt, ut typographiam primo omnium Moguntiæ excogitatam & excuſam fuiſſe ab impoſturæ ignaris creditum tunc fuerit. Sed de his alibi erit dicendi locus. Plura in hanc rem qui volet, adeat eruditiſſimi *Scriverii* librum inſignem, quem de Arte Typographica inventa conſcripſit. In hoc patriæ ſuæ gloriam tam ſtrenue vindicavit, ut nemo, qui veritatem amat, jam amplius audeat contra hiſcere. Quamquam ipſi nuper obſtrepere auſus ſit Gallus, *Gabriel Naudaus*, non niſi inanibus, & quæ ſe ipſa ſubvertunt, commentis ſubnixus. Exere, clariſſime *Scriveri*, illam ingenii tui vim, & inſaniam ejus, qui patriæ tuæ gloriæ tam petulanter illudit, jam ſemel contunde. Poſſe enim te ſcio. Fac ergo, tandem ſuſpenſus orbis agnoſcat, non niſi Harlemo tuo hanc artem inventam referri debere acceptam. Nos interea lauream hanc *Laurentio Coſtero* ſuſpendimus.

Ad Moguntiam.

Vana quid Harlemiis indicis prœlia prelis?
 Iſta parant jugulo vimque necemque tuo.
Siſte precor. Batavûm felicia prela typosque,
 Ni taceas, acreis experiere magis.

Parodia ex nuptialibus Feſcenninis *Claudiani* in laudem *Laurentii Coſteri* Harlemenſis.

Senex coruſco ſydere pulchrior,
Et *litteratas* tendere *formulas*
Typosque ligno incidere certior,
Quæ digna mentis laus erit arduæ?
Quæ digna formæ laus erit igneæ?
Te Leda mallet, quam dare Caſtorem,
Præfert Achilli te proprio Thetys,
Victum fatetur Delos Apollinem:
Tunc cum per altas impiger ilices
Conatus es *exſcindere literas*,
Beata, quæ te jam genuit virum,
Primisque ſeſe junxit amoribus.
 Age cuncta *laureato*
Redimita vere tellus
Celebra *typos* heriles:
Omne nemus cum fluviis,
Omne canat profundum.

Friſii

Friſii ſavete campi,
Batavi ſavete montes,
Subitisque ſe roſetis
Veſtiat *Hemſtans* apex,
Et rubeant pruinæ.

Batavus ſtrepat choreis,
Calamisque flexuoſis
Lene *Sparna* jam ſuſurret,
Berckrodus electriferis
Admoduletur alnis.

Decorent vireta *Kinnam*,
Mare contumeſcat auro,
Bataviqus procreator
Sub vitreis Oceanus
Luxurietur undis.

Oriensque *Batavorum*
Simul Occidensque plaudat,
Patriæ lætentur urbes,
Quæque novo, quæque nitent
Deficiente Phœbo.

Serrarii libelli,
Streperi tacete *Galli*.
Taceat ſonorus auctor,
Solus ovantem *Batavus*
Emeditatus artem.
Hæc vox æthereis inſonet axibus,
Hæc vox per populos, per mare tranſeat.
Harlemus Typicam prodidit *artifex*.

Quem

Flos. Vrbium

Harlemum

Patritia. Familia. edidit

LAVRENTIO. COSTERO

qui. incredibili. & prope. inhumana.

ingenii. felicitate

Moguntinis. nequidquam. negantibus

&

Gallis. fruſtra. obſtrepentibus

Artem. Typographicam

Primus. invenit

MONVMENTVM

Hoc

L. M. P. Q.

Typis

Poſuimus.

DE ORTV ET PROGRESSV ARTIS TYPOGRAPHICÆ

Ad Reverend. ac Eminentiſſimum

PRINCIPEM AC DOMINVM

D. ANSELMVM CASIMIRVM

ARCHIEPISCOPVM ET ELECTOREM MOGVNTINVM

S. R. IMPERII PER GERMANIAM ARCHICANCELLARIVM

ſcribebat

BERNARDVS à MAL-LINCROT

DECANVS MONASTERIENS.

COLONIAE AGRIPPINENSIVM

Apud

JOANNEM KINCHIVM

ſub Monocerote veteri

ANNO M DC XXXIX.

DE ORTU AC PROGRESSU ARTIS TYPOGRAPHICÆ DISSERT. HISTORICA,

IN QUA

Præter alia pleraque

AD CALCOGRAPHICES NEGOCIUM SPECTANTIA DE AUCTORIBUS ET LOCO INVENTIONIS PRÆCIPUE INQUIRITUR,

PROQUE *MOGUNTINIS* CONTRA *HARLEMENSES*

concluditur

A BERNARDO A MALLINKROT

Decano Monaſterienſi ac C. Mindenſi.

COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud JOANNEM KINCHIUM,

ſub Monocerote veteri.

M. DC. XXXX.

EMI-

EMINENTISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,

D. ANSELMO CASIMIRO,

S. MOGUNTINAE SEDIS ARCHIEPISCOPO,
Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellario ac Principi Electori,
Domino ſuo clementiſſimo,

Salutem humillimam dico, ac ſubjectiſſima obſequia offero.

EMINENTISSIME ac Rev.^me^, Princeps Elector, Domine Clem.^me^, Literarum ſtudia non minus in adverſis ſolatium, quam in ſecundis delectationem præſtare, inter doctos, utpote dulcedinis & ſalubritatis Muſicarum exercitationum gnaros & expertos, facile convenit; ideoque Em.^æ^ ac R.^mæ^ Cel.^ni^ V.^æ^ tanquam his etiam ſacris rite & religioſiſſime initiatæ, ignotum aut dubium eſſe non poteſt. Nec de gravioribus ſolummodo, ac ſacris maxime ſtudiis, quibus tamen principatum hujus laudis nemo ſanus con-

p.2 troverſum fecerit, id obtinet; ſed reliquis etiam, quæ humaniora & philologica vocamus, cum iisdem commune eſt, eaque cum illis utiliter & cum plauſu, nedum citra reprehenſionem, etiam ab Eccleſiaſticis, conjungi poſſe, ut reliqua taceam, ipſorummet Sanctorum nos exempla docent, è quibus *Gregorium Nazianz.* & *Hieronymum Stridonenſem* in ſpecimen nominaſſe ſuffecerit. Etſi enim illa ejus ponderis non ſint, ut eandem contra animi ægritudines vim & robur inſtillent, quibus à philoſophia utraque, (ſecularem dico & divinam) confortamur. Hoc tamen efficiunt, dummodo potiora non negligantur, ut ſubinde præſentium malorum per jucundiſſimam pariter & honeſtiſſimam (quoties ad illa animum deflectimus) avocationem, oblivиſci permittamur; ac propterea non poſſum non vehementer nuperi ſcriptoris, a) eruditi ſane & elegantis, ſententiam probare, qui ſatis ingenioſe & perargute Homericum *Nepenthes* illud decantatiſſimum miſeriæ humanæ, & terreſtrium calamitatum alexipharmacum, inter reliquos ejus rei myſticos intellectus, etiam de bo-

(a) *Petri la Seine.*

bonis literis b) exponit. Illius igitur ut pro captu meo, turbulentis & calamitoſis hiſce temporibus, aliquatenus me participem facerem, inter cæteras literarias recreationes, ſubciſivis aliquot horis, huic rei impenſis, examinare mihi placuit controverſiam illam, quam Batavorum aliqui, de Typographica inventione Moguntinis Em.ᵃᵉ V.ʳᵃᵉ Celſ.ⁿⁱˢ jam à quinquaginta annis, nec quicquam movere attentarunt. Hanc enim, etſi pridem Reverendus Pater, *Nicolaus Serarius*, non infimum ſacri ſodalitii ſui ſtudiique decus; & Moguntinarum rerum luculentus ſcriptor, præter alios hujus argumenti tractatores, egregie expenderit, & antagoniſtas illos ſat ſuperque repercuſſerit: nec dum tamen ceſſant iſti peregrinæ gloriæ involatores, urbis Em.ᵃᵉ Cel.ⁿⁱˢ Veſtræ obſtrepere laudibus; uti cum aliunde, tum ex hac commentatiuncula mea inſpicere dignaturis apparere poterit, quam veritati & eruditiſſimorum virorum hujus, & præcedentis ſeculorum honori, prout potui, libens concinnavi, non eruditionis, quam in me nullam eſſe ſcio, ac præſens argumentum illius

 oſten-

b) De Nepen. Homer. part. 5. de Avocamentis.

oſtentationem vix admittit, ſed pietatis, quæ volentium à ſe repellit neminem, inde exſpectans teſtimonium. Antiquitati inquam, hoc agens, inſervire ſtudui, cujus profeſſionis ergo ſi non laudata, at excuſata ſaltem erit impenſa hæc honeſtiſſimæ rei qualiſcunque lucubratio: Nam ni obſtent tot antiquorum, tum rerum etiam teſtimonia, Germanorum in genere vix intereſſe poſſit, *Moguntiæ* an apud *Hollandos* Typographia prodierit. Bataviam enim cum populis urbibusque ſuis non partem tantum Germaniæ eſſe, ſed etiam à multis ſeculis Imperio Romano-Teutonico & Cæſaribus ſubjectam fuiſſe, ac etiam nunc eſſe, partim manifeſtum & notiſſimum eſt, partim facili negotio, ſi qui forte ſunt, qui negare non formident, probari & oſtendi poſſit. Alteri tamen iſti, quam dixi, Divæ præcipue litare conatus ſum, qua remota nec vetuſtas aliqua, licet veneratio & cultus illi debeantur, operam meam expectet. Puto autem me his ipſis, cum quibus contendendum erit, tanto minus ſuſpectum fore, quod incunabula mea inter *Harlemum* & *Moguntiam* conſtituta, æquo fere ſpatio utrinque abſint; præſertim cum etiam alias cauſam non habeam,

tur

cur uni loco magis, quam alteri, ſi cum bona veritatis venia fieri queat, gratificari cupiam. Qui iidem etiam reſpectus apud Em.mam Cel.nem V.am excuſabunt ſpero, quod exterus aliquis in hanc arenam deſcendere non dubitaverit. Nam non tantum ad illos, qui ex adverſo pugnant, ſed etiam ad reliquos, qui forte hæc legere & examinare volent, ſpectare arbitror, ab illorum aliquo, ut omnia reliqua abſint, hanc cauſam typorum agi, quos locus ſcriptionis, & homagii nexus, quæque ejus generis alia ſunt, obnoxii miniſterii ſuſpicione non gravent. Si quis autem opinari volet, me, dum hoc argumentum tracto, rem non admodum neceſſariam curaſſe, ſed talem potius, in qua opes Græciæ, ut ille dicebat, aut ſalus Germaniæ minime ſitæ ſint, cum illo contendere non conſtitui: meminiſſe tamen illum velim, quisquis tandem fuerit, rerum ad ſe non pertinentium prærigidus cenſor, qui forte talia objecturus ſit, ſi omnia, quæ ejusmodi ſunt, negligi debeant, poſſe & alia multa, haud paulo minoris, quam hoc ſit, momenti, in quibus tamen non pauci ætatem terunt, eadem opera ſecure omitti. Nec etiam puto mihi quempiam diem dicturum eſſe, quaſi

dum hoc ago, alia potiora neglexerim, cum neceſſaria ſint ingeniis alterna remiſſio, ne continua inferis tetricisque intentione, mitioribus non recreata focillamentis, nimium conſumantur. Non alii autem quam Emin.mæ Celſ.ni V.ræ Ill.mæ & Rev.mæ Princeps Elector, hanc opellam meam offerre & conſecrare volui; in qua tamen non muneris tenuitatem, ſed tum exhibentis devotiſſimum animum, tum urbis ſuæ decus, & omnis Imperialis Germaniæ gloriam, quibus duobus ille, & impolitus hic ſtilus meus laborarunt, ut reſpicere & æſtimare velit, humillime obſecro. Loci inquam, Præſulem & Principem, tum Imperii Jurium & dignitatis cuſtodem & conſervatorem, tractatulus hic meus præ cæteris adire & venerari debuit. Nec enim ſine aliqua Numinis providentia contigiſſe credo, ut in illa potiſſimum urbe, incomparabile hoc novæ ſcriptionis inventum in lucem ederetur, cujus antiſtes Archi-Cancellarii per Germaniam munere, & Nomophylacis dignitate emineret, ut deinceps ille ipſe, omnesque ejus in ſancta iſta ſede ſucceſſores, hoc typorum domeſtico & vernaculo artificio, quibus deinceps res literaria præcipue conſtat & ſta-

biſitur, conciliante; in Apollinis etiam regno & Muſarum republ. Archigrammatei præcelſo & digniſſimo officio; jure optimo honorari merentur; eoque ipſo tutelam & defenſionem chalcographicæ inventioni tanquam municipi & clienti ſuæ præ ceteris curatius impenderent. Suſcipiat igitur Eminent. Celſ. Veſtra hanc qualemcunque promtiſſimæ voluntatis & humillimi obſequii exhibitionem, ſolita ſibi generoſiſſimi animi ſui humanitate, meque ſibi deditiſſimum, ut hactenus, ita deinceps etiam benigniſſime favere, & perpetuum protegere clementiſſime pergat. Ita Illuſtriſſimæ Celſitudin. Veſtræ notiſſimæ dudum, cum reliquæ virtutes, tum præcipue *in proſperis moderatio, in adverſis conſtantia*, & utrobique *animi mentisque vigor, rectique tenacitas*, hoc ipſo typorum ſuorum ſonoro præconio, magis magiſque per orbem publicentur, & ad omnem poſteritatem tabulis æternitatis inſcribantur, quam Deus Opt. Max. Eccleſiæ & Reipubl. diu incolumem ſupereſſe & proſperari concedat. Dabam Monaſterii Weſtphaliæ è Muſei Curiſugio, Anno à ſalutis noſtræ reparatione M IↃ C. XXXIX. Kalend. Septemb. die XIII. S. *Bernardo Claravallenſi* ſacro.

Emin.mæ & R.mæ Celſ.nis V.ræ

Humillimus & devotiſſ. Servitor,
Bernardus à Mallinkrot.

ÆQVO

p.8 ÆQVO ET VERITATIS STVDIOSO LECTORI

Sal. plur. dico.

Neque partium ſtudio, neque odio cujusquam, lector benigne, impulſus hunc de typographiæ initiis & progreſſibus conatum meum in publicum protruſi, tibique, ſi annuis & afficeris, legendum & cenſendum obtuli. Permovit me tum ingenuus quidem, pauloque tenerior erga bonas literas, deque illis quocunque nomine bene meritos, affectus, tum innocentiæ injuſte afflictæ preſſæque patrocinium, quod ex opere ipſo, ſi tanti tibi videbitur, te cognoſcere malo, quam hic paulo ambitioſius, ut nonnemini forte ſuſpectus fierem, à me venditari. *Hollandis* cur decora ſua, quæ citra aliorum illis injuriam debeantur, invidere velim, cauſam non habeo: Ac alias etiam in ſuum cuique tribuendo, affectuum & cupiditatum ſordes in conſilium admittendæ non ſunt. Nec poſſum non amare *Bataviam*, quæ plurimos eccleſiæ Chriſti catholicæ, & literariæ reip. dedit & protulit præclariſſimos viros, (interque cæteros facile principem *Eraſmum Roterodamum*, erga quem, ut de cæteris taceam, ſingulariter me, quatenus cenſura catholicæ pietatis, & potior amore quorumvis incorrupta veritas permittunt, affici, non cupiam diffiteri, idque, ſi Deo placebit, & vita ad hoc ſup-

pe-

petet, peculiari opere de vita & ſcriptis illius viri, & quanti, fide & probitate ſalvis, ab illis, qui obedientiam Romanæ eccleſiæ ſedisque apoſtolicæ profitentur, æſtimari fierique poſſit, brevi, ut ſpero, oſtendere laborabo.) Quam procul autem à me ſit erga nationem hanc averſior animus, è ſequenti Epigrammate, quibus c) *Joſephi Scaligeri* Hollandica miracula amplificatum & auctum iri ucunque conſtare volo, cui etiam in lectoris gratiam ipſum Scaligeri carmen præmitti, quis vetet aut improbet?

JOSEPHVS JVSTVS SCALIGER De Mirandis Bataviæ ad Janum Douſam.

Ignorata tuæ referam miracula terræ,
Douſa, peregrinis non habitura fidem.
Omnia Lanitium hic laſſat textrina *Minervæ*,
Lanigeros tamen huic ſcimus abeſſe greges.
Non capiunt operas fabriles oppida veſtra,
Nulla fabris tamen hæc ligna miniſtrat humus.
Horrea triticea rumpunt hic frugis acervi,
Paſcuus hic tamen eſt, non Cerealis ager.
Hic numeroſa meri ſtipantur dolia cellis,
Quæ vineta colat, nulla putator habet.

Hic

c) Extat inter opuſcula ejus varia a. 1612. Fr̄fti edita.

Hic nulla, ut certo ſeges eſt rariſſima lini,
Linifici tamen eſt copla major ubi?
Hic mediis habitamus aquis; quis credere poſſit,
Et tamen hic nullas, *Douſa*, potantur aquæ.

Ignoſce, Lector, quod huic pretioſæ purpuræ veſtem, quæ ſequitur, pannum aſſuamus. Forte enim tamen poëmatis extra cenſuræ aleam relinquas velimus. Materia certe vincor, & hactenus judicium tuum non formido.

Epigramma de Miraculis Hollandiæ, à *Scaligero* diſſimulatis aut neglectis.

Scaliger quod terræ miranda Batavæ
Carmine deſcribens, maxima præterit;
Nam ſint magna licet, quæ grandius ille recenſet,
Hæc majora tamen Muſa puſilla canit.
1. Pacis deliciæ medio in diſcrimine belli
Felici Hollandos conditione beant.
Navibus in pelago, & fluviis fiducia tanta eſt,
Hoſtica ſic procul eſt inde & amica phalanx:
2. Hoſtis & hic peperit Muſis Bellona Lyceum
Inclyta Martis opus, nam ſchola Leida tua eſt.
Quique feros toties juvenes fugat atque magiſtros,
Ejus ope Aonidum culta palæſtra viget:

His

Ingeniis ſcriptisque omnem qui provocat orbem;

Heinſius ac reliqui: hoc, tu quoque, Dauſa, doces.

3. Tertia res ſupereſt, magis admirabilis illis,
Quas neſcii, at numis (ſi verbis) non memoranda meis.

Amor igitur erga immortales viros, veros typographici artificii inventores, tum ipſius ipſius æſtimatio, hanc à me impetrarunt (an imperarunt verius) lucubratiunculam. Et illis & huic debemus incomparabilem illam, quam veteres caruerunt, ſtudendi commoditatem: quæ præterquam quod & oculis & loculis ſtudioſorum hominum, tum characterum politiæ & nitelæ (ſi polita nitela) tum tolerabili librorum pretio, ſi priſca cogites & conferas, præclare conſulit; tantam nobis dudum ſuppeditavit in omni ſcientiarum ſtudiorumque genere codicum ac voluminum copiam, ut hæc & ejusdem guſtus reliqua, quæ recenſere longum ſit, reputanti mihi cum d) *Naſone* exclamare liceat:

Priſca juvent alios; ego me nunc denique natum
Gratulor: hæc ſtudiis tempora prompta placent.

Non igitur eſt, ut humilitatem argumenti quis objiciat, cujus neminem, quantacunque ſit vel eruditionis, vel dignitatis ac gradus, pudere jure poteſt, necdum ut

d) De arte amandi III. v. 128. ſq.

ut mea id mediocritas dedignari debuerit. Si enim *Claudius Clemens*, Profeſſor Madritanus, diſertiſſimus ſcitiſſimusque Muſei exſtructor & inſtructor, in ipſis ſapientiæ ſacrariis, id eſt, librorum repoſitoriis, quæ Bibliothecæ vocantur, inter doctorum imagines etiam Typographicis inventoribus recte, ut facit, locum concedit, ac dudum ante illum re ipſa id præſtitum eſt à *Thevetio & Beierlingio*: quis improbet illos cura & ſollicitudine ſua, à literarum amatoribus non inferiores cenſeri; præſertim de illis non alia tradentibus, quam quæ ad eruditionis & ſtudiorum decorem & exiſtimationem pertinent, & poſterorum cognitione digna ſunt? Fave igitur, quisquis hæc legis, cœptis meis; eſtoque certus, nunquam nos ſatis gratos eſſe poſſe erga homines, qui excuſoriam artem publicis uſibus excogitarunt; nedum erga divinum Numen, quod illis hanc gratiam & illuminationem cœlitus infudit ac conceſſit. VALE.

AD INCLVTAM MOGVNTIAM GRATVLATIO.

Audiit excelſo ſublimis Phœbus Olympo,
De primum inventis prœlia mota typis:
Audacesque animos hominum, atque ingentia ridens
Vota: Quid hæc non gens improba tentat? ait.

Non

Non hominum, inclamans, opus hoc; opus omne Deorum eſt,
  Quique dedere Artes, hique dedere *Typos*.
Attamen è cœlo (pergit) cum hæc munera terris
  Inferrem, ſummi Numinis imperio.
Aurea præ cunctis mihi ſola *Moguntia* lecta eſt;
  Viſa nec hoc Xenio dignior ulla fuit.
Hic pietas & avita fides, gratiſſima cœlo
  Perpetuum fixit non temeranda Larem.
Hic ſacræ florent Artes; tentoria Muſæ p. 11
  Germanæ hoc pridem conſtituere ſolo.
Hanc propter Rheni facili gratoque ſuſurro,
  Pegaſeis melior labitur unda vadis.
Hic & ab adverſo declivi flumine ſeſe
  Mergit Rhenanis *Mœnus* amœnus aquis.
Hanc virides luci circum, nemoroſæque tempe,
  Pulcraque, pampineis frondea teſqua comis.
Illa meas rapiunt Peſtana roſaria Muſas,
  Par alibi eſt homines, hic habitare Deos,
Scilicet oderunt turbas, odere paludes,
  Aura ubi limoſis denſior halat aquis.
Quando *typos* ergo ante omnes his deſtinat æther;
  Sume, nec ingrata, *Vrbs*, quæ fero dona, manu.
Dixit; & ut plena fudit ſua munera dextra,
  Ad Superos celeri calle relegit iter.

Ex illo nomenque Tuum laudesque manebunt,
Et decora, *Urbs* nullis interitura rogis.
Clara Semiramios ſileat Babylonia muros,
Et Mauſolæi nobile Cares opus;
Pyramides *Memphisque* ſuas, *Rhodiique* Coloſſum,
Atque ædem Jonii, magna Diana, tuam;
Cæteraque obticeant mundi miracula: Nempe es
Omnibus his unis clarior *Una Typis*.
Quid? quod in humanis operum hebdomas iſta perennat
Mentibus; hoc totum debet & illa Tibi.
Pyramides ubi *Memphi* tuæ? tuus ille Coloſſus
Dic, *Rhode*, ubi? magni gloria prima maris?
In nihilum rediere ſuum cogentibus annis,
Et ſecum fugiens abſtulit illa dies.
Concidit & Babylon, Mauſolæumque ſuperbum,
Et ſtravit Trivios impia flamma Lares.
Quod ſuper-illorum-eſt, & quod poſt ſecula longa,
Illa ſtupebit adhuc poſthuma progenies.
Muneris omne Tui eſt *Mogani urbs auguſta*: Tuisque
Inconcuſſa manent usque vigentque *Typis*.
Illa dies ergo Te Te, *alma Moguntia*, claram
Extulit, & cœli ſedibus inſeruit.
Illa tibi famam peperit, qua Machina mundi
Tenditur, & latam *Nereus* ambit humum.

Illa

Illa (Tuæ licet hoc laudi vetat addere livor,)
Unam te cunctis urbibus antetulit.
Forſitan indignans Batavus marceſcet, & unum
Hic Tibi præ reliquis obſtrepet *Harlemium*;
Quæque Tibi ſoli debetur adorea, civi,
Jus contra, volet hanc impoſuiſſe ſuo.
Nil metue. Ecce Tui vindex invictus honoris
MALLINCKROTTIADES arma animosque parat:
Frigidaque hæc veri commenta umbone repellens,
Et ſtyli & ingenii vi calamoque fugat:
Et jamjam exiguo hoc inſomnia tota *Libello*,
Ceu ſolis Lampas nubila, diſcutiet.
Quodſi Te contra porro tamen Aemulus hiſcet,
Nec volet à Plagio continuiſſe manum;
Fortior inſurgens gravioribus *ille* flagellis,
Multato male mox osque manumque premet;
Nec minus ipſe ſibi decus hinc illuſtre parabit,
Calcographique Typi, Prelaque donec erunt.
Ergo Tuæ laudis tanto Aſſertore triumpha,
Et longum, *Urbs*, titulis *inclyta* plaude Tuis.
Quin & commerita felix Tua tempora lauro
Cinge, coronari quâ ſua Phoebus amat:
Hunc Tecum Diûm, qui participavit honorem,

Ille, nec invitus, *laurea ſerta* ſavet;
Immo & qui tanto mactavit munere ſolam,
Ille, vel invitis omnibus, *Illa* dabit.

Bernardi Rottendorfii, Com. Pal. Cæſ. Sereniſſ. Elect. Colon. ac Reip. Monaſt. Medici.

p. 12 INDEX a)

CAPITVM HVIVS OPVSCVLI.

Proemium pag. 1
Cap. I. Diverſæ opiniones de inventione typographica, deque iis judicium 2

Cap.

a) Vidi aliud hujus libri exemplum, in quo ejus Summa capita ita recenſentur:

Capita Tractatus typographici.

1. Diverſæ opiniones de primæva inventione Typographiæ. pag. 2.
2. Teſtimonia veterum proſternit. pag. 7.
3. Teſtimonia pro Harlemenſibus pag. 27.
4. Recentiores teſtes pro Moguntinis. pag. 41.
5. Examen utriusque partis, & argumenta contra Harlemenſes. pag. 48.
6. Juniani teſtimonii textus excutitur & refellitur. pag. 51.
7. Reliquorum, quæ pro Harlemenſibus pugnant, refutatio. pag. 58.
8. Rerum teſtimonia pro Moguntinis. pag. 65.
9. De loco inventionis artis typographicæ. pag. 70.
10. De tempore ejusdem. pag. 71.
11. De inventoribus veris hujus artis. pag. 73.
12. De propagatione & dilatatione ejusdem. pag. 81.
13. De primis libris impreſſis. pag. 90.

14. No-

Cap. II. Teſtimonia veterum & auctoritates, qui ante *Hadrianum Junium* vixerunt, Typographiam Moguntiæ inventam eſſe affirmantium pag. 7.
Cap. III. Teſtes pro Harlemenſibus de Typographia in Hollandia inventa 27.
Cap. IV. Teſtes Neoterici pro Moguntinis 41
Cap. V. Examen ſuper dictis utriusque partis, & argumenta pro Moguntinis 41
Cap. VI. Juniani teſtimonii ſeu aſſeverationis textus excutitur & refellitur 51
Cap. VII. Reliquorum, qui pro Harlemenſibus pugnant, refutatio 58
Cap. VIII. Rerum teſtimonia pro Moguntinis 65
Cap. IX. De loco inventionis 70
Cap. X. De tempore factæ inventionis 71
Cap. XI. De inventoribus hujus artis 73
Cap. XII. De propagatione artis Typographicæ 81
Cap. XIII. De primis libris impreſſis 90

14. Nomenclatura aliquot Typographorum eruditione & artis ſuæ induſtria præſtantium, pag. 91.
15. De præcipuis aliquot impreſſis operibus, & de catalogis officinarum. pag. 99.
16. Comparatio primitivæ & hodiernæ Typographiæ. pag. 101.
17. Apologia pro Typogrophia contra obtrectatores. pag. 106.

Indices Auctorum de Typographiæ inventione, nec non Typographorum & Correctorum in iſto exemplo haud exſtant.

Cap. XIV. Typographorum aliquot doctrina excellentium nomenclatura 91
Cap. XV. De Operibus præcipuis impreſſis 99
Cap. XVI. Comparatio primitivæ & hodiernæ typographiæ 101
Cap. XVII. Defenſio typographiæ contra obtrectatores 106
1. Hiſtoria impreſſionis Bibliorum complutenſium 110
2. De Typographica officina Plantini, è *Lud. Guicciardino & Scribanio* 114
3. Hiſtoria impreſſionis regiorum bibliorum Antwerp. 115
4. *Chriſtophori Milæi* locus de Typographia 124
5. De officina Colonienſi Hieratina 124

p. 13 AUCTORES, QUI PRO MOGVNTINIS TESTANTUR, ANTIQVI, i. e. HADRIANO JUNIO ANTIQVIORES.

Abrahamus Bucholtzerus, pag. 41
Achilles Gaſſarus, 27
Andreas Althamerus, 13
Andreas Thevetus, 20
Baptiſta Fulgoſius, 13
Barthol. Chaſſanæus, 20
Bernardus Herrzog, 27 not.
Bernardus Mollerus, 23
Conradus Celtes, 11
Conr. Geſnerus, 27
Conradus Peutingerus, 9

Cor-

Cornelius Callidius,	27. 50	
Cyriacus Spangenberg,	27	not.
Dav. Sigem. Caſſovius,	24	
Eraſm. Roterodamus,	50	
Franciſcus Irenicus,	17	
Franc. Philelphus,	18	
Gaſpar Bruſchius,	27	not.
Gaſpar Hedio,	27	
Gaſpar Peucerus,		
Georg. Merula,	20	
Georg. Sabinus,	22	
Guilielm. Xylander,	27	not.
Henr. Pantaleon,	22	
Hieron. Bardus,	20	
Huldricus Mutius,	14	
Jac. Phil. Bergomenſis,	18	
Jac. Wimphelingius,	7	
Jo. Ant. Maginus,	20	
Jo. Arnold. Bergellanus,	25	
Jo. Bapt. Egnatius,	19	
Jo. Aventinus,	14	
Jo. Bodinus,	20	
Jo. Boterus,	19	
Jo. Carion, ſive Phil. Melanchthon	16	
Jo. Funccius,	16	
Joannes Nauclerus,	10	
Jo. Stumpfius,	27	not.
Jo. Trithemius,	7	
Jo. Thomas Freigius,	27	not.
Laurentius Valla,	13	
Leonh. Creutzhemius,	27	not.

Martinus Cruſius, 25. 47
Matthæus Beroaldus, 27 not.
Matthias Palmerius Piſanus, 19
Marc. Ant. Sabellicus, 12
Melch. Guilandinus, 27
Nicod. Friſchlinus, 24
Paralipomenon ad Urſpergenſ. auctor 16
Paulus Jovius, 19
Paul. Langius, 15
Petrus Apianus, 13
Petr. Opmeerus, 41. 50
Petr. Ramus, 20
Philipp. Beroaldus, 9. 10. 12
Polydorus Virgilius, 17
Raphael Volaterranus, 12
Reinerus Reineccius, 27 not.
Sebaſt. Brant, 9. 10
Sebaſt. Munſterus, 14
Steph. Forcatulus, 20
Theodor. Zwingerus, 16
Thomas Garzonius, 20

Auctores Neoterici pro Moguntinis, i. e. Hadr. Junio juniores.

Adelarius Erichius, 47 not.
Arnold. Rayſius, 47
Britannicarum Antiquitatum auctor, 47
Chriſtoph. Beſoldus, 47 not.
Chriſtoph. Helvicus, 42
Chriſtoph. Leheman, 47 not.
Chronici Eccleſiaſtico-Politici auctor, 47 not.

Clau-

Claudius Clemens,	47	not.
Daniel Otto,	47	not.
Daniel Pareus,	47	not.
Dionyſ. Petavius,	42	
Elias Reuſnerus,	47	not.
Ferreolus Locrius,	45	
Gabr. Naudæus,	46, 47	
Georg. Draudius,	46. 47	
Henr. Salmuth,	42	
Henr. Spondanus,	42	
Horat. Turſelinus,	42	
Jac. Bornitius,	47	not.
Jac. Gualtherus,	47	not.
Jo. Barclajus,	47.	not.
Jo. Buſæus,	47	
Joan. Chapeauvillius,	47	not.
Jo. Cluverus,	47	not.
Jo. de Colle,	47	
Jo. Heidfeldius,	47.	p.14
Jo. Jac. Friſius,	47	
Jo. Serræus,	47	
Jo. Wolffius,	47	not.
Jul. Cæſ. Bulengerus,	45	
Nicol. Doliönus,	47	not.
Nic. Seratius,	46	
Petrus Heigius,	47.	not.
Petr. Matthæus,	47	
Sebaſt. Verronius,	47	not.
Sethus Calviſius,	47	
Wenceslaus Sturmius,	47	not.
Wilhelm. Dilichius,	47	

Nn 5 Au-

Auctores, qui pro Harlemenſibus teſtantur.

Aubertus Miræus, 32
Franc. Sweertius, 32
Gaſpar Barlæus, 37
Hadr. Junius, 27
Jo. Henr. Alſtedius, 40
Jo. de Laet, 39
Jo. Sukenus, 50
Marcus Zuetius Boxhornius, 35
Matthias Quadus, 32
Petr. Bertius, 35
Petr. Montanus, 32
Petr. Scriverius, 33
Valer. Andreas, 31

Dubii & ambigui, qui *Harlemenſium* meminerunt.

Adrianus Romanus, 31
Andr. Schottus, 33
Franc. Haræus, 39
Herm. Hugo, 39
Jac. Middendorpius, 31
Jo. Iſacius Pontanus, 40
Laur. Beierlinck, 32
Ludov. Guicciardinus, 31
Martin. Zeilerus, 33
Simon Majolus, 33
Thomas Lanſius, 33

Index Typographorum, Bibliopolarum & Correctorum, qui in hoc opore memorantur.

Adam Petri, 22. 86
Adolph. Riſchius, ſive Ruſchius, 8. 22. 85
Aldus Manutius Senior, 15. 21. 91. 97
Aldus Manutius Junior, 92. 98.
Ambroſius & Aurelius Frobenii, 85
Andreas Wechelus, 87
Angermarii, 97
Anton. Gryphius, 21. 90
Anton. Hierat, 95. 100
Ant. Koburger, 87
Ant. Winter, 86
Arnold. Birckman,
Arn. Guil. Brocarius, 89
Arnold. Pannartz, 84
Arnold. Quentelius, 94
Auguſtinus Dodo Corrector, 100

Bal-

Balthaſar Moretus, 95
Bernardus Gualtherus, 95
Bergeri, 97
Belleri, 95
Briæi fratres, 103
Chqüet, 97
Chriſti. Wechelus, 97
Chriſto. Froſchovver, 86
Chriſto. Plantinus, 31. 94. 101.
Ciera Venetus, 97
Claudius Marnius, 87
Clem. Schleich. 86. 87
Conr. Finer, 88
Conr. German, cogn. Swenhem, 17. 18. 22. 24
Conr. Denckmuth, 45. 88
Cornel. Liſerius, 97
Creſpin, 97
Dominicus Baſa, 98
Egenolph. Emmelius, 87
Erhardus Rodolff de Auguſt. In addition.
Eucharius cervicornus, 94
Eucharius Silber, 83
Fiſcherus, 87
Franciſcus Fradinus, 90
Franciſcus Raphelengius, 94
Franciſc. Stephanus, 21
Franciſcus Ziletus, 99
Georgius Mittelhus, 89
Georg. Ludov. Frobenius, 97.
Gerwinus Calenius, 93
Godfridus Hittorpius, 93
Georg. Willerus, 105
Giolitæ, 97
Groſii, 97
Guilielm. Morellius, 94
Hadrianus Turnebus, 94
Hanſon Hamman, 45. 82
Henr. Hondius, 97. 102
Henr. Petri, 86
Henr. Quentel, 45
Henr. Steph. Senior, 90
Henr. Stephanus Nepos, 21. 92. 97
Hermannus Mylius, 95
Hier. Commelinus, 93
Hieron. Frobenius, 85
Horatius Cardon, 90
Hugo à Porta, 90. 115
Jacobus Sacon, 83
Janſonius, 97. 102
Imberti, 97
Jodocus Badius, 89. 93
Jo. Amerbachius, 85. 86 93
Joan. Aubrius, 87
Joan. Bellerus, 95
Joan. Brocarius, 113

Joan.

Joan. Blaev, 97
Jo. Fauſtus, 14.15.16.41
Joan. Frobenius, 15.22.86.97.100
Jo. Gensfleiſch, 9.16
Jo. Gutenberg, 7.8.12
Jo. Gymnicus, 95
Jo. Hervagius, 86
Joan. Kinkius, 95
Joan. Krebſius, 94
Jo. Limburgus, 88
Joan. Manthen de Gerresheim,
Jo. Medinbach, 14
Jo. Mentel, 8.22.85
Joannes Moretus, 95
Jo. Oporinus, 22.86.95.96
Joan. Parvus, 89
Joan. Petrus, 86
Jo. Phil. de Lignamine, 84
Jo. le Preaux, 9.22.85
Jonas Roſa, 87
Joſias. Ribelius, 97
Juo Scheffer, 22
Juntæ, 97
Landryus, 97
Lazarus Zetznerus, 97
Leonardus Hol, 88
Levinus Hulſius, 103
Ludovicus König, 97
Martinus Flaccus, 8.85
Martinus Nutius, 94
Maternus Cholinus, 95
Matthæus Merianus, 103
Matthias Schurerius, 8.15.85
Michael Vaſcoſanus, 95
Miſſarinus, 97
Muſchius, 97
Nicol. Baſſæus, 87
Nicol. Epiſcopius, 85
Nicol. Henrici, 97
Nic. Jenſon, 18.22.45.82
Nicol. Kesler, 45.85
Nicol. Laurent. 84
Nivellius, 97
Octavianus Scotus, 45.82
Paulus Manutius, 92.97
Petrus Drach, 88
Petrus Henningus, 95
Petrus Kopfius, 87
Petrus Quentelius, 94
Petrus Paulus Porrus, 99
Petrus Perna, 86
Petr. Schoeffer, 7.15.22
Pratus, 97
Proſtius, 97
Richard. Paffradius, 89
Robert. Stephanus, 21.92
Rovillius, 97
Rulandius, 97

Rut-

Rutgerus Reſcius, 89.93
Salamandra, 97
Schonwetter, 87
Schureri, 97
Sebaſt. Cramoiſy, 97
Selfiſch, 97
Servatius Saſſenus, 89
Simeon Nicolaus Nardus, 98
Simon Colinæus, 96
Simon Melangius, 96
Sonnius, 97
Sigiſm. Feyrabendt, 87
Sixtus Ruſinger, 8.15 22.84
Stephanus Arnoldi, 88
Steph. Doletus, 93
Stoer, 97
Theodoricus Martinus, 89
Thomas Anſelmus, 15
Thomas Wolfius, 22.85.16
Tornæſius, 21. 90
Valgriſius, 97
Vignon, 97
Vlricus Han, 3. 8. 13. 17. 22
Vlricus Zellius, 38. 82
Willeri, 97

Correctores aliquot celebriores.

Antonius Ghesdalius, 96
Comelius Kilianus, ibid.
Eraſmus Roterodamus, 97
Franciſcus Harduinus, 96
Fridericus Silburgius, 96
Joan. Ant. Bergell. 96
Michael Fernus, 96
Nicolaus Gerbelius, 96
Ortuinus Gratius,
Petrus Trecius, 97
Sigiſmundus Gelenius, 96
Theodorus Pulman, 96
Victor Giſelinus, 96

Dis-

p. 1

DISCVRSVS
ſive
DISSERTATIO
DE
ARTIS TYPOGRAPHICÆ INVENTIONE.

Celebris & famigerata inter quosdam magni nominis in republ. literaria viros controverſia eſt, de impreſſoriæ artis inventione, maxime quo ad auctorem & locum, tum ipſum quoque tempus, quo primitus in lucem edita fuit, de quibus omnibus, aliisque hujus artificii circumſtantiis & connexis, diverſæ extant diverſorum ſententiæ & traditiones, quas in veritatis ejusque amantium gratiam poſt alios, qui idem ante hac tractarunt argumentum, aliquanto penitius ad examen ac trutinam revocare, & operæ pretium & eruditorum cura dignum cenſeo, eaque de cauſa non pigebit horulas aliquot huic rei dicare. Quid enim magis convenire poſſit homini literis dedito & librorum curioſo, quam id ſerio agere, ne de tam præclari & prorſus divini artificii veris & genuinis repertoribus dubitare deinceps ipſemet aliique poſſint. Divinum, inquam, hoc artificium cenſeo, quo de cetero cautum & proviſum eſt, ne vel temporum injuria, vel

qui-

quicunque alios caſus lucubrationes doctorum hominum intercipiat, & poſterorum notitiæ invideat, quod pleriſque retro auctoribus accidiſſe, æternum lugemus, qui bonas literas æſtimamus. Ut autem ſine prologi prolixitate rem ipſam aggrediar, a) breviter recenſebuntur quorundam opiniones, qui vel Germanis inventæ hujus artis gloriam invidentes, ad exteros illam deferunt, vel alios eidem inventores, alia loca in ipſa Germania aſſignant, ut deinceps Harlemenſium cum Moguntinis ſerotinam controverſiam accuratius expendamus. Horum enim litis ſi non dirimendæ, ſaltem examinandæ ergo, potiſſimum hoc quicquid laboris eſt impenſum eſto.

CAP. I.

Diverſæ opiniones de inventione Typographiæ, deque illis judicium.

b) Principio igitur antiquiſſimum hoc typorum inventum facit *Pomponius Lætus*, qui *Saturno* illud tribuit auctoritate falſo accepti & explicati loci è S. *Cypriani* de Idolis libro deſumpti, qui talis eſt: *Saturnus literas imprimere & ſignare nummos in Italia primus inſtituit.* Adſtipulatur *Pomponii* ſententiæ, quamvis ejus nominatim non meminerit *Gilbertus Cognatus* Lib. 3. Sylvæ narrationum, ita enim p. 244. *Saturnus falcis inventor, inquit, literas etiam in Latium intulit,*

a) Propoſitio. b) 1. *Saturnus*.

lit, eaque imprimere docuit, *teſte* Cypriano *martyre. Denique ſignare nummos in Italia primus inſtituit, qua Latium de latebra ejus nomen accepit, & ruſticitatis cultor fuit, unde falcem gerens pingitur.* Eandem fere de literarum impreſſione repetit p. 278. qui locus infra reddendus eſt. c) Alii, inter quos principes ſunt *Jovius* & *Hieron. Oſorius*, lib. 11. de rebus geſtis *Emanuelis*, Luſitaniæ regis, ad Chinenſes hujus artis repertionem deferunt; * quos longe antequam apud Europæos innoteſceret libros impreſſiſſe, licet diverſo à noſtris moribus ritu contendunt, qua de re libet luculentum *Angeli Roccha* locum adſcribere ex appendice operis de Bibliotheca Vaticana: *Quamvis autem impreſſoria hujus generis ars* usque ad verba: *alia id genus permulta.* (vid. ſupra pag. 297.) Nec dum prodierat ſcribente *Roccha Nicolai Trigaultii* Hiſtoria de Chriſtiana expeditione apud Sinas à Soc. Jeſu Patribus ſuſcepta, qui de Sinenſium typographia & ipſe teſtis autoptes

c) 2. *Chinenſes.* * Qui Chinenſibus Typographicæ artis uſum & ſcientiam longe ante Europæos adſcribunt, præter jam nominatos hi fere ſunt: *Maffejus* in Hiſt. Indiæ Orientalis lib. VI. pag. 256. *Garſias ab Horto* lib. I. Aromatum apud Indos naſcentium cap. 38. *Joannes Barrus* in Aſiæ deſcript. Lib. 9. dec. 1. c. 1. *Guilandinus* de Papyro membr. 26. n. 8. *Guido Pancirolus* tit. 12. rerum noviter inventarum. *Joan. Conſalvus Mendoza* &c.

toptes ſequentia prodidit lib. 1. pag. 19. *Typographia apud Sinas antiquior eſt aliquanto, quam apud Europæos: nam à quinque retro ſeculis certum eſt, ab iis uſu receptam, neque deſunt qui aſſerant, prius ea Sinas fuiſſe uſos, quam in hanc mortalitatem immortalis ſeſe Deus abjeciſſet. Verum a noſtra differt non parum, quæ Hieroglyphicis eorum characteribus ob multitudinem eſſet perdifficilis. Quanquam hodie in brevi aliqua tabula, characteres tabula levi ac enodi è pyro fere malove vel zizypho inſculpunt.* d) Tertia illorum opinio eſt, qui Themiſtaneos * novi orbis populum Typographiæ autores agnoſcunt, quorum anteſignanus videtur *Genebrardus* in Chronographia lib. 4. Eique quodammodo aſſentit *Thevetus*, cujus verba infra reddentur. e) *Theodorus Zwingerus* in magno Theatro ſuo Indis Cathaitanis hanc inventionem adſcribit, ita inquiens: *Typographiam uti & tormentariam artem apud Cathaitanos Indos antiquiſſimam eſſe teſtantur hiſtorici regionum nuper inventarum. Itaque verum eſt, quod* Ariſtoteles *inquit, nil prohibere, easdem artes à diverſis vel eodem vel etiam diverſo tempore citra ullam communicationem inveniri.* Sunt autem hi Cathai-

Oo tani,

d) 3. *Themiſtanei.* * Themiſtaneum ſive Themiſtitan eandem eſſe civitatem, quæ communiori notiorique nomine Mexicana vocatur, auctor eſt *Maginus* in Geographia ſua, in Americæ deſcriptione fol. 204. & *Petr. Montanus* in Mercatoris Atlante.

e). 4. *Cathaitani.*

tani, ſive ut alii vocant Cathajenſes, Chinenſibus ad Septentrionem vicini, ita ut proprie Indis annumerari non poſſint, quod obiter adjectum eſto. Ac dubito etiam, an non *Zwingerus* Chinenſes intellectos voluerit. f) Levior eſt *Antonii Campani* ſententia, quæ tamen quo minus numerum faciat non prohibeo, qui Gallis hanc gloriam perperam aſſignat, ut conſtat ex notiſſimo tetraſticho ejus infra referendo, deceptus amphibologia nominis *Udalrici Galli*, qui primus in Italiam hanc artem invexit, quem is à patria & natione ita appellatum credidit, cum eſſet familiæ nomen hominis è Germania oriundi. Is igitur *Ulricus* cognomen habens *Han*, quod Latine gallum gallinaceum ſignificat, ob iſtam primitivam in Italiam typographiæ illationem non à *Campano* tantum, ſed etiam ab aliis nonnullis primus ejus inventor habitus eſt, adeo ut ipſe etiam *Irenicus*, quod mireris eo in loco, ubi veros Typographices inventores refert, hunc *Ulricum* nihilominus ejus repertorem vocitet.

g) Quinta eſt *Wimphelingii* opinio cap. 65. Epitomes rerum Germ. qui Argentinenſes ſuos hac laude beat, ut ſtatim textum ejus relaturi videbimus. h) Septima opinio *Hadriani Junii* & *Petri Bertii* eſt, qui Harlemum Hollandiæ notiſſimam urbem Typographicæ artis

f) 5. *Galli.* g) 6. *Argentinenſes.* h) 7. *Harlemenſes.*

artis matrem agnoſcunt, quibus noviſſime *Petrus Scriverius* & *Marcus Zuerius Boxhornius* accedunt, acriter nec citra convitia & contumelias contra Moguntinos altercantes, i) qui octavam numero ſectam faciunt, eaque hactenus communior, & ſi quid in hac materia ſapio & capio, ſanior & veriſimilior ſententia eſt, quam etiam meo judicio ſolide tuetur in rebus Moguntinis ſuis *Nicol. Serarius*, Soc. Jeſu Presbyter, vir doctiſſimus, præterque ſolidam Theologiæ & linguarum peritiam de Hiſtoria quoque peculiariter & egregie promeritus; poſt quem tacere, quam ſcribere de iſto argumento ſatius fuiſſet, niſi illi ipſi, quos nominavi, teſtatam tot irrefragabilium teſtium aſſeveratione veritatem noviter oppugnare pergerent, quam tamen eo ipſo dum laceſſunt, ipſimet agnoſcunt & fatentur, cauſæque ſuæ vel inviti & alia omnia agentes prævaricantur, ut infra ſuo loco docebitur. * Miſſis igitur primis iſtis de Chinenſibus aliisque veteris novique orbis populis opinionibus, illam, quæ Hollandis cum Germanis de typorum inventione controverſia intercedit,

p. 4

 in-

i) 8. *Moguntini.* * Nona his addi poterit opinio, quæ à *Jo. Antonio Magino* in prædicto opere Geographico ſub Tit. deſcriptionis Tartariæ refertur, ubi tradit, eſſe qui affirmarent, in regno *Tangut* mille annis prius quam apud nos typographiam fuiſſe inventam.

In præſentiarum paulo accuratius rimari & expendere animus eſt. Nam quod de Saturno *Pomponius Lætus* perſuadere ſatagit, ſine omni dubio falſum eſt, poteſtque is videri Germanis noſtris pro ſuo erga patriam ſuam & antiquitatem ſuperſtitioſioris pertinaciæ affectu hanc illuſtratarum literarum tam nobili artificio gloriam invidiſſe, nec puto ejus rei aliud veſtigium extare apud ullum veterum ſcriptorum præter unum *Cyprianum*, qui ut Afer paulo durius illic ac alibi locutus, dextra explicatione hac in parte molliendus & explicandus venit. Non enim niſi valde improprie, & in ſignificatione abuſiva literarum in chalybe inciſarum & numis impreſſarum artificium ad typographiam pertinet, cujus etſi præludium aliquod videri poſſit, ad librorum tamen excuſionem unquam translatum fuiſſe nullibi veſtigium ſupereſt. Apud Chinenſes autem, Cathaitanos & Themiſtaneos an Typographia antiquitus fuerit, extra quæſtionem noſtram eſt, qui de ea inquirere propoſuimus, quæ *Frederico* III. Auſtriaco Imperante in Germania, ſeu ſuperiori ſeu inferiori inventa traditur. Præterea de prædictis populis tenendum eſt, quod quem memorantur illi olim habuiſſe hodieque etiam uſurpare libros conſcribendi citra miniſterium pennæ modum, proprie typographia dici non mereatur, quandoquidem de nullo illorum traditur, quod

ty-

typis ſigillariis, quales noſtris typographis in uſu ſunt, utantur, ſed integris tabulis excuſionem ſuam peragunt. Nec privata hæc opinatio mea eſt, ſed præter jam relatum *Angelum Rocchanm*, *Bertium* hac in parte adſentientem habeo, qui Sinenſium libros ſcribendi artificium *Typographiæ affine* nominat; nec dubito, pleroſque alios in eandem hanc ſententiam convenire. Ut interim taceam pleraque, quæ de prædictis populis quoad hanc artem referuntur fabuloſa videri, nec unquam mihi *Roccha*, vel autor ejus *Rogerius*, perſuadebunt, quadringentis ante Chriſtum ortum annis typographiam in Oriente uſitatam fuiſſe. Ac tralatitium fere eſt, populos pleroſque in ſuis rerumque ſuarum originibus tradendis ad vanitatem plus ſatis deflectere. *Paulus* certe *Venetus*, qui ante ſecula aliquot Cathajæ aliasque Eoi orbis provincias peragravit, nihil prorſus de hac arte meminit, non præteriturus illam, ſi vel auditione de illa & levi rumuſculo vel minimum cognoviſſet. *Campano* de Gallis jam obiter ſatisfactum eſt. *Wimphelingius* pro Argentinenſibus ſuis pronuncians infra audietur, ubi ſimul tres aliæ, ſed minus celebres parumque probabiles de loco inventionis diſſentientes ſententiæ referentur. Ante omnia igitur tenendum eſt, ante *Hadrianum Junium* Hornanum Batavum, Medicum & Philologum non parvi quidem nominis, nec tamen maxime

ubi de patriæ laudibus agitur, teſtem omni exceptione majorem, nullum repertum eſſe, qui Germanis ſuperioribus (Moguntini an Argentinenſes illi fuerint adhuc in medio relinquitur, poſtmodum, ut promiſi, excutiendum) de Typographia inventa quæſtionem moverit, eamque Harlemenſibus arrogarit, ſed potius multorum ac fere omnium, qui de hac re fecere aliquam in ſcriptis ſuis mentionem, teſtimoniis probatum eſſe, Germanis prædictis & non Belgis hoc cœleſtis muneris commentum imputandum eſſe, quæ paulo poſt ordine producentur. *Junius* autem ille anno orbis redempti 1512. natus eſt: climacterico enim magno ætatis anno, in Zelandia anno 1575 obiit, ita ut ſexaginta ad minimum anni inter illius viri nativitatem & typographiæ incunabula, quæ ad annum 1450 vel circiter communiter referuntur, interceſſerint. Hujus igitur *Hadr. Junii* ſolius teſtimonio & autoritate nituntur omnes reliqui, qui Moguntinorum laudibus obſtrepunt, isque viciſſim ſolas fere Harlemenſium fabulas in teſtimonium profert, cui ludicro rei feriæ fulcimini, reliquisque ejus aſſertionibus omni probabilitate & probatione hactenus deſtitutis quantum fidei tribui poſſit, contra totius ſeculi & amplius indubitatum & unanimem conſenſum, contra graviſſimorum ſcriptorum, magnamque partem oculatorum teſtium autoritatem; contra

tra ipſa denique evidentiſſima & etiamnunc
ſuperantia rerum teſtimonia, infra ſuo loco
trutinabimus. *Junius* igitur in Batavia ſua,
ubi laudum domeſticarum vocaliſſimum
præconem agit, id ita ſcriptum reliquit, ut
tamen non videatur ſuſtinuiſſe vivus in lu-
cem dare. Eſt enim opus illud poſthumum,
quod anno Dom. 1588. decimo tertio poſt
Junii obitum, ex Raphelengiana officina de-
mum prodiit, uti *Sweertius* in Athenis ſuis, ac
ipſemet Juniana editio teſtantur. Hæc præ-
mittere volui, ut æquus & veri ſtudioſus le-
ctor cognoſcat, quantum hujus unius aſſer- p.6
tioni tribuendum putet contra multas gra-
veſque maximorum virorum publicas affir-
mationes, qui *Junium* ætate ſuperarunt o-
mnes, bonam etiam partem ipſius inventæ ar-
tis in vivis fuerunt. Horum enim teſtatio-
nes, k) ut ordinem, quo progredi intendi-
mus, lector videat, præmittentur, eaſque *Ju-
nii* eorumque, quos partim in hac hæreſi ſua
ſequaces habet, aſſertiones, partim ſolummo-
do dubios & ſuſpenſos fecit, verba ſubſe-
quentur excepti viciſſim à recentioribus
non pauco numero, qui Batavicis iſtis com-
mentis non attentis veteri & veriori pro Mo-
guntinis ſententiæ firmiter adhærere perſe-
verarunt. Deinde ad Batavorum objecta re-
ſpondebitur, ac dicta quæ ipſimet ab ea parte

 pro-

k) *Partitio & ordo dicendorum.*

producti teſtes hac de re, ut cum JCtis loquar, deponunt, examinabuntur: ubi ſimul rerum teſtimonia ad novitiam illam ſectam tanto ſolidius retundendam proferentur, ac tandem de tempore, ac vero autore Typographici inventi tractatio lucubratiunculæ hujus colophon ſtatuetur, ita tamen, ut ſtrictim nonnulla coronidis loco attexantur de propagatione & exercitio tam præclaræ artis. Non indignabitur autem Lector benevolus, nec improbabit, tam numeroſa & denſa hujus rei à me citari & proferri diverſorum auctorum teſtimonia, dummodo probe animadvertat & conſideret omnem hanc controverſiam, utpote in facto & geſtæ rei circumſtantiis conſiſtentem, teſtium fidei potiſſimum inniti, quos tum hac de cauſa, tum ob ſequentem etiam tanto frequentiores examini lectorum ſiſtere conveniens & neceſſarium putavi, quod contemtius fere & abjectius Batavi de illis referre & cenſere ſoleant, imo utplurimum illis diſſimulatis, nonniſi Moguntinos nominare conſueverint, quaſi illorum ſola venditatio & opinio ab iſta parte fidem faceret, ac non potius tot ac talium è diverſis nationibus in omni eruditionis genere excellentium virorum, quos in medium producere accinctus ſum, auctoritate Moguntina cauſa fulciretur. Ne tamen lectoribus prolixior illa teſtimoniorum recenſio, forte tædio ſit, diverſitate ty-

po-

porum illa à reliquo textu diſtinxi, ut à volentibus tanto expeditius præteriri poſſint. Cæterum ne prædictis anſa cavillandi hoc ipſo præbeatur, viciſſim omnes illos, quos hactenus reperire potui, qui Harlemenſium cum de typorum inventione agitur, vel obiter meminerint, ordine retuli, & exhibui omnes; quó ipſo etiam lectoribus conſtare & notum fieri cupio, me nonniſi bona fide in præſentis negotii pertractatione verſatum eſſe.

CAPUT II.

Auctoritates & Teſtimonia veterum, qui ante *Hadrianum Junium* vixerunt & ſcripſerunt, typographiam Moguntiæ inventam eſſe affirmantium.

I) Primus igitur in arenam prodeat IOANNES TRITHEMIVS, Spanhemenſis Abbas, graviſſimus in rerum German. hiſtoriis auctor, qui A. 1461. ut ipſemet ſcribit in Chronico Spanheimenſi, non autem 1462. ut vult *Bucholtzerus* in Indice Chronol. nec 1460. ut *Henr. Pantaleon* in vitis Germanorum adnotat, lucem adſpexit, ac puero etiam tunc *Junio* ſenex deceſſit A. 1519. æt. 57. ut ſcribit *Bellarminus* de ſcript Eccleſ. ſeu verius 58, ſi de natalitio anno ipſimet *Trithemio* credimus. Apud illum in dicto Chronico ſequentia leguntur

I) 1. *Joan. Trithemius.*

ad ann. Chr. 1450. *His quoque temporibus ars imprimendi* &c. (vid. ſupra pag. 311 ſq.) Alter ejusdem *Trithemii* locus eſt in Epiſtolis ejus familiaribus Epiſt. 48. (Ita *Serarius*, in editione *Marquardi Freheri* Lib. 2. Epiſt. 1. eſt) ubi ait: *Ars quam impreſſoriam vocant* &c. (vid. ſupra pag. 264.) Tertius denique ejusdem huc faciens locus lib. 1. Exhortatt. hom. 7. de labore Monachorum manuali talis eſt: *Induſtria quidem impreſſoriæ artis noſtris diebus nuper apud Moguntiam inventa, multa quotidie volumina producit in lucem.* Hæc *Trithemius*: m) quem proxime ſubſequi volumus *JACOBUM WIMPHELINGIUM* ut ætate fere ſupparem, ita autoritate & Germanicarum rerum notitia non inferiorem, qui cap. 65. Epitomes ſequentia tradit. Nec enim piget integrum locum adſcribere, licet notiſſimus ſit, eo quod plerique, qui deinceps Typographices ejusque inventionis meminerunt, *Wimphelingii* hujus teſtimonio & autoritate potiſſimum nitantur. *Anno Chriſti* 1440. Frederico *III. Rom. Imperatore regente magnum quoddam ac pene divinum beneficium collatum eſt univerſo terrarum orbi à* Joanne Gutenberg *Argentinenſi novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam (quam Latiniores excuſoriam vocant) in urbe Argentinenſi invenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter complevit. Interea* Joannes Mentel *id opi-*

m) 2. *Iacobus Wimphelingius.*

opificii genus inceptans, multa volumina caſtigate & polite Argentinæ imprimendo factus eſt brevi opulentiſſimus. Huic ſucceſſit Adolphus Ruſchius, *mox* Adolpho Martinus Flaccus, *qui & ipſi Argentinenſes in natali ſolo cum laude & gloria hanc artem exercuerunt. Is eſt ille* Martinus Flaccus, *qui dum in humanis eſſet junctus affinitate fuit noſtro* Matthiæ Schürer, *homini ſane docto, probo & integro, cujus quotidiano convictu, aſſidua familiaritate ac conſuetudine chariſſime* Thoma (*ita alloquitur* Thomam Wolffium *Iuniorem, cui opus illud inſcripſit*) *& valde recrearis & mirificam voluptatem capis. Nec ſolum noſtri in hac arte Argentinæ floruerunt, ſed eandem etiam alibi tractantes & decus & emolumentum ſunt conſecuti. Ita* Sixtus Ruſinger *Argentinus Neapoli A.* 1471. *libros quomodo imprimi poſſint primus monſtravit, ob quod factum* Ferdinando *regi & Neapolitanæ nobilitati chariſſimus extitit. Huic ſæpe ab ipſo rege Epiſcopatus & ampliſſimæ dignitates oblata ſunt. His omnibus patriam Argentinam præferens ad nos conceſſit, eſtque hodie vita ſuperſtes vir ob dignitatem ſacerdotalem & ſenium reverendus. Præterea* Udalricus, *cognomento* Han, *ſub idem ferme tempus formas librarias, rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, Romam attulit. Fuit is natione Germanus, cui cognomentum (ut dixi) erat* Han, *id latine gallum gallinaceum ſignificat. Hoc ideo ſcribo, quia* Campanus *& aliquot docti exiſtimaverunt, hunc* Udalricum *natione Gallum fuiſſe, quod plane falſiſſimum eſt. Is tamen error ideo emanavit, quod cognomen* fa-

familia traductum fuit in latinum, quod Hermolao Barbaro *auctore nunquam fieri debet. Nomina enim & cognomina oppidorum propria, ſicut hominum quaecunque lingua retineri ſolent. Itaque* Udalricus Han *cum hoc divino opificio rem literarum ex inopia ad ingentem ubertatem produxiſſet.* Antonius Campanus *in illum jocatus hoc tetraſtichon edidit: Anſer Tarpeii &c.* (vid. ſupra pag. 175.) *Non eſt praetereundus* Joannes Prus, *municeps noſter, qui hanc artem hodie in urbe Argentina diligenter excolit, qui infinita volumina ſtudioſis legenda dedit. Multi ſummi & celebres viri hoc impreſſorium munus laudaverunt, ut* Polydorus Urbinas, *ut* Beroaldus *praeceptor meus. Is in quadam oratione ſua: Quid, inquit, ingenioſius inventum, quam literaria impreſſoria, vel ut latinius loquar, excuſoria, qua nihil utilius. Et alibi idem* Beroaldus *in quodam hendecaſyllabo: O Germania &c.* (vid. ſupra pag. 173.) *Non piguit in praeſentia eos, qui calcographiam vel invenerunt, vel illuſtrarunt memorare. Non ſunt enim tanta rei autores ſua laude fraudandi, praeſertim ut poſteritas ſciat, quibus hoc divinum & immortale munus acceptum referre debeat.* Haec *Wimphelingius* circa an. 1502 vel 1504 aliquot annis ante natum *Hadrianum Junium* ſcripſit, cujus etiam locus adſcribi debet è catalogo Epiſcoporum Argentinenſium, vel ideo, quod illic quodammodo ſe corrigere videtur in illis, quae de *Gutenbergio* affirmaverat: *Sub hoc* Roberto (Epiſcopo ſtirpis Bavaricae) *nobilis ars impreſſoria* &c. (vid. ſupra p. 174.)

n) Huic

n) Huic tertium adjungo CONRADUM
PEUTINGERUM JCtum Auguſtanum *Friderici* III. *Maximiliani* I. & *Caroli* V. Imperatorum
conſiliarium virum ut raræ ſuo ævo eruditionis, ita etiam nunc apud memorem poſteritatem celeberrimi nominis, qui in ſermonibus convivalibus ſuis, (pag. 17. ſeq. ed. Argent. in 4.) præmiſſis *Conradi Celtis* & *Sebaſtiani Brandi* de Typographia Moguntiæ inventa teſtimoniis (quæ infra ſuo loco referemus) ita infit: *Movit mihi ſtomachum* &c. (vid. ſupra p.
266.) Hactenus ex *Peutingero*, cui o) quar- p. 10
tum ſuccedere facimus JOANNEM NAUCLERUM, Præpoſitum Tubingenſem, luculentiſſimum hiſtoriæ univerſalis autorem, qui ſub generatione 49. (ita enim illi opus ſuum partiri placuit) ſequentia habet: *Circa annum Domini* 1440. Friderico *III. regnante* &c. (vid. ſupra pag 329.) Hactenus *Nauclerus*, qui inventorum typographicorum tempore vixit, utpote ipſo an. 1550. *Eberhardo* Wirtenbergico ſuæ poſtmodum familiæ Duci primo rector ſeu ephorus in adoleſcentia ejus datus. p) Succedat huic quintus SEBASTIANUS BRANDUS ARGENTINENSIS, vir doctiſſimus & poëta, ut illa ferebant tempora, non infelix, cujus hi ſunt de excuſoria ſuo tempore inventa arte verſus: *Nuper ab ingenio*

n) 3. *Conradus Peutingerus.* o) 4. *Joan. Nauclerus.*
p) 5. *Sebaſt. Brandus.*

nio &c. (vid. ſupra pag. 319.) Quæ de Germano hic ingenio & Rhenana gente ait, dubito an de Argentinenſibus ſuis (fuit ejus urbis civis & Syndicus) an vero Moguntinis intelligi velit: certe de Batavis illum nec ſomniaſſe certus ſum. *Brandus* hic ſive *Titio*, ſub annum 1458 natus, anno 1520 ſexagenario major deceſſit. q) Huic ſexto loco Poëtam poëtæ addo CONRADUM CELTEN, primum qui è German. gente tempora lauro Apollinea cinctus fuerit, is autem lib. 3. amorum, eleg. 3. ſequenti diſticho Rhenum alloquitur:

Jamque Moguntiacam vaſtus te flectis ad urbem,
Quæ prima impreſſas tradidit ære notas.
Qualem ego te memorem? talem, qui invenerit artem,
Italicis Grajis plus memoranda viris.

Ejusdem rei idem ſcriptor lib. 2. amorum Elegia 1. memineratiis verſibus, qui non minus ac præcedentes hic legi digni ſunt:

Mens mihi Rhenanam fuerat deſcendere ad urbem,
Cui Cia cum Mogano nomina clara dabant.
Quæ docuit ſpretis Germanos ſcribere pennis,
Cernitur ut pulchris litera preſſa notis.

Iſtæ

q) 6. *Conr. Celtes.*

Iſtæ autem *Celtis* de amoribus ſuis elegiæ Viennæ prodierunt anno 1502, decimo ante natum *Hadrianum Junium* anno, ipſeque author haud ita diu poſt an. 1508. ad plures ex hac vita abiit fere quinquagenarius. Ejusdem *Celtis* de hac re teſtimonium extat apud *Irenicum*, qui de illo ait: Celtes *Moguntia primum excuſas has notas ſcribit his verbis: Ex altera autem Mœni ripa, ubi Francofordia & Aſciburgum urbes monteſque è regione Moguntia urbis, quæ prima ſculpſit ſolidos ære characteres & verſis docuit ſcribere literis.* His ſuccedat triga Italorum *Volaterranus, Sabellicus & Fulgoſus*: r) BEROALDUM enim jam in ſuperioribus in *Wimphelingii* teſtimonio relatum, ne actum agam, prætermitto, cui tamen ſeptimum inter teſtes locum æquus lector non negabit. s) VOLATERRANI autem verba lib. 33. Anthropologiæ hæc ſunt: *Sed jam divina providentia* &c. (vid. ſupra pag. 275.) Hic *Raphael Maffæus* (leg. *Volaterranus*) Moguntiæ quidem expreſſim non meminit, uti neque primi in Germania inventoris, ſed propoſitum mihi eſt illorum omnium quotquot quidem in præſentiarum conquirere poſſum catalogum contexere, qui ita typographicæ artis mentionem faciunt, ut generatim ſaltem ad Germanos illam referant, ſine Batavorum aut Harlemi memoratione. Quicunque enim veterum ante *Junium* in Ger-

r) 7. *Phil. Beroaldus.* s) 8. *Raph. Volaterranus.*

Germania repertam fuiſſe typographiam ſcripſerunt, quin de Rhenanis, & iis quidem ſuperioribus intelligi debeant, nemo vel ex ipſis Batavis contradixerit. t) SABELLICUS autem Ennead. 10. lib. 6. propius rem tetigit, cujus verba hæc ſunt: Per idem tempus (*agit autem de Maripetri Ducis Veneti imperio, qui* Calliſto III. *ſummo Pontifice rerum illic potitus eſt, ac ſub* Pio II. *obiit*) libraria impreſſio &c. (vid. ſupra pag. 312. ſq.) *Sabellicus* hic quo ævo vixerit notiſſimum, obiit enim anno ſal. 1507. æt. 70. ut *Leander*, *Albertus* & *Abrah. Bucholcerus* teſtantur. u) BABTISTA FULGOSIUS, is qui an. 1483. Genuæ principatu *Pauli* patrui ſui ſcelere dejectus eſt, typographicæ inventionis lib. 8. factor. & dictor. memor. cap. 11. ex *Camilli Gillini* interpretatione ſequentibus meminit: *Omnem mechanicæ artis effectum*, &c. (vid. ſupra pag. 308. ſq.) x) Obiter hic inſerere liceat LAURENTII VALLÆ de hujus artis inventione tetraſtichon (extat in Operum ejus an. 1540. Baſil. impreſſorum frontiſpicii opiſtographo) uti omnium antiquiſſimi, qui ejus meminiſſe reperiatur, vel ſaltem, quod nemo negaverit, Sipontino & Aprutino præſulibus ſynchroni, obiit autem Romæ An. 1465. *Abſtulerat Latio* &c. (vid. ſupra pag. 510.) Sed cis Alpes jam reverti aliquan-

p. 13

t) 9. *M. Anton. Sabellicus.* u) 10. *Bapt. Fulgoſius.* x) 11. *Laur. Valla.*

quando oportet, ut reliqua Germanorum teſtimonia videamus, y) è quibus ANDR. ALTHAMERUS in ſuis ad *Taciti* Germaniam Commentariis, ad illa verba: *Literarum ſecreta viri pariter ac feminæ ignorant*: At quem fugit, inquit, quanta interim &c. (vid. ſupra pag. 265.) z) Huic in ordine decimus tertius ſuccedit PETRUS APIANUS tanti in re mathematica nominis, ut etiam *Carolum* V. jam tunc Imperatorem & domandæ Germaniæ intentum meruerit habere diſcipulum, p. 14 qui lib. 2. Coſmographiæ ait: *Moguntia limes altæ & Baſſæ Germaniæ, in qua laudabilis illa & utiliſſima ars impreſſoria circa annum Domini* 1453. *per* Joannem Fauſtum *inventa eſt*. a) Huic alterum ſuccenturiabo Coſmographum SEBASTIANUM MUNSTERUM, cujus hæc de re verba è cap. 159. lib. 3. prout è Germanico illa tranſtuli (latinus enim textus cum hæc commentarer, ad manum mihi non erat) ita habent: *Ab ann.* 1440. *usque ad A.* 1450. *nobilis imprimendi ars* &c. (vid. ſupra pag 460 ſq.) Hæc *Munſterus*, b) cui HULDRICUM MUTIUM plena hiſtoricorum Pleiade comitatum ſuccedere facio, qui lib. hiſtoriarum ſive Chronici ſui German. 28. hanc rem ita narrat: *Hoc tempore bombarda à Germanis ſunt inventa*, &c. (vid. ſupra pag. 330.) Is *Mutius* an.

Pp 1539.

y) 12. *Andr. Althamerus.* z) 13. *Petrus Apianus.* a) 14. *Seb. Munſterus.* b) 15. *Huldr. Mutius.*

1539. hiſtorias ſuas *Euſtathio Quercetano* Philoſopho & Medico Gello inſcripſit, c) fuitque eodem fere tempore JOANNES AVENTINUS, qui ſub Boicorum annalium nomine omnis fere Germaniæ res geſtas & antiquitates complexus, & de Typographia libro ſeptimo, (p. 512. ed. Francof. 1627. fol.) quæ
p. 15 ſequuntur refert: *Hoc anno* (1450) *magnum ac vere divinum beneficium* &c. (vid. ſupra pag. 330 ſq.) d) Poſt *Aventinum* Synchronus ejus PAULUS LANGIUS, Citizenſis chronici auctor audiatur, cui uti *Trithemii* familiari, diſcipulo & laborum ſocio in rei literariæ hiſtoria plurimum fidei tribui oportere cenſeo. Is igitur ad an. 1454. ita narrat: *Circa id tempus ars imprimendi libros* &c. (vid. ſupra pag. 318. ſq) Meminerit Lector, quos refero autores, loci probandi ergo in medium produci. Nam ipſos inventores varie confundunt, & diverſos de illis errores narrant. Addit de-
p. 16 inde *Langius Campani* & *Sebaſtiani Brandi* verſus ſuperius jam relatos. e) JOANNES CARION in Chronico à *Melanchthone* aucto & continuato hujus impreſſorii negotii ſequentibus mentionem facit: *Anno quadrageſimo ſupra mille quadringentos, eo ipſo ſcilicet, quo imperium iniit* Fridericus, *inventum eſt ſagacitate & ſolertia Germanorum artificium typographicum excudendi libros*

c) 16. *Jo. Aventinus.* d) 17. *Paulus Langius.* e) 18. *Jo. Carion* ſeu *Phil. Melanchthon.*

bros characteribus ex metallo nigri cinereique, plumbi, æris & ſtibri conflatis; Moguntia primos codices excudente. f) Nec prætermittendus eſt AUCTOR PARALIPOMENON ad *Urſpergenſis Abbatis* Chronicon, qui tamen bona fide *Wimphelingium* tranſcripſit (ideo eadem repetere ſupervacaneum eſt) ipſiſmet ejusdem verbis ubique retentis, niſi quod quæ hic ad ann. 1440. illa ad 1446. (poteſt tamen in numerum error irrepſiſſe) refert, quod ideo adnoto, quia inter cætera de tempore inventionis calcographicæ infra diſquirendum erit. Porro recentior aliquis, ut diverſitate typorum videtur editor voluiſſe indicare, ad iſta Paralipomena hæc adjecit (pag. 309. edit. Argent. 1609. fol.): *Alii volunt* Joannem Fauſtium *primum Moguntiæ inveniſſe.* Wimphelingius *in Catalogo Epiſcoporum putat Argentoratenſem civem incomplete inveniſſe, deſcendiſſe vero Moguntiam ad alios quosdam in hac arte inveſtiganda laborantes ductu cujusdam* Jo. Gensfleiſch *ex ſenio cæci in domo Boni montis zum Gutenberg, in qua completa eſt hæc ars. At præſente urſo non opus eſt quærere veſtigia, ut habet proverbium.* Hactenus ille. g) JOANNES FUNCCIUS, cujus integrum opus chronolog. an. 1554. 4. Baſileæ prodiit, ad an. 1440: *Ars imprimendi libros Moguntiæ inventa à* Jo. Fauſtio *vid.* Maſſeum: *quidam* Gu-

f) 19. *Auctor Paralip. ad Urſpergenſem.* g) 20. *Jo. Funccius.*

tenbergium *vocant & Argentinenſem civem fuiſſe tradunt, alii aliter: Moguntiæ tamen primum prelum fuiſſe certiſſimum eſt.* h) THEODORUS ZWINGERUS in laborioſiſſimo ſuo Theatri vitæ hum. opere volum. 19. lib. I. p. 3196. hanc rem ita exequitur, ut *Aventini* & *Sabellici* teſtimoniis (illa ſuperius vidimus) præmiſſis, *Petri Rami* aſſertioni potiſſimum inniti videatur, quæ apud illum extat in procemio lib. 2. Scholarum mathem. *Typographia*, inquit, *inventio videtur in* Purbachii *tabulis ad* Joannem Regiomontanum *referri, inter cujus opera ſaltem tentata ars illa mirifica literarum efformatrix appellatur. Neque Chronologia repugnat, cum primum Typographiæ exemplum Moguntiæ editum ſit anno* 1466. *à* Petro Gerneſo *puero* Joannis Fuſtei, *ut conſtat è Ciceronis officiis, quæ prima omnium librorum videntur typis æneis impreſſa. Horum exemplum* Petrus Ramus *habet in membrana impreſſorum: quæ ad finem hanc adſcriptionem continent* (illa hic omittitur infra ſuo loco reddenda.) *Hæc adſcriptio*, pergit Zwingerus, *tempus indicat libri typis primum impreſſi. Ita ars artium omnium conſervatrix typographia è Mathematicis Germaniæ primum nata videtur. Idem* Zwingerus *deinde pag.* 3199. *ait: Germani artem tormentariam & typographicam univerſo chriſtiano orbi communicavere, Egnatius lib.* 8. *cap.* 11. Porro *Zwingeri* hujus
p.17 Theatrum prodiit Baſileæ apud *Frobenios* fratres.

h) 21. *Theod. Zwingerus.*

tres anno 1571. i) Jam ad FRANCISCUM IRENICUM veniamus, celebrem German. rerum Exegeten. Is lib. 2. Exegeſeos cap. 47. allegatis *Polydori Virgilii* & *Philelphi* (de quibus mox videbimus) tum *Pomponii Lati*, *Campani*, *Celtis*, *Peutingeri*, *Beroaldi* autoritatibus, quibus ex parte contradicit & refutationem opponit, inter alia ſic ſcribit: Campanus *quoque ignorantia nominis inventoris lapſus eſt. Fuit enim nomen repertori* Udalricus Han, *qui cognomen in Latinum verſum Galli ſive Gallinacei accepit.* Campanus *verò nomine deceptus artis illius inventorem natione Gallum exiſtimabat, unde in illum ſic jocatus eſt illo tetraſticho:* Anſer Tarpeji *&c.* Peutinger *vero &* Polydorus, *uti ſupra, Germanum nomine* Petrum *apud Moguntinos artem excogitaſſe ſcribunt, unde* Conradus *idem Germanus excuſa exemplaria Romam prius detulit. Re autem vera autor ſua laude defraudatus eſt. Anno enim Dom. MCCCCLX.* (ita in primordiali editione, quæ an. 1518. cum *Leonis* X. privilegio prodiit, numerus corruptus eſt, verum iſtud mendum editio anni 1570, quæ Brubachiorum hæredum typis Francofurti prodiit, è medio removet, illa enim 1440 habet) *ſub* Friderico *III. à* Joanne Gutenbergio *Argentinenſi ars illa inventa eſt in urbe Argentina, unde proficiſcens Moguntiam &c.* Quæ enim ſequuntur, ut pleraque alia, è *Wimphelingio* depromſit. Et deinde: *Alii in prædio Alſatia*

i) 22. *Franc. Irenicus.*

tia Ruſſenburg *inceptam primitus hanc artem fuiſſe ſcribunt, quod à ſono imprimendorum librorum dixerunt. Maguntiam primitus impreſſos libros detulerunt, unde fama, illic repertam fuiſſe hanc artem. Scripſit de hac arte epiſtolam honeſtiſſimam* Nicolaus Sipontinus *Epiſcopus ad* Franc. Guarinum. (ita corrupte ab *Irenico* vocatur cum verum ejus cognomen *Guarnerius* ſit) . Hanc autem epiſtolam *Peretti*, quia in ſequentibus producere mihi propoſitum eſt, hic conſulto prætermitto: verum ne Germanis potiſſimum, hoc eſt, domeſticis teſtibus niti videar, Italis illis, quos ſupra jam retuli, reliquos adjicio, quis enim accuratam alicujus ordinis obſervationem in hujusmodi recenſione exigat aut ſervet? k) Illorum agmen ducat POLYDORUS VIRGILIUS Urbinas, qui de rerum Inventoribus Lib. 2. cap. 7. ſcribit: *Fuit illud igitur omnino magnum mortalibus munus* &c. p.18 (vid. ſupra pag. 241. not.) *Itaque* Joannes Gudenbergius *natione Teutonicus, equeſtri vir dignitate* (ita editio Storriana, verum in antiquis *Petrus* non addita cognominis notione vocatur, atque hoc modo nominatim habet editio Argentinenſis *Matthiæ Schurerii* de a. 1509. nec aliter etiam à *Serario* citatur, quem textum peſſimo exemplo poſtmodum interpolarunt) *ut ab eis civibus accepimus* &c. (vid. ſupra pag. 242. not.) . Hæc *Polydorus*, l) cui antiquio-

k) 23. *Polyd. Virgilius.* l) 24. *Franc. Philelphus.*

quiorem FRANCISCUM PHILELPHUM proxime jungo, citatum, ut dixi, à *Franc. Irenico*, cujus ſide is adducitur: Locum enim ex Epiſtolis Philelphi hactenus, licet inquiſitum, reperiri nequivi, verba autem *Irenici* hæc ſunt: *Extat & Franc.* Franc. Philelphi *epiſtola de arte impreſſoria, ubi ſuo tempore repertam eſſe hanc artem oſtendit, & quaſdam literarum formulas refert, & inventores hujus æterna laude dignos æſtimat.* Suſpicor epiſtolam illam extare in editione pleniori Epiſtolarum Philelphi, quæ Ann. 1502. Venetiis 37 libris prodiit, quam mihi necdum videre contigit. (vid. ſupra pag. 344. not.) m) JACOBUS PHIL. BERGOMENSIS Lib. 15. Supplem. Chronici ad an. 1458. *Ars imprimendi*, inquit, *libros* &c. (vid. ſupra pag. 309.) n) PAULUS etiam JOVIUS licet lib 14. hiſtor. Chinenſibus typographicæ artis inventionem adſcribat, *ſeque facile credere dicat ejus artis exempla antequam Luſitani in Indiam penetrent, per Scythas & Moſcos ad incomparabile literarum præſidium ad nos perveniſſe*, in elogiis tamen ſeu Muſeo tanquam oblitus ſui & hiſtoriarum ſuarum, quibus quantum docti fidant & tribuant notum eſt, ingenue in veritatis ſuffragationem calculo ſuo abit, inquiens: *Affertur enim latiſſima ſeges ab ipſa mirabili Germanici cœli fœcunditate. Occulta certe ſiderum commutatione eveniſſe arbitramur, ut illud cœlum mo-* p. 19

m) 25. *Jac. Bergomenſis.* n) 26. *Paul. Jovius.*

moleſtis borea flatibus frigore geluque damnatum horrida dudum torpentiaque ingenia mollierit ac excitarit. Neque enim contenti ſua veteri militia laude, qua Martium decus Romanis gentium victoribus ereptum, ſtabili diſciplina ſeveritate feliciter tuentur: ipſa etiam pacis ornamenta, literas optimasque artes decoquenti Græciæ ac Italiæ dormitanti (quod pudeat) abſtulerunt: Patrum ſiquidem noſtrorum memoria architecti imprimis ac exinde Pictores, Statuarii, Sculptores, Mathematici & perarguta manus artifices, ac item aquileges ſeptempedariique è Germania petebantur. Nec mirum cum antea inuſitata & portentoſa inventionis æreas formas excudendis libris & formidanda bello ænea tormenta nobis attulerint. Hæc Nucerinus Præſul, o) cui JO. BAPT. EGNATIUM adjungerem, niſi in ſuperioribus, ubi de *Zwingero* agebatur, teſtimonii ejus relatio facta eſſet. p) JOANNES igitur BOTERUS famoſi nominis Politicus, præterquam quod in relationibus ſuis hiſtoricis diſerte tormentariæ & excuſoriæ rei Germanos inventores cum reliquis conſtituit, hoc eodem de negotio in libris de fortuna illuſtrium virorum & urbium origine taliter diſcurrit, prout per *Gaſp. Enſium* verſus eſt: *De auctore artis impreſſoriæ hic non digladiabor: ſummum id Dei beneficium grato animo nos ſedulo docet agnoſcere. Ab uno enim homine uno die tantum literarum imprimitur, quantum vix toto anno ſcribi poſ-*

o) 27. *Jo. Bapt. Egnatius.* p) 28. *Jo. Boterus.*

poſſet. Singulis enim diebus in quolibet prælo in Ger-
manorum quidem typographiis ter mille ſexcenta char-
ta, nonnunquam etiam quatermille, interdum etiam
ultrà. q) MATTH. PALMERIUS Piſanus in
Chronico ſuo ad an. 1457. *Quantum litera-*
rum ſtudioſi Germanis debeant, nullo ſatis dicendi
genere exprimi poteſt. Namque à Joanne Gu-
tenberg *zum Jungen Equite Moguntiæ Rheni ſoler-*
ti ingenio librorum imprimendorum ratio an. 1440. *in-*
venta hoc tempore in omnes fere orbis partes propa-
gatur, qua omnis antiquitas parvo ære comparata
poſterioribus infinitis voluminibus legitur. His qui- p. 20
volunt addere poterunt cæteros, Italorum
utpote, r) THOM. GARZONIUM in opere
vernaculo, cui titulum fecit *Piazza univerſale*;
JO. ANT. MAGINUM in Coſmographia, &
Hieron. Bardum Florentinum in Chronologia
univerſ. ad an. 1462. alioſque quos ſciens
prætereo, præſertim quod fere novi nil pro-
ferant, ſed in prædictorum ſententiam pe-
dibus fere eant. Certe GEORG. MERU-
LAM, illum Politiani æmulum, qui in Epi-
ſtola, quam Varronis de re ruſtica libris à ſe
editis præfixit, nobilem hanc artem con-
contemptim *barbaricum inventum* vocat, in-
dignum cenſemus, ut in computationem ad-
miſſus numerum faciat. Ad Gallos enim
propero; è quibus s) JOAN. BODINUS li-
Pp 5 cet

q) 29. *Matth. Palmerius.* r) 30. *Garzon, Merula, Maginus, Bardus.* s) 31. *Jo. Bodinus.*

cet Germanico nomini nimium iniquus in cap. 7. meth. hiſtor. videri poteſt, uti etiam t) STEPH. FORCATULUS lib. 4. p. 617. de imperio & Philoſophia Gallorum. u) CHASSAN. in Catalogo gloriæ mundi part. 11. conſider. 39. hac de re verba è *Polydoro* mutuo ſumta ſunt, quare ea non repeto, cum illo autem locum inventionis Moguntiam, inventorem *Gutenbergium* ſtatuit. x) PETRI RAMI ſententiam è prologo ſecundi Mathematicorum in præcedentibus habuimus, quibus omnibus denique comitem addo y) ANDR. THEVETUM, Regis Chriſtianiſſimi olim Coſmographum, virum majoris utique pretii, quam neotericus aliquis hiſtoriarum autor perſuadere Lectoribus ſuis ſatagit, in hoc aliisque ſtudium & ſtomachum ſuum prodens. Is igitur in luculento ſuo vernaculo opere de vita & effigiebus Illuſtrium, *Gutenbergio* quoque locum dedit, hoc addito elogio, prout è Gallico verto: *Putatur hæc ars omnium primum Moguntiæ inventa eſſe, quæ Germaniæ civitas eſt, ad An.* 1442. *per* Joannem Gutenbergium *hominem Germanum & Equeſtri ordine conſpicuum, qui ibi prima hujus artificii experimenta fecit, invento etiam novo atramenti genere, quo etiam nunc impreſſores utuntur: quamvis ſint nonnulli, qui hanc laudem biennio ma-* *tu-*

t) 32. *Steph. Forcatulus.* u) 33. *Chaſſanæus.* x) 34. *Petr. Ramus.* y) 35. *Andr. Thevetus.*

rarius tribuere malint Jo. Fauſto & Juoni Schef-
fer, *voluntque iidem* Gutenbergium &c. (quæ
enim ſequuntur ex Henr. Pantaleone mutua-
ta ſunt, quem ſtatim ſuo ore loquentem in-
troducemus.) *Scribunt aliqui, Typographicæ ar-
tis inventionem primo proceſſiſſe de regionibus Catha-
jæ & Chinæ, quod ab illis ſatis inconſiderate prodi-
tum eſt, attento quod Cathaja regnum & Indiarum
orientalium regiones ſexageſimo demum quinto anno
poſt Typographiæ factam in Europa an.* 1442. *inven-
tionem à Luſitanis adita & aperta fuerunt, uti ſupra
oſtendimus. Ante annos quidem quadringentos cir-
citer primus omnium* Paulus Venetus *ſitum & mo-
res illius tractus deſcripſit. Verum is ne minimam
quidem impreſſoriæ artis illic uſitatæ mentionem fa-
cit. Et quod magis me hac in re confirmat, eſt:
Quod Græci, Armenii, Mingreliani, Abyſſini, Turcæ,
Perſæ, Æthiopes, Arabes, Tartari nonniſi Manuſcri-
ptis utuntur libris, & Turcæ quidem hoc more utun-
tur ex ordinatione Bajazethis ejus nominis ſecundi il-
lorum Imperatoris, quæ publicata fuit An.* 1483. *illa-
que ſub mortis pœna omnibus interdicitur impreſſo-* p.21
rum librorum uſus. Atque illud mandatum à Se-
limo *ejus nominis primo* Bajazethis *filio renovatum
ac confirmatum fuit an.* 1515. *Præterea quo tem-
pore in Ægypto fui, vidi diverſas tabellas in forma
librorum è Palmorum corticibus, quæ usque adeo be-
ne ac nitide conſcriptæ erant, ut impreſſas fuiſſe judi-
caſſes. Ac alias etiam Mercatores, qui per rubrum
mare ex India veniunt, quique merces ſuas per di-
verſas nationes diſpertiunt, non niſi in ejuſmodi ta-*

bellis

bellis ſeu codicillis ſcribunt, quales in Bibliotheca Reginæ matris conſpiciuntur tranſlata eo ex armario magni illius Herois Laurentii Medicis *bonarum literarum in Italia reſtauratoris, & in Monaſterio S. Germani dicti de Prato prope Pariſios; ſunt alii qui ad provinciam usque Mexicanam hanc imprimendi artem perveniſſe aſſerant, quæ directo Cathaienſium regioni oppoſita eſt, quarum una in Aſia ſita eſt verſus Antarcticum polum vergens, altera in America reſpiciens Arcticum polum noſtrum. Verum id omnino veritati contrarium eſt, nunquam enim iſtis hominibus imprimendi uſus fuit. Conceſſerim tamen, Americanos iſtos characteribus, qui diverſa animalia terreſtria & aquatica, capita, item pedes, brachia aliaque humani corporis membra exprimunt, uti conſueſſe, quibus animi conceptus ſui aliis indicant; quod itidem Ægyptii & Æthiopes olim literis ſuis hieroglyphicis factitarunt, de quibus ſatis fuſe in Coſmographia mea egi. Ac ejusmodi librorum duos penes me habeo, manu exaratos in civitate Themiſtitana plenos ejus generis characterum & figurarum una cum earundem interpretatione. Porro ab antiquis conficta fuit Dea Pallas, quæ præſideret armis & ſcientiis, eo quod inveniſſet literas & inſtrumenta bellica. Ejus exemplo Germania ſupra reliquas nationes gloriari poteſt de obtenta palma utriusque facultatis, tam ratione machinarum ignitarum bombardarumque, quam typographia, quas ab hominibus Germanis inventas eſſe conſtat. Verum unicus hic defectus haud parum illorum gloriam imminuit, quo magnanimo illi ac bellicoſiſſimo* Hannibali *ſimiles videntur, qui vince-*

re

re inimicos ſuos eorumque impetum frangere ſatis callebat, ſed fructu victoriæ prudenter uti neſciebat, eo quod brevi poſt per incuriam ſe viciſſim ſuperari ſineret. Ita etiam Germani admodum ſunt in inventionibus faciles, ſed in reliquo negligentes ſunt, quoad polituram & ornatum ingenioſiſſimarum inventionum ſuarum, & paulo poſt: *Cæterum nobile hoc excuſoriæ artis inventum ſatis prædicari aut æſtimari nequit, propter evidentem utilitatem, quam indies inde provenire cernimus, illius enim beneficio ad Barbaras feraſque nationes lex divina propagatur, ignorantia ſepelitur, ſcientiæ omnes illuſtrantur & magnopere nobilitantur. Habemus enim hodie multitudinem & abundantiam bonorum librorum, eoſque per magnam ignorantiam ſcriptorum non vitiatos, qui prius cunctos fere autores miſere maculaverant. Inter plerosque autem alios, qui inventionem hanc decorarunt, bono jure numerari poſſunt* Aldus Manutius *Venetiis*, Chriſtoph. Plantinus *Antwerpiæ*, Rob. Stephanus, Henricus *&* Franciſcus *ejus filii Pariſiis*, Frobenius *&* Oporinus *Baſileæ*, Gryphius *&* Torneſius *Lugduni, & infiniti alii homines docti & in hac arte præcellentes, qui per totum fere orbem illam exercuerunt & de præſenti adhuc exercent, idque magno ſuo honore, emolumento & laude.* p. 22 Sic *Thevetus*, cujus opus prodiit an. 1585. quarto circiter ante editam *Junii* Bataviam &c.

2) HENRICUS PANTALEON Medicus Ba-

2) 34. *Henr. Pantaleon.*

Baſileenſis, qui ſuo de illuſtribus Germaniæ viris opere, non male de literis & patria meritus eſt, part. 2. p. 397. ſub titulo & inſcriptione *Joannes Gutenberger & Juo Schefferus* de Typographica inventione ſequentia ſcribit, quamvis illic rubrum cum nigro non admodum conveniat: *Inter artes pulcherrimas & præſtantiſſimas non immerito impreſſoria maxima cenſenda eſt, qua una die duo homines tantum literarum imprimunt, quantum vix anno integro plures antea ſcribere potuerunt. Ejus primi autores fuerunt* Joan. Fauſtus & Juo Schefferus &c. (vid. ſupra pag. 334. not.) Auditis jam tot numero graviſſimorum ſcriptorum teſtimoniis, libet poëticas etiam turmas poſt unum atque alterum, quos in ſuperioribus luſtrationi jam ſiſtimus, in campum producere tanquam poſt ſtatariam aciem levis armaturæ velites. a) Horum autem primus GEORGIUS SABINUS in hanc recenſionis aream prodeat, qui in Cæſaribus Germanicis ſuis ſub *Friderico* III. Auſtriaco ita canit:

p. 23 Quæ dedit ars nobis impreſſos ære libellos,
Facta ſub hoc primum Cæſare nota fuit.
Hæc ſi temporibus priſcis inventa fuiſſet,
Qua nihil utilius totus hic orbis habet.
Noſtra libris hodie frueretur pluribus ætas,
Defraudata quibus, ſecula noſtra carent.

Hanc

a) 35. *Ge. Sabinus.*

Hanc operoſa novam Moguntia protulit artem,
Quæ celebris Mogi nomen ab amne tenet.

b) BERNARDUS MOLLERUS noſter lib. 3. deſcriptionis Rheni, quæ an. 1570. lucem vidit, eodem carminis genere, ubi Moguntiæ urbis decora enumerat, ita hæc exſequitur:

Stulta quid enarrans nugarum rudera miror?
Urbs alia rerum laude notanda venit.
Præ reliquis urbem Phœbi germana vetuſtas,
Præ reliquis urbem Muſa tuetur agris.
Urbs operam Muſæ ſi non perdocta tuliſſet,
Et niſi cœpiſſet Dædala Pallas opem,
Barbaries fracto muſam damnaſſet honore,
Barbarica Pallas clade repulſa foret.
Urbs veneranda ſui tribuit munimenta laboris
Aere quod inventa fuderit arte typos.
Ante typos nimii veterum periere libelli,
Jam literas cernet nulla perire dies.
Vox perit, auditus gemina non concipit aure,
Vox etiam calamo ſcripta perire valet.
Quod typus excepit charta, non eximet ætas,
Si ruat exemplum tempore, reſtat opus.
Non rapitur totum, ſi pars vaneſcat ademta,
Pars etiam toti demta nocere nequit.
Turba Camœnarum felix gratare labori

Et

b) 36. *Bern. Mollerus.*

Et ſtudiis: ſemper vive redácta typis.
Vivit Mercurius juvenili redditus ævo,
Et poſtliminio mortis Apollo redit.

Hæc ille de Moguntia, quam in hodoeporico ſuo ſimiliter celebrat c) DAV. SIGEMUNDUS CASSORIUS Poëta & ipſe non infelix (extat id. lib. 7. Itinerum *Nic. Reuſneri*)

Machina quæ volucres jaculatur ahænea glandes,
Hac etiam nuper ſede reperta fuit.
Quæque dedit vires æternaque robora Muſis,
Prodiit ars illis ingenioſa locis.
Qua nihil utilius dedit admiranda vetuſtas,
Secula quot retro longa fuere prius.
Quamvis ingenio ſe jactet Itala tellus,
Efferat & laudes Græcia vana ſuas.

d) His quartum addo NICODEMUM FRISCHLINUM Sueviæ ſuæ decus, qui in Julio redivivo Comœdia in Germaniæ laudem compoſita ſic *Eobanum Heſſum* loquentem introducit:

- - Primus inventor (Typographiæ) Moguntiæ
Vixit fatale nomen adeptus Fauſti.

Et poſtea:

p. 25. Fuit olim fuit illa barbaries Germaniæ
Cum fœminæ & viri pariter ſecreta literarum
Neſci-

c) 37. *Dav. Sig. Caſſorius*; d) 38. *Nic. Friſchlinus.*

Neſcirent, at hodie noſtri homines artem
iſtam librariam
Hoſtuere Gallos & Italos & Hiſpanos & cæ-
teras
Omnes terrarum gentes.

Anonymi cujusdam elegiam ſupra in *Philippi Bergomenſis* teſtimonio retuli. e) MARTINUS autem CRUSIUS licet proprie ad alteram recentiorem claſſem pertineat; ubi etiam reliquum ejus teſtimonium numerorum expers proferetur, lib. 4. Germano-Græciæ ſuæ Epigrammat. 3. de laudibus Germaniæ ſequens carmen habet: *Urbibus hac magnis* &c. (vid. ſupra pag. 335 ſq.) f) Ante omnes autem JOANNES ARNOLDUS BERGELLANUS ex profeſſo hanc tractavit materiam in ſua de Typographiæ encomio Elegia, ubi inter reliqua ita canit: *Artis namque novæ* p. 26 &c. (vid. ſupra pag. 14. v. 15-22.) Et poſtea: (v. 33-54.) *Teutoniæ gentis* &c. Et paulo infra, p. 27 non uni *Gutenbergio*, ſed duobus ſimul adjutoribus ejus inſimul ac junctim hujus inventi laudem tribuit: *Imparibus numeris* &c. (vid. v. 43-46.) His addere, qui volunt, poſſunt g) MELCHIOREM GUILANDINUM Medicum Boruſſum in Tract. de papyro, membr. 26. No. 7. h) CONRAD. GESNERUM in Pandectis lib. 13. tit. 5. CORNE-

e) 39. *Mart. Cruſius.* f) 40. *Jo. Arn. Bergellanus.* g) *Guilandinus.* h) *Geſnerus, Callidius, Hedio, Gaſſarus.*

LIUM CALLIDIUM in calce catalogi ſui de Illuſtr. ſcript. Germ. ACHILLEM GASSARUM in Epitome hiſtoriarum, GASP. HEDIONEM part. 4. Chronici ſelecti German. p.633. ubi an. 1550. inventam hanc artem tradit, & *Gutenbergio* præter *Fauſtum Joannem Genſfleiſch* operis ſocium aſſignat. * Atque hactenus de illis, qui pro Moguntinis & Germania è veteribus ſuffragia ferunt: Recentiores enim faſtidii vitandi ergo eousque differo, donec ab altera parte, qui pro Hollandis & Harlemenſibus teſtantur, retulero.

CAP. III.

Teſtes pro Harlemenſibus de Typographia in Hollandiâ inventâ.

Hi autem oppido perquam pauci reliquorum reſpectu & comparatione hactenus com-

* Antiquioribus, qui ante *Junium* Moguntiæ Typographiam aſſeruerunt, præter recenſitos etiam hi ſequentes aggregari debent, *Jo. Stumpfius* tom. I. Hiſt. Heuet. lib 2. fol.23. *Gaſp. Bruſchius* in Catal. Archiepiſcoporum Moguntinenſ. ſub *Theodorico de Erbach. Cyriacus Spangenberg* in Chronico Mansfeldenſi cap. 324. *Reinerus Reineccius* in orat. de hiſtoriæ dignitate p. 14. *Guil. Xylander* ad *Sleidanum* de 4. ſummis Imperiis pag. 23.. *Jo. Tho. Freigius* orat. 4. inter impreſſas cum *Jo Roſini* Antiquitatibus Romanis, *Bern. Hertzog* in Chron. Al-

comparent. Plerique enim, qui Harlemenſium meminerunt, nihil definientes rem in medio relinquunt, imo unus etiam atque alter contra illos pro Moguntia pronunciant, quos omnes propterea à *Junio* & reliquis fervidioribus ſeparandos & in peculiarem claſſem ordinandos fore putare fortaſſis quis velit, mihi autem illos hactenus conjungere viſum fuit, ut tamen examine deſuper inſtituto illorum dicta invicem collaturus ſim. Primus iſtorum tum tempore tum conviciandi etiam acerbitate a) HADR. JUNIUS eſt, cujus integrum locum ex Batavia ejus, operæ pretium eſt adſcribere, cum enim reliqui, qui deinde ſecuti ſunt, ejus potiſſimum autoritati fiderint, ſigillatim hujus viri hac de re tradita expendere oportebit. Ita igitur *Junius*: *Redeo ad urbem noſtram* (Harlemum) *cui primam inventa typographica artis gloriam deberi* &c. pag. 28-30. (vid. pag. 232-238.) Hactenus ſatis prolixe *Junius*, quo cæteri, qui ejus fere teſtimonio nituntur ſuccinctiores ſunt, addo longe etiam (maximam quidem partem) modeſtiores, quique, ſi paucos excipias, conviciis procul placide agunt, ac plerique ipſimet dubitare videntur. b) LUDOVICI enim GUICCI-

Alſatiæ lib. 2. c. 46. *Matthæus Beroald* in Indice Chronol. *Leonh. Crentzhemius* part. 2. Chronol. lit. b. fol. 325.

a) 1. *Hadr. Junius.* b) 2. *Ludov. Guicciardinus.*

ARDINI ex ultima recognitione & *Regneri Vitellii* verſione in Belgii deſcriptione, ubi de Harlemo agitur, hæc iſta de re verba ſunt pag. 182. *In hac urbe non publica tantum incolarum aliorumque Hollandorum voce*, &c. (vid. ſupra pag. p.31 240. ſq.) Hactenus ille, qui *Polydori* deinde hac de re locum apponit, cui plus fere, quam iſti Hollandicæ traditioni videtur adhærere. c) Qui ad *Guicciardinum* ADDITAMENTA confecit, iſti loco, quæ ſequuntur, attexuit: *Ea quæ autor noſter hic obiter tantum attingit de inventione Typographiæ*, &c. (vid. ſupra pag. 244. not.) Hæc ille, cujus verba ut & reliquorum infra ſuo loco examinabuntur. Jam d) JAC. MIDDENDORPIUM videamus, qui lib. I. cap. 22. de Academiis e) ambigue ſatis & brevi-

c) 3. *Auctor additamentorum ad Guicciardin.* d) 4. *Jac. Middendorpius.*

e) Ex *Jac. Middendorpii* Academiarum celebrium univerſi terrarum orbis libris VIII. Lib. I. cap. 22. de Typographia pag. 185-187. Colon. Agr. 1602. 8.

Typographiam alii *Moguntinis*, alii *Harlemenſibus* Batavorum, alii aliis acceptam ferre volunt. Sicut in Academia Moguntina & Baſileenſi declarabitur.

Antequam Luſitani in Indiam penetrarent, typographicæ artis peritiſſimos viros ibi invenerunt, qui libros noſtro more exprimerent, quorum longiſſima folia introrſus quadrata ſerie complicarent.

Unde Jovius opinatur ejus artis exempla olim per Scythas & Moſcos in Europam noſtram perveniſſe.

Imprimendi libros & monetam excudendi ars in nova Hiſpania Americæ jam reſidet in urbe Mexicana. Tom.

viter hanc rem attingens: *Typographiam*, inquit, *alii Moguntinis, alii Harlemenſibus Batavorum acceptam ferre volunt, ſicut in Academia Moguntina &*

Tombuti Africæ Rex magnam doctorum virorum copiam alit, infinitosque libros manuſcriptos ex Barbaria allatos in pretio habet.

De *Gregorio* XIII. P. M.

Romæ ſic legitur; imprimendi artem Hebraicis, Græcis, Chaldæis, Arabicis, Armenicis, Illyricis characteribus ab ſe præcipue inſtructam ita promovit, ut jam orientis & oppreſſi à Turcis & Sciſmaticis Europæ populi miſſis catechiſmis propria ad pietatem lingua inſtituantur.

Petrus Mosellanus oratione de trium linguarum cognitione paranda; Hanc, ait, renaſcentem literariam lucem quaſi πρόδρομος aurora præceſſit. Illud admirabile & ſingulari cælitum munere conceſſum, Codicum excudendorum artificium; cujus beneficio veteris illius & piæ ſapientiæ reliquiæ ex tanto literarum naufragio ſuperſtites in mille transfunderentur exemplaria.

Magno quidem omnium applauſu recipiebatur, nec ab initio minori quæſtu quam admiratione vulgari cœpit hæc ars, ſed paulatim, velut auguror, ait Polydorus, futura eſt vilior.

Irenæus Lugdunenſis, (teſte Niceph. lib. IV. cap. 30.) Notarios & Scriptores adjurabat, ne libros ſuos depravarent, hac forma; *Adjuro te, qui hunc librum deſcripſiſti, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per adventum glorioſum ejus, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, ut conferas quod transſcripſiſti, & caſtiges ad exemplar, unde deſcripſiſti accurate; & juramentum hoc ut itidem deſcribas & exemplo tuo apponas.*

Mali enim ſcriptores etiam Pontificum & Cæſarum literas quandoque corrumpunt, quod non eſt authori imputandum.

Hostien. procem. Summæ. Regulas Cancellariæ Apoſto-

licæ

Baſileenſi declarabitur, & lib. 5. ubi de Moguncia: *quidam Typographiæ inventionem Harlemenſibus Belgis attribuere malunt.* Hic tamen autor rem omnem videtur in medio relinquere, nam ibidem præmiſerat, quæ ordine inverſo ego hoc loco ſequi facio: *Niſi hoc*, inquit, *ad ejus*

licæ male & mendoſe deſcribi, & ex viciatis exemplis imprimi, antequam corrigantur, Q. Mandosius conqueritur ad reg. 33. q. 12. Ideoque Justinianus Imperator in antiquis libris male ſcripta corrigi & emendari juſſit.

Poſtquam typographia inventa fuit, certæ etiam leges & diverſorum Conciliorum canones introducti ſunt, ut nonniſi probatos & correctos emendatosque libros typis excuſos divulgarent.

In quo aliqui typographi cum magno Reipublicæ malo graviter delinquunt.

Expediret, inquit Ninizanus, (lib. 6. ſylv. Nupt. in fin.) Principes typographis, quando privilegia excudendi libros accipiunt, injungere, ut emendatos libros ederent. Sunt enim quidam nimis avari, & nolunt ſumptus facere, ut doctos correctores alant.

De imperitis, ſordidis, negligentibus, perfidis typographis extat Erasmi querela in Adagio: Festina lente.

Apud veteres nihil legere vel profiteri vel ſcribere licebat, quod non prius per certos quosdam ſapientiſſimos & prudentiſſimos viros approbatum eſſet, ut lib. I. Officiorum Scholaſticorum à me eſt declaratum.

Indignum ergo eſt, quod absque diſcrimine nunc quidvis typis iſtis excudere licet; & quod hac arte quidam male ſeriati homines ad diſſeminandos errores ſcurriles famoſosque libellos, blaſphemias in Deum & turpes in vivos atque defunctos homines calumnias abuti permittantur.

Unde fit, ut quidam dubitent, ſatiusne fuerit, hanc artem ſic, ut jam eſt, habere, an propter iſtos abuſus repertam non fuiſſe.

ejus (*Moguntinenſis univerſitatis*) *gloriam apud omnes totius orbis Academias & doctos gratosque homines abunde ſufficeret, quod typographicam artem non utilem ſolum, ſed vehementer quoque neceſſariam inveniſſe credatur. Cujus beneficio clariſſimi ſcriptores ex bonarum literarum naufragio ſuperſtites in mille transfunderentur exemplaria & in multorum manus ad incomparabile totius reip. Chriſtianæ præſidium ſalubriter pervenirent.* Idem lib. 5. de Acad. Baſil. *Quin etiam excuſoriam & typographicam artem, cujus inventio* Joanni Gutenberg *Argentinenſi circa an. 1440 adſcribitur, & Moguntinos primum docuiſſe fertur, præſertim chartaceam Baſileæ per Galliciunos ex Gallitia oriundos Hiſpanos mirifice auctam & propagatam ait.* (Loquitur autem de *Urſtiſio*, qui Baſileenſis hiſtoriæ Epitomen edidit) f) ADRIANUS ROMANUS in parvo theatro urbium p. 27. *Harlemium omnium, quæ in Hollandia ſunt, urbium ampliſſima (ita fuit ante Ambſterodami dilatationem) cui incolarum ſuorum teſtimonio Typographicæ artis inventio debetur.* Et hic autor nihil in hac controverſia definiendum ſibi putavit, ſubjungit enim ſtatim: *Quamvis hoc beneficii Moguntinenſi urbi acceptum referant alii.* Quod idem etiam repetit p. 147. ubi de Moguntia tractat. g) VALERIUS ANDREAS JCtus & ſanctæ linguæ Doctor Lovanienſ. in Belgicarum urbium Nomenclatura, quam Bibliothecæ ſuæ præmiſit, de eodem Harle- p. 12

f) 5. *Adr. Romanus.* g) 6. *Valerius Andreas.*

mo: *Urbs*, inquit, *amœna eſt & inter Hollandicas ampliſſima; cui artis typographicæ inventionem deberi, in Batavia deſcriptione multis contendit* Junius. Hucusque *Valerius*, cui hac in re concordat, quem alias gravem expertus eſt æmulum, h) FRANC. SWERTIUS in deſcr. provinciarum Belg. quibus Athenas ſuas exornatum ivit, cujus verba, quia ex *Guicciardino* & *Junio* conſuta ſunt, huc repetere ſuperſedeo. i) MATTHIÆ tamen QUADI Pictoris literati locum adſcribere placet, utpote deciſionem & conciliationem hujus litis tentare auſi. Is igitur lib. 4. Geographiæ enarrat. cap. 34. & 38. ſequentia ſcribit: *Harlemo expertiſſimorum teſtimonio Typographicæ artis prima inventio jure debetur, primam tamen praxin Moguntiaco concedentes. Ajunt enim ejus inventorem ante perfectam artem morte præventum fuiſſe, ejusque ſervum inde Moguntiam profectum, ubi, continuo exercitio ad perfectionem ars perducta ſit, ut hæc altrix ſive nutrix, illa artis mater exiſtat.* Cum prædictis conſentit k) AUBERTUS MIRÆUS, vir ſeculorum memoria dignus, deque omni hiſtoria præclariſſime meritus, qui in Chronico ſuo Belgico ad. an. 1440. ipſamet *Junii* verba recitat. l) LARENT. etiam BEYERLINGIUS tom. 7. Theatri ſeu Polyantheæ ſuæ ex *Junio* & *Bertio* hanc Harlemenſium aſſertionem

h) 7. *Franc. Swertius.* i) 8. *Matthi. Quadus.* k) 9. *Aub. Miræus.* l) 10. *Laur. Beyerlingius.*

nem refert; ita tamen, ut compluribus aliis aliorum opinionibus relatis, tandem *Serario* de *Gutenbergio* & *Fauſto* aſſentiatur. Idem in Chronico rerum Belgic. quod prodiit Anno 1636. ubi quæ de Chinenſibus, quæ de *Fauſto* & *Gutenbergio* tradantur, quæ etiam *Cognatus*, ut infra videbimus, de Auguſtano aliquo refert, poſuiſſet, ita finit: *Germanicum certe hoc eſſe inventum ſcriptores pene omnes tradiderunt.* Harlemenſes tamen hanc ſibi laudem vindicare conantur, nec vane fortaſſe, ſi *Hadriano Junio* in Bataviæ deſcriptione credimus, qui *Laurentium Joannem* cognom. Ædituum ſive Cuſtodem civem & incolam Harlemenſem hujus rei inventorem laudat. m) PETRUS MONTANUS Gandavenſis in deſcriptionibus ſuis, quas *Hondius* cum Atlante Mercatoris excudit, hujus rei, ubi de Hollandia & Harlemo agit, ita breviter meminit: *Huic urbi* (Harlemo) inquit, *inventæ artis typographicæ gloria debetur.* Quos hactenus retuli Belgæ fere omnes ſunt. (*Guicciardinus* enim, licet Florentiæ natus ſit, domicilio tamen Antwerpienſis extitit) quibus nunc duos Germanos addo, quamvis uterque medius fere incedat, nec litem hanc ſuam facere voluerit. *Georgius* igitur *Bruno* Colonienſ. in Theatro Urbium ita de Moguntia ſcripſit: *Huic urbi typographicæ artis debetur inventio, quæ plus ne boni an mali attulerit,*

m) 11. *Petr. Montanus.*

probabilitèr diſputari poteſt. Nihilominus idem de Harlemo eod. in Opere ſequentia vulgavit: *Hæc eſt omnium in Batavis urbium maxima & dignitate ſane ſecunda, Typographicam artem in ea quondam fuiſſe primum excogitatam, conſtans ea urbe totaque Provincia Batavorum fama eſt. Quam opinionem Scriptores nonnulli confirmant, & quidem privatarum ejus loci rerum Commentarii. Verumtamen antequam artem perficeret, ac eam ipſe in lucem produceret, è vivis exceſſiſſe, ejus famulum ob id Moguntiam conceſſiſſe, in qua urbe artem evulgaret, & eam ob cauſam acceptus benigne fuerit.*

p. 33

Alter è noſtratibus n) THO. LANSIUS eſt, editis de Europæ provinciis in uſum illuſtris apud Tubingam Collegii Adoleſcentium orationibus celebris: In illarum ſecunda inter alias urbes à munitionum firmitate commendatas, Harlemi etiam meminit, addens, id ſibi Typographiæ inventionem adſcribere, quam tamen non uno ejusdem operis loco ſuperiori Germaniæ vindicat. Ex Italis præter memoratum jam *Guicciardinum* Belgicæ Inquilinum ſolum mihi hactenus videre contigit o) SIMONEM MAJOLUM, Vulturarienſem Epiſcopum, qui *Junii* de Harlemo ſententiam retulerit. Is enim Colloqu. 23. Canicularium ſuorum cum retuliſſet *Polydori* de Moguntia & *Gutenbergio* narrationem ſic ſubjungit: *Sunt tamen autores conſtant-*

n) 13. *Tho. Lanſius.* o) 14. *Simon Majolus.*

ſtansque fama eſt, apud Batavos impreſſoriam artem in Harlemo urbe excogitatam, autore autem vita functo ejus neceſſarios Moguntiam profectos, cœpiſſe exercere, ut tradit Georg. Brun *in Harlemo. Addit ibidem* Majolus: *Quoniam vero rei novitas tum maximam mentibus hominum admirationem pepererat, 300. ſcil. chartas ſingulis diebus imprimi, id etiam hiſtorici memoriæ tradiderunt. Chronicon etenim ejus temporis de rebus Pontificum perbreve, id velut valde memorandum recolit memoratque, qui primi Impreſſores fuerint. In Germania quidem fuit* Jacobus Gudenbergius *Argentinenſis, ac* Fauſtus *alter, uterque ſub* Pio ſecundo. *At Romam advenere primi Impreſſores* Conr. Swenhaym *&* Arnold. Pannartz *atque* Uldericus Gallus *omnes certe inſigniter hujusmodi artem callentes.* p) ANDREAS SCHOTTUS in Epiſtola Dedicatoria tomi primi rerum Hiſpanicarum ad *Balthazarum Zunigam* ſic ſcripſit: *Hujus autem artis Typographicæ inventio Germanis potiſſimum, & in his Moguntinis primum accepta eſt referenda, tametſi & Batavi eam ſibi laudem vendicent.* Eadem ambiguitate hujus rei meminit q) MART. ZEILERUS Styrius, qui nuperrime A. 1632. Itinerarium Germanice edidit, cap. 14. p. 314. Omnium tamen acerrime, & tanquam pro aris ac focis hoc duellum depugnant, poſt *Junium* in hac arena anteſignanum ſuperius jam relatum, *Scriverius*, *Bertius* & *Boxhornius*, quos

p) *Andr. Schottus.* q) *Mart. Zeilerus.*

quos eadem cauſa tanquam triarios in ſubſidiariam manum ſepoſui & in hunc locum reſervavi. Illorum primus, utpote lare & ortu Harlemenſis, domeſticæ laudis ſtabiliendæ ergo, peculiari libello ex profeſſo, quod dicitur, ſategit de Typographia Harlemi inventa, quem quia necdum mihi, quamvis poſt diligentem & jam in ipſa Hollandia factam inquiſitionem, inſpicere contigit, non
p. 34 poſſum verba ejus referre, deque argumentis, quibus pro cauſa ſua decertat, qualecunque judicium meum promere: contentus igitur hac vice ero retuliſſe tetraſtichon ejus, quod effigiei Laurentianæ à *C. Koning* Harlemi ſculptæ & excuſæ ſubſcriptum eſt: *Vana quid archetypos* &c. (vid. ſupra pag. 210.) Idem in Elegia in laudem Patriæ ſuæ contra *Naudæum* Pariſienſem ſcripta:

Iſta tuæ poſſunt etiam memorare ſorores
Inventos poſſet nulla docere typos.
Sola hæc Harlemio debetur adorea Civi
Laurenti meritas cingere docta comas.
Vindiciis aſſerta meis, procul ite maligni
Ite Moguntinis dedita turba tuis.
Nonniſi qui pleno ſpirant inſomnia folle,
Et *Gutenbergos Fauſtiadasque* crepant.
I *Naudæe* procul tua per mendacia creſcens,
Non locus hic nugis, credule Galle, tuis.
Harlemenſe nemus doceat, doceantq; Napeæ
Et Fagutali numina ſacra Jovi.

HIC

HIC ſago eXsCVLptas LaVrentI CVſpIDe forMas
Et primum natos hic ſimul eſſe typos.

Petrus autem *Bertius* in tabulis Geograph. contractis, quas an. 1600 vulgavit, ipſis *Junianis* ad verbum formalibus de hoc negotio agit, niſi quod *Joannem Fauſtum* Trifurciferi & ſeſqui-Lavernionis elogiis exornet. Idem tamen in opere rerum Germ. lib. 3. p. 613. de Moguntiaco tractans, multo mitius agit, ac quaſi prioris vehementiæ palinodiam cantat, quando ſcribit: *Inter prima* (hujus) *urbis decora refertur à multis artis Typograph. inventio, quam laudem nos alibi noſtris Harlemenſibus aſſeruimus* &c. (vid. ſupra pag. 193 ſq. in not.) Hactenus *Bertius*. Omnium autem noviſſimus, qui in hoc argumento à parte Batavica verſatus fuerit, *Marcus* eſt *Swerius Boxhornius* Lugdun. in Batavia profeſſor publicus, qui an. 1633. theatrum ſive deſcriptionem Hollandiæ typis Hondianis Ambſterodami edidit, in quo ſatis diffuſe & cum cura hanc typographicæ inventionis materiam pertractat. Ac ut dicam, quod ſentio, parum abeſt, quin ſuſpicer, haud minimam huic autori fuiſſe cauſam Theatri illius exſtruendi hanc Harlemenſem controverſiam, idque præcipue in *Petri Scriverii* à ſcriptore Gallo *Gabr. Naudæo* Pariſienſe refutati ac male accepti gratiam, qui juſto & peculiari huic rei dicato opere contra Batavicum iſtum athletam, pro Moguntinis hanc

pu-

pugnam depugnaſſe narratur. Ac confirmat quidem augetque apud me conjecturam iſtam, quod typographicum hoc negotium tum diverſis capitalium literarum majeſtate decoratis inſcriptionibus inſigniverit *Boxhornius*, tum rubrica etiam conſpicuum & ſpectabile fecerit, qua tamen alias omni iſto opere etiam in ipſo titulo, licet is ab antiquo in tantum ſibi illam propriam fecerit, ut inde etiam nomen adeptus ſit, abſtinuit. Nec dubito, quin ad hoc prædicto Emblemate illic præcipue uti voluerit, ut theatrum illud vel obiter verſans & volvens Lector ſtatim in notabilem illum & ſignatum de typographia locum tanquam ſcenam illius verſatilis operis nobiliorem vel aliud agens ſtatim incidat. Cæterum autor iſte *Junii* præcipue, quod cæteri etiam ejusdem opinionis, ut vidimus, factitant, autoritate nititur, cujus è Batavia locum in præcedentibus à me relatum ad longum recenſet. Præter illum autem ANGELI ROCCHÆ Pontificii Sacriſtæ ex Eremitarum S. Auguſtini ordine, Theologiæ Doctoris, ac poſtmodum Epiſcopi Tagaſtenſis, qui *Sixti quinti* tempore Bibliothecam Vaticanam luculento opere deſcripſit, teſtimonium recitat, ſimulque allegati ab eodem *Mariangeli Accurſii* locum refert, tum *Colonienſis* denique Vernaculi *Chronici* teſtimonium addit, quod utrumque operæ pretium eſt, hic etiam adſcribere, ut candidus amansque æqui & veri

Le-

Lector ſuffragium ferat, num autores illi dicant, quod ex illorum dictis aſſeritur. Sic igitur r) *Roccha*: *Ars Typographica in Europa univ. ſal. noſtra* 1442. *inventa fuit* &c. usque ad verba: *rudem illam inventionem præ ſe ferunt*. (vid. ſupra pag. 298. ſq.) Hæc è *Rocchâ*, *Boxhornius*, qui poſtea paucis præmiſſis ita in ſequentibus pergit: *Harlemum itaque Typographiæ matrem, Moguntiam autem nutricem ejus & elimatricem præcipuam recte appellabimus. Huic enim typi ſtannei vel ærei debentur, quod & Librorum frontiſpiciis inſcribi cœptum eſt. Operibus* Joannis Boccacii *in folio rudi ſatis litera primum excuſis hoc præfigitur: Genealogia* Joannis Boccatii *libri ſectatoribus oppido quam neceſſarii, nunquam alias citra Alpes notabilis ſtanneis divulgati.* Alterum deinde s) CHRONICI COLONIENSIS teſtimonium ſubjungit, quod è vernaculo Latinum fecimus: *Longe igitur faceſſant (ita* Boxhornius *pergit) inanes Moguntinorum fabulæ, quibus præter luculentum* Mariangeli Accurſii *teſtimonium alterum non minoris ponderis opponimus ex* Chronico Colonienſi *deſumtum, cujus autor, qui iſtis temporibus floruit, ſic ſcribit: Ars hæc (Typographica) ſumme æſtimanda, inventa omnium primum in Germania urbe Moguntia eſt ad Rhenum circa Ann Domini noſtri* 1440. *& ab eo anno donec ſcriberetur* 1450. *inventioni ejus, eorumque quæ ad illam pertinent, opera impenſa fuit. Eoque anno qui Jubilans fuit,*

r) 19. *Angel. Roccha.* s) NB. 21. *Chronicon Colonienſe.*

veterum librorum impreſſorum Inſcriptiones, uti vocat, ſeu clauſulas contra opinionem ſuam refert, illas in ſequentibus ſuo loco una cum aliis ejusdem generis videbimus. Lauream tamen à *Boxhornio Coſtero* ſuo ſuſpenſam, ſive in honorem ejus breve conſcriptum Elegiacum, quo Moguntiam alloquitur, hic
p.39 non prætereo, quod ita habet: Vana quid Harlemiis &c. (vid. ſupra pag. 544.) Sed quid vetat præmiſſis adhuc unum atque alterum ſuperaddere, in quos his abſolutis primum forte fortuna & aliud agens incidi. u) HERM. HUGO, Soc. Jeſu Presbyter, ſimiliter cum plerisque ſuperius relatis dubie & incerte de impreſſoriæ artis origine ſcribit cap. 34. de prima ſcribendi origine (pag. 210. ſq. ed. Antw. 1617. 8.) ubi ait: *Quia de ſcriptura nata eſt Typographia, ex re eſſe duxi, de ea hoc loco agere. Eſt enim Typographia ſcriptura quædam inverſa, quæ literas ordine contrario exprimit, atque ipſa literæ compoſita ſunt. Hanc non injuria* Cardanus *lib. XVII. de Artibus vocavit Artem nulli nec utilitate nec dignitate nec ſubtilitate ſecundam. Sed injuriarum agere poſſem cum* Henr. Salmutho, *interprete* Pancirolli, *qui quod Germanos gentem ſuam maximi ſubtiliſſimique inventi laude ornare vellet, nimis indigne tulit, à noſtro* Jo. Petro Maffejo *eam lauream Sinenſibus vindicari lib. VI. Hiſtor. Indicarum; quando tamen cum* Maffejo *ſentiunt,* (quos

u) *Herm. Hugo.*

(*quos ipſemet* Salmuth *teſtes laudat*) Garzias ab Horto, Johannes Gonzalvus Mendoza, Jovius; *addam ego,* Pet. Gregor. Toloſas *lib. XV. de Repub. cap. III. &* Nicolaus *noſter* Trigaultius, *qui recens è Sina in Europam rediit, exque ipſis Sinenſium Annalibus, quos ipſe ſe excusſiſſe diligenter affirmat, ita de typis ſcripſit lib. I. cap. 4.* Typographia apud Sinas antiquior eſt aliquanto, quam apud Europæos, nam à quinque retro ſeculis certum eſt ab iis uſu receptam, neque deſunt, qui aſſerunt, prius ea Sinas fuiſſe uſos, quam in hanc mortalitatem ſeſe Deus immortalis abjeciſſet. *Quam vero diverſa ſit, quantoque facilior illorum, quam noſtra imprimendi ratio, ibi, qui volet, legat. Pro certo igitur & explorato hoc habendum eſt. An autem à Sinenſibus ad Germanos hæc ars delata ſit, an forte (quod fieri potuit) apud Germanos divina quadam ingeniorum ſimilitudine denuo inventa ſit, diſputent Germani & Sinenſes, ne mihi nimium ſuccenſeat* Salmuthius, *qui pro ſe affert* Polydorum, Guilandinum, Caſſanæum, Ramum, *&* Beroaldum. *Certe* Junius *in Batavia ſua vindicat Harlemenſibus primam typorum inventionem. Ita omnes mirantur & exoſculantur eam artem, ut ſinguli velint eam ſuam fuiſſe filiam.*

Porro quomodo hoc artificium exercendum ſit, accuratiſſime ſcripſit Chriſtoph. Milæus *lib. II. Hiſt. Univerſ. rerum, quo remitto lectorem.*

x) FRANCISCUS HARÆUS in Annal.

x) *Franc. Haræus.*

Brabanticis ſub *Philippo Bono* ad an. 1440. pag. 419. *Inventa eſt hoc anno apud Europæos ars imprimendi libros: ſed an apud Moguntiacos, an apud Harlemenſes, quod veriſimiliter aſtruere conatur in ſua Batavia* Junius, *non definio. Late de his* Miræus *noſter in ſuo alioqui ſtricto Chronico, quem qui volet, adeat.* Pari modeſtia quamvis & ipſe Hollandici ruris Alumnus agit JOANNES DE LAET in ſua confœderati Belgii republica pag. 58. *Hujus*, inquiens, (*Harlemi*) *indigena* Laurentio Joannis *cognomine* Aedituo Hadrianus Junius *Typographiæ primum inventæ gloriam aſſerit.* y) GASPARIS BARLÆI feliciſſimæ venæ Poëtæ & Ambſterodamenſis Gymnaſii publici Profeſſoris leguntur Encomia urbium Batavicarum, inſerta *Ludovici Guicciardini* Hollandiæ deſcriptioni, quæ ex Belgico ejus viri integro opere depromta Batavicæ reip. diverſis Scriptoribus in minori, ut vocant, formato ſuperioribus annis emiſſis inſerta eſt. In illis, ubi de Harlemo agit, ſequens inter cætera diſtichon habetur, ſub illius Oppidi proſopopœia:

Invidet excuſas populoſa Moguntia muſas,
Quodque meum eſt laudis jactitat eſſe ſua.

z) JO. HENR. ALSTEDIUS in Encyclopædiæ inſigni opere ſuo lib. 30 ſect. 1. agens de Typographia, nec ipſe litem hanc ſuam facere voluit, ita ſcribens: *Rudimenta Typographica*

y) *Gaſp. Barlæus.* z) *Jo. Henr. Alſtedius.*

ea Sinenſibus ante aliquot ſecula fuere cognita. Cœpit autem in Germania hac ars inventore Joanne p.40 Gutenberg *Argentinenſi a. Chr.* 1442. *Quidam inventionem hujus nobiliſſimæ artis tribuunt* Joanni Fauſto *Mogunt. an.* 1452. *Verum ille* Gutenbergii *fuit adjutor.* Petrus Bertius *hanc gloriam tribuit* Laurentio Joannis *Harlemenſi, cui* Fauſtus *artem & typos ſit ſuffuratus & Moguntiam detulerit. Nobis ita videtur. Non abs re* Ariſtoteles *ait: Nihil prohibet, artes easdem à diverſis vel eodem, vel etiam diverſo tempore citra ullam communicationem inveniri. Veriſimile itaque eſt, artem Typographicam eodem tempore in Germania ſuperiori à* Gutenbergio *& in inferiori à* Joanne Harlemenſi *eſſe inventam. Prius enim illud aſſerit* Joannes (Jacobum intellectum voluit) Wimphelingus, *qui circa illud tempus vixit, poſterius affirmant multi autores fide digni. Vide in hanc ſententiam* Chriſtoph. Beſoldi *Pentada. Hi ergo ſunt natales artis nobiliſſimæ, cui primas inter Mechanicas locum damus, utpote ingenioſiſſimæ & artibus liberalibus utiliſſimæ.* Huc etiam a) JOAN. ISAACUM PONTANUM retulerim, qui nec ipſe hanc litem ſuam facere voluit, quando in hiſtoria Danica ſua lib. 10. p. 622. hæc ponit: *Memorabile eſt, hoc tempore artem Typographicam excoli apud Germanos cœptam, ac editis præclaris paſſim voluminibus inclaruiſſe primum Orbi. Et inter cæteros eos autores inventoresque, cum alii*

a) *Jo. Iſaac. Pontanus.*

Laurentium Coſterum *Harlemenſem*, *alii* Joan. Gutenbergium *Argentinenſem ac Moguntinenſem alii, ut eſt ſua quisque nationis ſtudioſus ac admirator, dilaudant ac celebrant, haud debet omitti, qui ipſo ſe nomine Danum prodit*, Nicolaus Jenſen, *quem Gallicum alii faciunt. Hic initio præſtantiſſimæ hujus artis celeberrimus fuiſſe apud Venetos Typographos memoratur, & extat ac commendatur præcipue ejus* Plinii *naturalis hiſtoria, elegantibus ut tum res erant typis excuſa ſub annum Chr.* 1472. *elapſis ab hoc qui ſupra eſt poſitus annis fere triginta.* * Hi fere ſunt,

* Idem *Iſac. Pontanus* hac de re in eandem fere ſententiam tractat lib. 9. Hiſt Gelr. p.476. *Diſceptant certantque inter ſe nationes non una, cui illarum, quæ hoc præſertim tempore ſe dias in luminis oras prætulit, ars artium conſervatrix, typographia, ejusque inventio debeatur. Sunt qui* Johanni Fauſto *civi Moguntino ad annum hunc* 1440 *tribuunt.* Polydorus Virgilius Johannem Guttenbergum, *equeſtri dignitate virum, Germanum item prædicat, civem, ut aliis traditur, Argentinenſem.* Jac. Wimpfelingius Uldricum Han *adducit, qui Germanus item fuit, cognomento* Han, *quod Latine* Gallum *ſive* Gallum Gallinaceum *ſonet. Idque familiæ cognomen latine redditum* Joh. Antonio Campano, *Epiſcopo Aprutino aliisque Gallis præſertim, ut eſt in laudem ſuæ nationis propenſus quisque, anſam præbuit, Gallum natione* Ulricum *hunc faciendi. Atque hæc fere illi, qui Galliæ & Germaniæ præſertim ſuperiori hecce,*

ſunt, quos repererim, vel Moguntinis ſtatus quæſtionem movere, vel ſaltem obiter & ambigue Harlemenſium meminiſſe, de quibus quid mihi, imo viris doctis & affectuum vacuis

hocce, quodcunque eſt, decus adſcriptum voluerunt. At in hunc quoque cenſum Belgicam noſtram, qua inferior Germania libens audit, eſſe recipiendam, imo ei divini hujus inventi primas deberi facile concedet, quicunque Hadrianum Junium *in Batavia ſua deſcriptione hac de re haud vane diſſerentem auſcultavit. Is enim* Laurentium Johannem *cognomento* Æдituum *ſive* Cuſtodem, *vulgo* Coſter *dicimus, civem & incolam Harlemenſem rei hujus auctorem depradicat, in modum ut ſequitur*: Laurentius forte fortuna in nemore &c. *usque ad verba*: per aliquot menſes exegiſſet. (vid. ſupra pag. 234-237.) *Hactenus verba* Hadr. Junii *Hornani, quibus ille decus inventa praclara hujus artis reciduum juſtis vindiciis repetit ab aliis, ut exiſtimat, nefarie poſſeſſum & occupatum; ſummo jure omnium triumphorum laurea majore donandum* Laurentium *Harlemenſem jam dictum cenſens; ut ita non omnia Gracia aut exteris tribuenda, ſed noſtros quoque noſtrateſque multa laudis atque artium egregia poſteris imitanda protuliſſe vel inde pateat.* iisque p. 502. quæ ſequuntur ſuperaddit. Illa enim, cum diverſorum aliorum exemplo, ad conciliationem hujus litigii ſpectent, referre hoc loco viſum eſt. *Eadem hac tempeſtate* (an. 1450.) *effloreſcere paſſim per*

cuis videatur, quantumque illis tribuendum ſit, poſtmodum diſpiciemus. Certe plurimi illorum, qui nuper, id eſt, à tempore editæ *Juniana* Bataviæ reliquorum Batavicæ gloriæ propugnatorum ſcripſerunt, tanti illos non putarunt, ut à veteri & vulgata pro Moguntia ſentientium opinione recedere voluerint, quorum nonnullos recenſebo, ut ante omnia con-

Germaniam videre erat, artem, de qua ſuperius injecimus, typis libros excudendi. Eſtque hoc anno, qui ut habent Chronologi, vere erat aureus, excuſum primo Moguntiæ Bibliorum opus, idque characteribus, ut memorat Chronici Colonienſis vernaculus autor, majuſculis, & quibus excudi plerumque Miſſalia ſolent: adjiciens quod haudquaquam omittendum, eandem hanc artem, licet Moguntiæ primitus eſſet elaborata excultaque, ejus nihilominus primum typum atque imaginem deſumtam ex Donatis, *qui ante id tempus, infra longe Moguntiam Coloniamque apud Batavos, nunc Hollandos Gelriæ finitimos dicimus, rudi Minerva (ut ſunt plerumque rerum initia) typis expreſſi fuerant: Intelligens haud dubie Hollandiæ Harlemum, & ibi quam memoravimus ad annum* 1440. *hoc omnium agitaſſe primo* Laurentium *Harlemenſem*, Coſterum *populariter nominatum, ut ita Rhenus Germaniaque ſuperior inferiorque ſibi quod merito hic vendicet, utraque habeat: illa, quod ultima addita manu expoliverit; hæc quod artem artiſque rudia quædam initia oſtenderit.*

conſtet, non minus nunc ac olim communem & vulgatam opinionem pro Moguntia concludere, jure vel injuria, poſtea examinabitur. *

CAPUT IV.

p.41

Teſtes Neoterici pro Moguntinis.

Primus ex Neotericis prodeat b) PETR. OPMÆRUS Ambſterodamus, celebris chronographus, qui fere ſeptuagenarius an. 1595. deceſſit Delphis. Is igitur operis Chronographici poſthumi ſui pag. 703. editionis Colon. in 8vo, *Beroaldi* & *Campani* carminibus relatis ait: *Etenim hoc anno*, (illum non adponit, nec in præcedentibus illum reperire potui) *Moguntiæ à* Jo. Fauſto *ars imprimendi exerceri cœpta eſt. Fuerat is avus* Joannis Schœfferi, cal-

* Typographiæ inventionis meminit etiam *Pontus Heuterus* lib. 4. rerum Burgundic. p. 121. ſed ambigue magis quam quisquam alius, quare ſuis verbis illum audiamus loquentem: *Reperta eſt*, inquit, *hoc anno* (1440) *in Germania ars, qua plumbeis literis deſcripti libri, prelo deinde brevi tempore multa exemplaria excuduntur, Græca voce artem Typographicam vocantes. Sed quo autore, quo in loco primi ſint excuſi* (*Moguntiacis ſibi laudem vindicantibus*) *non ſatis inter ſcriptores liquet.* Ita ille. Memorabile autem puto, ſi Hollandos ſuos de Typographica hac controverſia loquens in mente habuit, quod aperte illorum meminiſſe abſtinuerit.

b) 1. *Petr. Opmærus*.

calcographi noſtræ ætatis, vir dignus ut celebretur. Addit deinde de *Ulrico Han*, quæ ſupra pluries relata, Annum tamen in præcedenti loco prætermiſſum alibi in principio lib. 4. non præterit, ita ſcribens: *Quid? quod ſub mundi veſperam inſtante ſupremo jam die inter caliginoſas impiorum atque diſcordiarum feralium procellas raræ pietatis ſummæque doctrinæ non pauci inſtar micantium ſiderum emicaſſe cernuntur, ut crederes orbem à graviore morbo convaluiſſe, atque amiſſas eloquentiæ artiumque vires, ſenſim recollegiſſe opitulante diſciplinis arte illa, quam plumbeis literarum characteribus ingenioſe fuſis, atque ſcribendi ratione apte compoſitis atramentoque madefactis convenienter ac prælo compreſſis, diverſarum linguarum libri numeroſo quaſi partu in quam plurima exemplaria in lucem producuntur. Typographiæ arti nomen dedêre, ac per* Joannem Fauſtum *an.* 1440. *excogitatam in lucem produxiſſe certiſſime conſtat. Mirum tanti artificii repertorem & divinarum humanarumque diſciplinarum generoſum adminiſtrum à Germanicarum rerum Scriptore indigno plane ornari elogio. Fuit certe vir ille immortalis memoriæ digniſſimus & acutiſſimis ingeniis annumerandus.* Ita ille. Divinare autem nequeo, quem indigitare voluerit è Germanis Hiſtoricis. Nulla apud hunc, quod mirari poſſis, *Juniani* Æditui mentio, ejus autem in hac re autoritati plurimum tribuo, quod & juxta Harlemum natus, haud procul inde vixerit & deceſſerit, quod patriarum rerum peritiſſimus, ac inprimis nobiliorum artium, utpote

pi-

pictură, ſculpturæ, calcographiæ &c. curioſiſſimus indagator fuerit, ac ſcriptor ſane, quod ſuper omnia æſtimo, gravis, cordatus, conſtans, ac non patriæ minus quam veritatis amans. Huic accedat c) ABRAH. BUCHOLCERUS & ipſe antiquitatis peritiſſimus, quod vel ex unico ejus Chronologici Indicis erudito contextu judicioſus lector animadvertere poteſt. In illo autem ad ann. 1440. ſcribit ſequentia: *Ars typographica novum* p. 42
per typos ſcribendi genus inventa & excogitata eſt a Jo. Gutenbergio, *de quo ſic* Wimphelingius *c. 65. &c.* Ejus ſupra verba retulimus, nec hic repetimus. Rectius tamen hunc ad priorem claſſem illorum, qui ante *Junii* Bataviam viſam ediderunt huc retuliſſem. Obiit enim an 1584. Verum id parum refert, nec cardo rei in illo vertitur. d) HENRIC. SPONDANUS Apamearum Epiſcopus, feliciſſimus Annalium Eccleſiaſticorum Epitomator, in auctuario chronologico ad illud ipſum Baronii immortale opus adjuncto, ſic hac de re ſcribit ad an. 1440. e) *Ars typographica excogitatur in urbe*

c) 2 Abr Bucholzerus. d) 3. Henr. Spondanus.

e) Idem Spondanus in Continuatione Annalium Baronii Tom. I. pag. 892. ſq. ad An. 1440. Hoc tempore plures artis typographicæ inventum ponunt, nonnulli paulo tardius. Verum ſi jam an. 1442 (ut Junius in ſua Batavia memorat) Alexandri Galli doctrinale, quæ Grammatica celeberrime tunc in uſu erat, cum Petri Hiſpani tractatibus, prima fœtura in lucem prodiit, ſaltem hoc anno characteres in-

urbe Argentinenſi à Jo. Gutenbergio *aurifice, qui inde Moguntiam veniens eam feliciter complevit. Eandem poſtea auxit* Joannes Mentel *ibidem Argentinæ.* Sixtus Ruſinger *item Argentinas traduxit Nea-*

inventos eſſe non negabimus. De primo quoque inventore controvertitur. Et is quidem Junius Harlemo Belgii oppido ac Laurentio Joanni cognomento Æedituo ſive Custodi tribuit, cujus infidus famulus typicam ſupellectilem furto ſurripiens, Moguntiam ſe receperit. Quod deridet Serarius in rebus Mogunt. lib. I. cap. 37. Id tamen etiam ſcribit Petitaeus in magno Chronico Bataviæ Tom. IV. lib. 4. ſub fin. dum hujus inventionis occaſionem, originem & progreſſum exponit, ac Laurentium Jansonium, unum ex primariis civibus Harlemenſibus primum inventorem fuiſſe, ſed Joannem Faustum unum ex quatuor operàriis illius, inſtrumenta & ſcientiam imprimendi ſurripuiſſe ac Moguntiam conceſſiſſe, ibique artem illam quaſi à ſe inventam exercuiſſe. Polyd. Virgilius de rer. invent. lib. 2. cap. 7. Joh. Guttenbergio tribuit viro apud Moguntiam equeſtri dignitate. Aut ſi Wimphelingum Epit. rer. Germ. cap. 65. audimus, Guttembergius eam invenit Argentinæ in patria; & inde diſcedens illam feliciter Moguntiæ conſúmmavit. Aventinus item rer. Boicarum lib. 7. prædicto Joanni Fausto civi Moguntino aſſignat, nonnulli etiam aliis, forte reſpectu eorum, qui primitus variis locis eam artem exercere cœperunt. Vidimus Officià Ciceronis impreſſa Moguntiæ anno 1466. quarta die menſis Februarii, ut dicitur in fine, ubi hæc verba ponuntur: *Preſens Marci Tullii* &c. (vid. ſupra pag. 176) Quæ amicus nóſter Petrus Frizon Theologus Pariſienſis & Vicarius generalis in magna Franciæ Eleemoſynaria nobis è ſüa Bibliotheca communicavit. Eam in Italiam primi tuliſſe dicuntur Ulricus Haen & Sixtus Resius ſive Rusinger. Quod autem vox illa Haen ſignificet gallum gallinaceum, & is nomen ſuum in latinum ver-

Neapolim in Italiam & Udalricus Han *Romam*, Wimphelingus *&* Fulgoſius. *At* Platina *& plerique alii tale inventum referunt ad* Joannem Fauſtium *Moguntinum ſub an.* 1452. Paulus *vero*

vertens nominaſſet ſe Gallum, inde etiam nonnulli exiſtimarunt eum fuiſſe natione Gallum, quod tamen non conſtat. In quem hujus artis de cauſa ingenioſe luſiſſe reperitur ANTONIUS CAMPANUS hoc epigrammate: *Anſer Tarpeji &c.* (vid. ſupra pag. 175.) RAPHAEL VOLATERRANUS lib. 33. duos è Germania fratres cœpiſſe Romæ an. 1465 tradit, primosque omnium prodiiſſe AUGUSTINUM de Civitate Dei & LACTANTIUM. Cum tamen POLYDORUS ſcribat, jam anno 1458 quendam hominem Germanum nomine CONRADUM artem primo Romam detuliſſe, quam deinde NICOLAUS JENSON Gallicus primus mirum in modum illuſtraverit. Habemus nos Biblia duobus ingentibus voluminibus Romæ excuſa an. 1471. in ædibus Maximorum à duobus Teutonibus, quibus nomen CONRADO SWEINHEIM & ARNOLDO PANNARTZ, qui teſtantur, plurimos ſe libros jam antea excudiſſe. Sunt tamen multi, Jo. BARROS. Aſiæ dec. I. lib. 9. cap. 1. JOVIUS Hiſt. lib. 19. OSOR. de reb. geſt. Emman. lib. II. & alii, qui hanc artem antiquiſſimam eſſe apud Sinenſes ſive Chinenſes velint. Viſunturque in Bibliotheca Vaticana & aliis nonnullis libri ibi excuſi, ſed per ſolos characteres ad invicem diſtinctos, neque à læva ad dexteram, ut Græci & Latini conſueverunt, aut à dextra ad lævam, ut Hebræi, ſed à ſummo ad imum deductos, ſimiles magis notis hieroglyphicis, quam ſcripturæ continuæ. Aitque GUIDO PANCIROLLUS JCtus in tractatu de rebus noviter inventis tit. 12. invaluiſſe opinionem, quendam per mare Germanicum & Balthicum navigantem in regionem Chinenſium fuiſſe delatum, ibique animadverſam imprimendi artem in Germaniam detuliſſe; quod tamen nos vanum omnino putamus. An enim ſi Characteres illi hieroglyphic

vero Jovius *à Catainis Indiæ populis per Scythas & Moſchos ad nos perveniſſe ſcribit.* Genebrardus *addit & Themiſtitaneos, quorum urbem patrum memoria Caſtellani in novo orbe occuparunt. Qui vero de rebus Sinenſibus ſcribunt, aſſerunt usque adeo veterem eſſe apud Sinenſes hanc artem, nullum ut inter eos extet originis ejus monumentum.* Primos autem libros in noſtra Europa Typis mandatos volunt fuiſſe eos, quos de Civitate Dei *Auguſtinus* ſcripſit, & de Divinis Inſtitutionibus *Lactantius. Volaterranus, Genebrardus.* Notet Lector in tot diverſis à *Spondano* relatis opinionibus Harlemenſium non eſſe rationem habitam, non ſcriptoris ignorantia, cui ſine dubio Batavia *Junii* ſatis nota erat, ſed quod nihil in hujus ſcripto &

phici apud Chinenſes in uſu impreſſorio ab antiquo fuere, non potuit alicui in Europa id ipſum in mentem venire? Quid enim prohibet easdem artes à diverſis vel eodem vel diverſo tempore citra ullam communicationem inveniri. Undecumque porro hæc venerit, aut ubicumque inventa fuerit, certum eſt divinitus eſſe miſſam, cujus utilitati vix ullum aliud inventum comparari poſſit. Ut non jam immorer recudendis plurium auctorum de hac nobiliſſima arte præconiis, quæ cuncta longe infra dignitatem ejus eſſe cenſemus; quamvis nec deſint, qui maligne nimis ei detrahere non ſint veriti. Alii mitius ambiguo beneficio inventam volunt, quod non minus ad perniciem quam utilitatem hominibus ancilletur. Cui nihilominus non abſone Wernerus Rolevinck de Laer ſententiam illam Proverb. I. aptaſſe videtur: *Sapientia foris prædicat* &c. quippe cum antea paucis nec niſi magnis ſumtibus manifeſtarentur libri, jam hujus artis beneficio cuncti & ubique parvo pretio communes fiant.

& illorum jactantia probabilitatis reperiret, adeoque nec dignam judicaret, ut illa inter cæteras recenſita lectoris judicio ſubmitteretur. f) HORATIUS TURSELINUS breviter ut ſolet, ac ſine loci ſpecificatione hanc rem transmittit lib. 10. Epitomes hiſtoriarum: *Per idem tempus (an. 1440.) ratio imprimendorum librorum apud Germanos inventa magno ingeniorum compendio bonoque.* Non dubito autem quin Moguntinos hic intellectos per Germanos velit. g) CHRISTOPHORUS HELVICUS in Theatro Hiſtor. p. 141. An. 1440. Ars Typographica excogitata à *Jo. Gutenbergio* Argentinenſi publicatur Moguntiæ primum, tum Argentinæ, inde deducitur Neapolim & Romam. *Wimphelingus, Polyd. Phil. Beroald.* In China tamen ajunt diu ante eam cognitam fuiſſe. *Joh. Conſalvus* l. 3. c. 17. h) HENR. SALMUTH Polyhiſtor eruditiſſimus in aureolis ſuis ad *Panciroli* Memorabilia Commentariis ad tit. 12. rerum noviter inventarum, qui eſt de *Typographia*, non tantum veterem & receptam opinionem de hac arte in Germania Moguntiæ reperta retinet, ſed *Junii* etiam commentum nominatim rejicit: *Illud mirere magis*, inquit, *ipſum etiam* Hadr. Junium *Germanis Typographiæ inventionem non tantum voluiſſe ereptum ire, ſed & Moguntiacum inſuper* Fauſtum *il-* p. 43

lum,

f) 4. *Horat. Turſelinus.* g) 5. *Chriſtoph. Helvicus.* h) 6. *Henr. Salmuth.*

lum, qui primus ejus autor paſſim audit, plagii manifeſto inſimulaſſe, & recidivam hanc divina illius artis laudem Batavis ſuis, & ex his civi cuidam Harlemenſi ſumma confidentia adſerere non dubitaſſe, in Batavia ſua cap. 17.

Hæc *Salmuthus*, qui recitatis deinde ipſis *Junii* iſta de re verbis, ſic tandem concludit: *Iſta ſunt ferme, quæ à ſenibus annoſis, fide dignis, & qui tradita de manu in manum quaſi ardentem tædam in decurſu acceperant, olim ſe intellexiſſe affirmat. Quicquid ſit, Germania certe nunquam ſibi hanc laudem patietur extorqueri, à grata Poſteritate meritiſſimo his* Beroaldi *celebranda verſibus* &c. Optarem equidem Junianas iſtas venditationes aliquanto ſolidius fuiſſe ab hoc commentatore refutatas, quod quia ab illo prætermiſſum eſt, experiar in ſequentibus, quid contra novum hunc Carneadem effici & obtineri poſſit. Idem autor in operis illius ad tit. de Typographia auctuario, quod editioni an. 1629 acceſſit, prolixe hiſtoriam typographicæ inventionis enarrat. Quia vero totus ille locus non tam Harlemenſem litem concernit, quam ad alteram illam de *Fauſto* & *Gutenbergio* quæſtionem, utri nimirum illorum hoc inventum originaliter tribui debeat, ſpectare dignoſcitur, hic illum adſcribere abſtineo, relaturus infra ſuo loco, ubi dubium illud prædictum reſolvetur. Occaſione *Salmuthi* jam citati placet, ipſius etiam i) PANCIROLI, cui

i) *Guid. Pancirollus.*

cui is illuſtrando iſta commentatio fuit, verba obiter apponere, quamvis magnam partem huc proprie non pertineant: *Notatu quoque digna eſt Typographiæ inventio* &c. (vid. ſupra pag. 463. ſq.) Hæc ille de Typographicis in Germania primordiis nugatur non ſine manifeſto *Joviani* livoris contagio, cui quantum tribui conveniat, ſupervacuum eſt pluribus oſtendere; quando aliquoties iteratæ, Batavorum an. 1592. & ſequentibus ad Chinenſium regionem per mare ſeptentrionale navigationum tentationes, ſemper ob immenſum frigus & glaciei vaſtiſſimos montes in irritum reciderunt. Ac hucusque incertum manet, an Aniani, quod vocant, fretum eo loci Aſiam ab America diſterminet, vel potius novus orbis illic veteri jungatur, ac isthmi alicujus interventus utrumque peninſulam efficiat invicemque connectat. Atque adeo navigationem iſtam Aquilonarem in Chinas & Indiam impoſſibilem reddat. Nam quod idem *Pancirolus* per Balthicum mare in Orientem navigatum eſſe ſcribit; ineptum nimis eſt, nec tam refutationem, quam explosionem meretur. Per Moſcoviam enim etſi Cynoſura & Helice itinerantes etiam regant, curribus tamen, equis & trahis potius, quam onerariis aut roſtratis illi terreſtres ſiderum obſervatores vehuntur. Holſatica in Orientem legatio, quam re feliciter & ex animi ſententia geſta nuperrime domum rediiſſe

p. 44

 diiſſe

diſſe hebdomadariæ novitatis, ut cum *Ænea Sylvio* loquar, hiſce diebus nuntiarunt, an adverſariis & Germanicæ gloriæ detrectatoribus nova argumenta ſuppeditatura ſit, alias ſciemus. k) MELCH. ADAMUS Sileſius in Vitis Philoſophorum Germaniæ, de *Jo. Fauſto* & *Jo. Gutenbergio* ita ſcribit: *Hucvatium & Joanni illi Fauſti nomen &c.* (vid. ſupra pag. 320.
p.45 323.) Hactenus *Adamus*, cui l) JUL. CÆS. BULENGERUM, Theologum & Hiſtoricum Gallum comitem do, ut illius prolixitatem brevitate hujus compenſem. Is lib. 5. hiſt. ſui temp. ad an. 1577. (pag. 199. D.) *Id temporis per ſodales S. Auguſtini China cognita & luſtrata eſt, ubi tormenta muralia ante octingentos annos in uſu fuiſſe produnt, quæ in Europa an. 1330. reperta per* Bertholdum Swartzium, *Monachum Alchymiſtam, mox ad bella, pugna Creſſiaca adverſus Gallos ſub anno 1346 ab Anglis translata, tum à Danis & Venetis an. 1354 uſurpata ſunt, ſic mobiles illæ formæ, quibus libri typis excudantur an. 1440. in Europa per* Joannem Gutenbergem *repertæ & Moguntiæ primum exercitæ; in China ante mille annos viguere.* m) FERREOLUS LOCRIUS, Belgici Chronici nuperus Scriptor, prodiit enim an. 1616. præteriri hic non debet, qui cum pleraſque de ortu calcographiæ ſententias recenſeat, nec aperte ex omnibus aliquam

k) 7. *Melch. Adamus.* l) 8. *Jul. Cæſ. Bulengerus,* m) 9. *Ferreol. Locrius.*

quam amplectatur, in Moguntinorum ta-
men partes potiſſimum videtur propendere:
Joannes Gutenbergius, *inquit, ſecundum* Poly-
dorum Virgilium *&* Gilbertum Genebrar-
dum, (*aliis* Joannes Fauſtus) *equeſtri vir digni-*
tate, patria Argentinenſis, artem Typographicam di-
vina plane inventione Europæis aperit. Qua de re vi-
de Garziam *lib.* 1. *Aromatum apud Indos naſcenti-*
um cap. 38, Joannem Barrum *ſua in Aſia decad.*
1. lib. 9. *cap.* 1. Paulum Jovium *libro hiſtoriarum*
19, *aliosque apud quos intelliges, Chinenſes Indiæ po-* p. 46
pulos primos hujus artis fuiſſe inventores. De noſtris
vero ſcripſere Polydorus Virgilius *lib.* 2. *de inven-*
tor. rer. c. 7. Jac. Wimpheling. *hiſt. ſuæ cap.* 65.
Philipp. Bergom. *lib.* 15. *Supplem.* Gilbert. Co-
gnat. *lib.* 3. *Sylvæ narrat.* Hadr. Junius *in Bata-*
viæ deſcriptione, qui Laurentium Joannem *cogn.*
Æditum *ſive* Cuſtodem *civem & incolam Harle-*
menſem prædicat hujus artis inventorem. Ex pro-
feſſo autem tres Neotericorum hanc tracta-
runt typographicæ inventionis materiam,
n) NIC. SERARIUS Jeſuita in rebus Mogun-
tinis, GEORG. DRAUDIUS in Diſcurſu ſuo
Typographico, qui an. 1625. Francofurti ex-
cuſus eſt, & GABR. NAUDÆUS Pariſienſis,
qui nuperrime ſcripſit, è quibus *Serarius Pe-*
trum Bertium ſibi præcipue refutandum ſum-
ſit, aliquotque capitibus 36. 37. 38. & 39. lib.
1. rerum Mogunt. ſatis ſolide hanc rem exe-

 qui-

n) 9. *Nic. Serarius.*

quitur, referens ſeptem diverſas de loco & autore hujus diviniſſimi inventi opiniones, ac pro Moguntinis tandem concludens, reliquas vel ad rem non pertinere, & extra quæſtionem eſſe oſtendit, vel ſatis ſolide & fortiter refutat, nec tamen citra modeſtiam, uti religioſi inſtituti hominem vel maxime decebat. Is igitur cap. 37. inter alia hæc quæ ſequuntur de hac Harlemenſium cum Moguntinis controverſia ponit: *Sexto an etiam in aliqua Hollandiæ Sylva* &c. (vid. ſupra pag. 261.
p 47 ſqq.) Capite ſeq. *Serarius* refert locum e Chronico Moguntino, quem huc tranſcribere operæ pretium eſt: *Hoc autem urbis noſtræ Moguntiaci* &c. (vid. ſupra pag. 274.) Superſunt duo alii è recentioribus, quos dixi, qui ex profeſſo hanc pugnam depugnarunt, licet hactenus mihi illos inſpiciendi facultas non fuerit, ac omnis diligentia mea in illorum acquiſitione me fruſtrata ſit. Illi ſunt o) GABRIEL NAUDÆUS Pariſienſis, qui *Petrum Scriverium* ejusque Laurum Laurentianam (ita liber inſcribitur pro Harlemo an. 1628. editus) ſibi refutandum ſumſit, & p) GE. DRAUDIUS, Claſſicæ Bibliothecæ inter alia auctor, qui ante annos non ita multos Francofurti librum evulgavit inſcriptum: Diſcurſus Typographicus, in quo cum pleraque alia, tum hanc etiam litem, ut audio, attigit, neutrius ver-

o) 12. *Gabr. Naudæus.* p) 13. *Ge. Draudius.*

verba & ſententiam, cum needum videre illos contigerit, referre hac vice queo. His omnibus autem, qui volent, præterea addere poterunt SETHUM CALVISIUM Hiſtoricum Lipſienſem in Chronologia, MART. CRUSIUM in Annal. Suevicis part. 3. lib. 7. pag. 373. & 412. JO. HEIDFELDIUM Sphyngis philoſ. autorem cap. 27. quod eſt de Scriptura ænigmatica, (pag. 547.) q) WILH. DILI-

 CHI-

q) *Quæ illa ſcribendi forma & ratio eſt, qua uno ductu tractuque, uno item momento, non ſine maxima delectatione ſpectatorum aliquot pagellæ complentur?*

Ad hanc ζήτησιν ſeu ἀπορίαν nemo prorſus ex remotiſſima etiam & ſapientiſſima antiquitate poſſet reſpondere, quod nobis non adeo difficile eſt, & dicimus eſſe typographiam ſeu Chalcographiam, quod ingens donum extremis hiſce effœtis & fatiſcentibus temporibus clementiſſimus & ſolus ſapiens Deus reſervavit, inque hiſce Germaniæ finibus, Moguntiæ nimirum, exiſtere primum voluit; quo divino beneficio fit, ut tantum uno die ab uno homine literarum imprimatur, quantum vix toto anno à pluribus calamo ſcribi poſſit. Hinc factum eſt, ut diſciplinarum omnium magna librorum copia ad nos manarit, tum græcorum, tum latinorum. Inprimis autem ad promovendam religionem adjumentum fuit exoptatiſſimum. Equidem ſi mihi priſca uſque ad noſtri temporis fæcem, beneficia Dei retexenda & enumeranda eſſent REGALIA, quæ vocant, ſeu privilegia, quibus præ ceteris nationibus noſtra parens & nutricula Germania gloriari poteſt, atque alte caput effert, hoc ipſum ſcripturæ commodum & compendium inter extrema non collocarem. Utinam tanto Dei munere

CHIUM in Chronico Haſſiaco, PETR. MATTHÆUM Juriſconſultum Lugdunenſem in notis ad 7. Decretal. l. 5. tit. 4. c 3. AUTOREM Antiqq. Britann. in Thoma Burcherio 64. Archiepiſcopo Cantuarienſi, p. 293. r) JO. SERRÆUM in Inventorio hiſtoriæ Francicæ in Carolo 7. DION. PETAVIUM in Rationario temp. part. I. lib. 9. cap. 9. s) JO. DE COLLE in Theatro imitatricium & imitabilium lib. 6. c. 3. JO. BUSÆUM in dedicatoria Abbatis Trithemii, JO. JAC. FRISIUM in Biblioth. Philoſ. ARN. RAYSSIUM in Belgica Chriſtiana p. 167. * Atque ha-

nere grati uteremur, non ad obſcurandam ſed illuſtrandam Dei gloriam & veritatem cœleſtem, non ad disjungendas, quod unice quærit Satan, ſed ad copulandas Eccleſias, ut (ſecundum G. FABR. lib. Amor. Fil. Dei)

Sint unum, doceant unum, fateantur & unum,
Unum qui Chriſti nomine nomen habent.

Sed vereor, ne hujusmodi digreſſiones moroſorum forſitan & moroſophorum cavillis objiciantur.

r) His temporibus illa utiliſſima cudendi atque imprimendi ſcientia Argentorati Germaniæ civitate inventa eſt, etſi de authoris, loci, annique certa veritate inter ſcriptores magna diſſenſio eſt, quam perpendant lectores. Hæc autem hoc anno in ejus laudem edita carmina ſunt: *O felix noſtris* &c. (vid. ſupra pag. 309.)

s) Commodum accidit, ut cum, deterſa barbarie, literæ caput efferrent, tot magnorum ingeniorum commendandis æternitati fœtibus ars typographica prodiret anno 1440 repertore Joanne Guttembergio equite Moguntino.

* Illis, qui poſt editam *Junii* Bataviam Moguntinis In-

hactenus pro utraque parte teſtimonia referre viſum eſt. Non indignabitur autem lector nec ægre feret me paulo prolixius in ejusmodi transſcriptionibus verſatum eſſe, nam & ſuum me negotium egiſſe puto fatebitur, ubi è ſequentibus animadvertet, cujus bono tot

Ss 4 ap-

Inventionem Typographicam aſſerunt, addi & apponi poſſunt hi ſequentes: *Jac. Bornitius* de ſufficientia rerum fol. 174. & ſq. *Auctor Chronici Ecclesiaſtico-Politici*, quod excuſum eſt Francofurti an. 1614. tom. 2. Chronici Chronicorum Politici ſub an. 1440. *Chriſto. Lehman* lib. 7. Chron. Spirenſis cap. 105. *Jo. Cluverus* in Epitome Hiſtoriar. p. 658. *Chriſtoph. Beſoldus* Pentade I. Diſſertt. Philologicar. c. 3. *Claud. Clemens* Soc. Jeſu presbyter, Profeſſor humaniorum literarum in Acad. Madrit. lib. I. Muſei Sect. 8. cap. 6. *Seb. Verronius* lib. 8. Chronici Eccleſiæ & Monarchiar. *Adelarius Erichius* lib. 6. Chronici Juliacenſ. cap. 11. *Wenceslaus Sturmius* in Chron. univerſali lib. 5. p. 446. *Dan. Pareus* in Hiſt. Palatina p. 103. & in Medulla hiſt. Eccleſ. p. 311. *Elias Reuſnerus* in Iſagoge hiſtorica p. 467. *Petr. Heigius* part. 1. qv. 7. num. 55. *Daniel Otto* de Jure publ. cap. 24. *Jo. Wolffius* Tom. 2. lection. Memorab. p. 753. *Jac. Gualtherus* in Tabb. Chronologicis p. 719. *Nic. Dolionus* in Compendio hiſtoriæ part. 4. p. 447. *Jo. Chapeauvillius* tom. 3. rerum Leodienſ. p. 122. in Chronologia ejusd. tomi. *Jo. Barclajus* in Icone Animorum ſive quarta parte Satyrici cap. 5.

p. 48 diverſorum teſtationes cumulaverim, & apparebit, me in illis, quæ deinceps ex ejusmodi autorum dictis illaturus ſum & probaturus fucum nemini facere intendiſſe, ſed copiam potius unicuique à me datam eſſe, ſtatim in rem, quod dicitur, præſentem eundi, noſtraſque aſſertiones cum ipſis fontibus, unde hauſtæ ſunt, conferendi. Omnes autem optima fide citatos eſſe, quoscunque in medium adduxi autores, neminem dubitare velim, nec enim præterquam mihi ipſi hac in re credidi, nec ullius quicquam excerpſi, niſi propriis inſpectum oculis, ne & ipſum me & alios imprudens deciperem.

CAPUT V.

Quo utriusque partis dicta examinantur, & Argumenta pro Moguntinis referuntur.

Ut igitur ſecundum propoſitum ab initio ordinem procedam, agedum relata jam pro utraque parte teſtimonia inſpiciamus. Ante *Junium*, ut dixi, nemo de quo conſtet, publice pro Harlemenſibus tale quid vel oblique aſſeverare dignoſcitur: *Chronici* enim *Colonienſis* Autor, quam non faciat pro Hollandis, infra ſuo loco patebit. Ad annum igitur usque 1588. quo *Hadriani Junii* Batavia in hominum manus venit, vel ſaltem ad an. 1575, quo ille terræ valedixit, ac huic operum ſuorum

rum, ut traditur, ultimo immortuus eſt: Doctorum nullus pro Belgis Germaniæ moleſtus fuit, per annos ad minimum centum viginti quinque, ſoli itaque Harlemenſium & vicinorum traditioni, de qua *Guicciardinus* aliique, eo usque tantæ rei notitia ac probatio innitebatur, quod quam ſit fragile veritatis fundamentum mille experimentis orbi notum eſt. Quid enim crebrius fœdiusque omnium fere gentium antiquitates & hiſtorias inquinavit, quam iſtiusmodi ab improbis callide, aut rudibus ſtolide confictæ à reliquis temere creditæ de Urbium gentiumque originibus, de ſuperiorum temporum geſtis, inſtitutis, inventis impudentes & inſipidæ fabulæ, quæ tamen multis in locis tam alte hominum perſuaſiones inſederunt, ut ſine diſcrimine alicujus inquiſitionis ac capitis periculo vix in dubium vocare liceat. Per me quidem Harlemenſibus integrum eſt, ut *p.* 49
Laurentium hunc cum *Leme* itidem ſuo ad *Brabonem* cæterosque ejusdem generis Heroas adſcribant, dummodo mihi quoque bona cum venia permittant, de plebeculæ ſuæ gerris amplius quid non credere, quam quod vel idoneos autores habeat, vel probabili ſaltem veriſimilitudine coloretur. Hoc in poſtulato meo cum à modeſtia non abeat, confido me bonos omnes & cordatos habiturum adſtipulatores, quorum etiam judicio & examini qualemcunque hunc diſcurſum meum

ſubjicio. a) Ac primo quidem ineptum & plusquam temerarium mihi videtur, tot ac tantis graviſſimis ac fide digniſſimis, relatis à me ad longum, ſcriptoribus, qui magnam partem vel ipſius Typographicæ inventionis tempore, vel brevi poſt vixerunt, quibusque ipſimet inventores eorumve diſcipuli oculis viſi & familiariter cogniti fuerunt, aſſenſum denegare, & Hollandicis iſtis congerronibus, quibus & hæc & ſimilia alia in Harlemenſis ſylvæ ambulatorio otio confingere proclive fuit, de re teſtatiſſima credere. b) Secundo tanto hoc inconſideratius foret, quod ex quam plurimis excellenti doctrina & probitate Batavici tractus eruditis viris, quotquot illorum poſt Typographiam inventam ante *Junium* vixerunt, ne unus quidem hactenus repertus ſit, qui Patriæ ſuæ hanc aliis debitam laudem arrogare auſus fuerit, qui tamen tacituri non fuerant, ſi quid ſalva veritate ea de re prodere potuiſſent: maxime quod & domeſticarum rerum non minorem *Junio* notitiam habuerint, nec occaſio etiam illorum pleriſque defuerit, Bataviæ gentis, decantiſſimam hiſtoriarum monumentis gloriam adeo luculenta mantiſſa augmentandi. Certe aliqui illorum patriam Hiſtoriam ex profeſſo dataque, quod dici-

tur,

a) *Argumenta pro Moguntinis contra Harlemenſ. Arg. 1.* b) *Arg. 2.*

tur, opera poſteris tradebant, ac eadem illa in quæ typographica incunabula inciderunt tempora ſub manibus habebant, ut ſine flagitio impietatis in patriam tacere, ſi quid iſta de re compertum habuiſſent, non potuerint. Ex illorum numero *Reinerus Snoius* & *Guilielmus Heda* fuerunt, celebres Batavicorum Annalium conditores, apud quos ne γρῦ quidem hac de re reperias, ſed reliqui etiam, *Cornelius* nimirum *Aurelius*, *Alardus Amſterodamus*, *Jacobus Ceratinus*, *Cornelius Crocus*, *Martinus Dorpius*, *Theodoricus Langius*, *Petr. Nannius*, *Pontus Heuterus*, tum etiam nobile illud par Poëtarum *Cornelius Muſius* & *Joannes Secundus* Hagienſis, ac poſterioris hujus gemini fratres *Nicolaus Grudius* & *Hadr. Marius*, ſi non omnes, certe unus ſaltem alterque de multis nec Patriæ hanc laudem nec Philologis notitiam invidiſſent; ſi qua fuiſſet penes illos ejus rei, utpote quæ nec obſcura eſſe, nec latere diu poterat, conſcientia. Si autem non movet illos, qui contrarium ſentiunt illorum omnium, quos recenſui, ſilentium, moveat illos & obmuteſcere faciat, quod c) tertium contra illos argumentum eſſe cupio, *Eraſmi* & *Opmeerii*, uti domeſticorum, ita graviſſimorum teſtium, autoritas, quorum alterum ſupra vidimus, alterum hoc loco per imprudentiam ſupra omiſſum referemus. Is igitur (*Eraſmum* intelligo) in p. 50

Com-

c) *Arg.* 3.

Commentariis ſuis ſupra Tom. I. Opp. *Hieronymi* ad Epiſtolam 9. quæ *Geruntiæ* ſeu *Ageruchiæ* ſcribitur, hæc habet: *Huic urbi* (*Moguntiæ*) *omnes honoratim literarum ſtudioſi non parum debent ob egregium illud ac pene divinum inventum ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant.* Addamus *Eraſmo Cornelium* etiam *Callidium* itidem Batavum ex Gauda urbe, qui in Calce Catalogi ſui de Viris illuſtribus diſerte agnoſcit Moguntiam electoralem Vrbem hujus artis Inventricem, idemque in ipſo etiam Libri Frontiſpicio teſtatum & adſcriptum eſſe voluit. Fuit autem *Junii* Synchronus & An. 1581. Catalogum ſuum in lucem protulit. Illi igitur omnes diſertis & expreſſis verbis pro Moguntinis faciunt, Patriam vero, licet illius amantiſſimi fuerint, alienis plumis comptiorem facere, nullus de tribus ſuſtinuit. d) Quarto iidem attendant velim, an ex ipſis ſaltem Harlemenſibus ſuis, quos illis proximeque ſequentibus annis doctrina & literis floruiſſe *Boxhornius* tradit, vel unum nominare poſſint, qui Patriæ & veritati hanc operam impenderit, & *Laurentio* iſti *Caſtero* hanc literarum illuſtratatarum gloriam aſſeruerit: *Simonem* dico, *Hermannum* & *Albertum Joannis* Carmelitas, *Andream Noorthium* & *Nicolaum Hollandinum* Prædicatores, *Theodorum* & *Florentium* Harlemios Carthuſianos, *Petrum à Monfort* &

Vin-

d) *Arg.* 4.

Vincentium de Harlem cæteroſque. Nam quis credat, omnes illos fuiſſe tacituros, aut *Boxhornium* ſi quid, quod ad rem faceret, illi ſcripſiſſent, non prolaturum fuiſſe? Quod enim idem deinceps addit *Joannem Schrevium* Harlemenſem inter alia Dialogum elegantiſſimum ſcripſiſſe, quo artem Typographicam Harlemi primitus & non alibi inventam fuiſſe pluribus oſtendat, is in album hoc venire nequit, cum poſt *Junium* vixerit, ac anno demum 1591. decimo ſexto ab illius obitu deceſſerit: De antiquioribus enim & qui *Junium* præceſſerint loquimur, quoſque ille audaci confidentia ſua non ſeduxerit. Unus igitur *Junius* tandem repertus eſt, qui ſpretis tot exteris domeſticiſque contra ſe Teſtibus, vilipenſo tantorum quibus Batavia æternum gloriabitur autorum perpetuo ſilentio, neglectis tot publicorum monumentorum ponderibus, unius famæ rumuſculos venari, populares nænias attendere voluerit. Id certe vel ipſius rei geſtæ tempore plenum periculoſæ audaciæ fuiſſet, nedum ut integro demum ſeculo poſtea cum rerum fide & veritatis fiducia tentari quiverit. Talium enim rerum, p. 51
vaga & mobilis fama vires, ut Poëta ait, eundo acquirit, perque manus traditam ejuſmodi narratiunculam aliquam novus Propagator novitio plerumque mendaciolo locupletare & comere avet. Factum id hac in re judicioſus Lector, ut confido, mecum fatebitur,

tur, dummodo textum *Junianum*, quo collapſo reliquorum ſimul tradita ruere neceſſe eſt, una inſpicere & ad trutinam revocare dignabitur. Nec enim id ſolum, ſed & alia à vero abſona, abſurda, repugnantia ſibique contraria in illo animadvertet. Et quis ſpondere velit, non fuiſſe hac in re, aut ab illo, aut à quoquam alio factitatum, quod *Bodinus* ſcriptum reliquit: *licitum nempe eſſe, in Patriæ gratiam mentiri*: quod dubii iſtius, nec ſatis probatæ fidei ſcriptoris temerarium effatum uti ſemper improbavi, ita in quoquam ferendum eſſe perſuaderi nequeo.

CAP. VI.

In quo Juniani teſtimonii ſeu aſſeverationis textus excutitur & refellitur.

Ut igitur ad Architectum hujus commenti *Hadr. Junium* Medicum veniamus, ejusque de Harlemenſi Typographo ſatis patheticam narrationem aggrediamur, ſub initium, ne quod ſentio, ſubticeam, omnia potius quam judicium *Junii* in tota iſta narratione requiro, tum quod Carneadicam eloquentiam, quam veritas, utpote ſimplici orationis filo contenta non requirit, ad perſuadenda iſta Hollandica paradoxa ſua exoptat, tum quod ſub finem ſibi certo perſuadet, ſuæ iſti ſatis prolixæ, nec indiſertæ narrationi fidem non iri habitum, qua in re uti cordatioribus libenter

aſſen-

aſſentior & *Juniano* præſagio minime vano votis acquieſco, ita optandum eſſet, idem ab illis etiam fieri, qui tam deſperatæ cauſæ patrocinio ſe aliosque fatigant. Nihil autem jam dicam de Æditui in primaria & Patritia *Laurentii* iſtius familia hæreditario munere, quamvis inſtar monſtri haberi poſſit conſularis hic *Junii* æditius: Illud quæro, cur faginos ſibi potius cortices, quam quodvis aliud literis efformandis lignum delegerit, eo quod cum ob fragilitatem, tum etiam curvaturam convenientis denique craſſitiei defectum iſtiusmodi cortices huic rei minime apti ſint. Quisquis enim pinaces tabulasque planas, vel etiam ſigillarias literas ſive literarum, ut nunc vocamus, typos, quo video *Junium* inclinare, ex fagorum libris conficere tentabit, continuo illos rumpi animadvertet, ac ipſa etiam ſcabrities prædictorum corticum ejusmodi pinguioris Minervæ inventioni impedimento eſt. Et quare tandem ſi faginæ materiæ copiam habuit, cortices potius, quam ipſum lignum huic novo Commento ſuo delegit? Quod deinde addit, ideo *Laurentium* animi gratia unum atque alterum verſiculum faginis iſtis typis chartæ impreſſiſſe, ut Nepotibus è filia ſuis literarum formandarum exemplum eſſet, quis non videt *Junium* meras nugas agere? Nec enim res tantilla novum iſtum apparatum & inventionem deſiderabat, nec unquam vel *Junio* vel cuiquam cre- p. 52

dam,

dam, tam politos & nitidos fuiſſe iſtos primordiales ſudicri ambulatoris typos, ut ſcribendi artem inde melius quam ex Artificis alicujus accurate manuſcripto exemplo Laurentiani Nepotes capere & haurire potuerint, præſertim impreſſorio atramento, ut ipſemet *Junius* fatetur, necdum reperto. Porro faginos deinde typos in plumbeos, hosque mox in ſtanneos Harlemi mutatos eſſe, non tam facile aliis perſuadet *Junius*, quam ipſe & hoc & abſurdiora alia comminiſci potuit. Hæc enim dicere non ſufficit, ſed probare convenit, maxime contra communem opinionem ipſamque probatiſſimam veritatem agenti. Ac proferre & exhibere debebat, vel nominare ſaltem libros librumve illis aſſertis typis excuſos, quod hactenus non memini vel ab hoc *Junio*, vel ejus ſequacibus tentatum fuiſſe. Nam illud primævum hujus artis rudimentum, quod *Junius* ſe vidiſſe ſcribit, hodieque, ut *Petrus Bertius* in rebus Germanicis autor eſt, apud *Petrum Scriverium* exſtare dicitur, non per typos ejusmodi ſigillatim jungi & impreſſioni adhiberi conſuetos, qualibus etiamnum utimur, ſed ut illi aſſeverant, totis ac ſolidis ligneis tabulis, quibus literæ inciſæ eſſent, excuſum fuit, tam ipſo *Junio*, quam *Bertio* id ingenue teſtantibus. In illo tamen utriusque teſtimonia differunt, quod *Junius* vernacula, *Bertius* vero latina lingua ſpeculum illud conſcriptum eſſe dicunt, adeo ne in hoc

qui-

quidem inter illos convenit, quod unicum commenti ſui fulcrum habent, ſi tamen habent. Illud autem perquam lepidum, quod ex typorum iſtorum reliquiis œnophora conflata dicat *Junius*, eaque etiam tunc ſuo tempore in Laurentianis ædibus adhuc viſa fuiſſe. Bene certe dixit, quisquis is fuit ex antiquis, memorem eſſe oportere, qui talia comminiſcatur. Ac vix intelligo, quas tandem reliquias dicere velit, an forte relictas à *Fauſto*, cum is artis, ut vocat, Choragium convaſaret & aufugeret? Liberaliter ſane ille cum Hero ſuo egit, ſi tantum ipſi typorum reliquit, ut integra inde œnophora fundi potuerint. Et cur illa potius conflata quam in artis continuationem ſervata fuerunt? ſed de illo mox videbimus. Mihi quidem veriſimile neutiquam videtur, ſi *Laurentium* ejusve hæredes & poſteros vel illo vel quocunque p. 53 alio tempore inventionis ſuæ & artificii piguit, quod potius illius reliquias conflare, quam memoriæ, teſtimonii ac antiquitatis ergo conſervare voluerint. Ac merebantur ſane vinariæ iſtæ amphoræ ſeu canthari, modo de materia bene conſtaret, non minus ac ipſæmet *Laurentiana* ædes, ad rei memoriam ſempiternam inſcriptione aliqua magnifica inſigniri, illisque ipſis adventitiam cereviſiam, ut in ſuperiori Germania Vinum ſolet, ad Harlemenſem iſtam gloriam per omnem eo pacto Europam immo Indiam ipſam &

orbem novum magis magiſque propagandam novis hoſpitibus propinari. Quodſi religioſo quodam horrore facere id vetarentur, ſaltem illos ſacris vatibus ſuis conſecrarent, qui furorem inde poëticum, quoties vel contra Moguntiam & Rhenanos plagiarios aliquid pangendum, vel Laurentianis manibus anniverſaria laudatione parentandum eſſet, affatim haurirent, aut etiam inſtar Losdunenſium pelvium ad magnificentiſſimi templi ſui parietinas illos ſuſpenderent, & dedicarent. Sed videamus reliqua: Ait typos *Laurentio* fuiſſe furto ablatos, furem illis ipſis Moguntiæ Doctrinale *Alexandri*, & Tractatus *Petri Hiſpani* anno 1442 excudiſſe, idque certum eſſe dicit. Quomodo vero certum, *Juni*, cum præter te nemo id dixerit, nemo ſcripſerit, immo nec fando quispiam audiverit? Recte hic *Serarius* illud *Juliani* Imperatoris uſurpat: *Ecquis innocens erit ſi accuſaſſe ſufficiat?* Igitur Harlemenſes iſti ſpatiatores certo ſciunt, quid de typis eorum in media Germania actum ſit, de quibus in ipſo rei actæ loco nemo quicquam vel auditione ſola intellexerit? Colonienſia certe ab ipſomet *Boxhornio* citata Chronica, non *Petrum* illum & *Alexandrum*, ſed Latina Biblia omnium prima fuiſſe Moguntiæ impreſſa memorant. Immo vero cum certiſſimum ſit, plumbeos, ſtanneosve vel cujuſcunque materiæ alterius typos illo ævo nec inventos in Hollandia

fuiſſe,

fuiſſe, nec aliunde advectos aut apportatos ibidem extitiſſe, conſequens puto erit, illos à *Fauſto* aut quovis alio inde ſurripi & aſportari non potuiſſe, niſi invitis & reclamantibus Philoſophorum ſcholis, privationem ſine habitus præſuppoſitione introducere, ac non enti qualitates ſuas aſſignare contendamus. At fugit infauſtus ille famulus (ſic enim orſam ſuam ineptiendi telam proſequitur *Junius*) media nocte Natalitia, reliquis operis & omni familia cum Hero ſacris operantibus. Auget ſane infamis hujus plagii fœditatem ipſius temporis ſanctitas, quo tamen ego, ſi modo Hollandos rerum ſuarum attentiſſimos, & œconomices, ſi quis populus alius, bene gnaros recte novi, officinam potius clauſam, quam furum ingreſſibus & contactibus expoſitam & proſtitutam fuiſſe crediderim, præſertim quæ tantæ artis nulli mortalium, uti illi volunt, præterea cognitæ arcana ſervaret. Ac potuerit ſane numeroſæ familiæ populum unus *Fauſtus* fallere; potuerit è domo ſe cum præda iſta opima indeprehenſus proripere, num urbis etiam muros eadem opera transvolare potuit? Cui enim perſuadebunt, nocte intempeſta portas recluſas liberum præſtitiſſe plagiario iſti Harlemenſi abitum; nullam ipſi factam à vigilum cohorte moleſtiam, cum etiam interdiu ſub divinorum tempus portas claudere, vigilias agere, ſtationes diſponere tralatitium ſit. Et p. 54

an non jure flagitamus ab illis, qui qua via fugiens iſte compilator iter fecerit, quas urbes adierit, ubi primum conſtiterit, quid longiſſime abſens longo tempore rerum egerit ſcire profitentur, ut ſimul indicent, quo artificio, quo ſtratagemate? num ſcalarum an ferramentorum ope vel muros ſuperarit, vel portas effregerit & evaſerit? Si ſe hoc neſcire reſpondere volent, annon meritiſſime illis de longinquis & diſſitis fidem denegamus, qui de domeſticis ac ante pedes ac oculos poſitis, quod affirment, nil proferre poſſint? Hactenus certe ejus generis nec tantillum protulerunt. Ac dubito ſane, ſtultioremne an feliciorem dicere debeam ſcripturarium iſtum furem, qui non aliam potius noctem ad hoc ſibi facinus delegerit, quam qua omnis civitas inſomnis erat, ſacrasque vigilias agebat, ac nihilo tamen minus forte ominoſi ſui nominis auſpicio confiſus *fauſte* & ſine impedimento elapſus ſit. Jam quod eum primum *Ambſterodamum*, dein *Coloniam*, tandem *Moguntiam* delatum eſſe ajunt, ad id præter illa, quæ non ſine maxima cauſa à *Serario* dudum quæſita ſunt, nil aliud reſpondeo, quam facillimum eſſe, talibus circumſtantiarum Emblematis quod confinxeris exornare, quibus utique præſtigiarum artibus licet incautioribus fucus non raro fieri conſueverit, ſagaciores tamen haud difficulter iſtum ſubodorantur, nec imponi de facili tali

im-

impoſtura ſibi ſinunt. Et annon credibilius eſt, iſtum properantem cum Batavicæ gloriæ onere ſurem quævis potius diverticula, quaslibet latebras quæſiviſſe, quam ut via regia progrederetur, celeberrimas quasque urbes ex itinere ſalutaret, in ipſa denique Germaniæ metropoli *Moguntia*, quæ illo tempore adhuc Imperialis erat, ac flore & ſplendore vix ulli in omni, quam late patet, Imperio concedebat, ſedem figeret, artis novæ furtiva inſtrumenta expediret, per multos annos exerceret, idque aperta ut ait *Junius* officina? Certe is eo loci ob celebritatem & urbis & artis propalam ita artificium ſuum, ut *Junius* nugatur, faciens, latere diu non potuiſſet, & monſtri ſimile fuerit, ſi Hollandicus iſte *Laurentius* paucorum dierum itinere *Moguntiam* inſecutus non fuerit hominem nequiſſimum, qui uberrimi quæſtus artem ſibi intervertiſſet, præſertim cum qua abiiſſet, ubi p. 55 conſiſteret, quid rerum ageret publica, ut aſſerunt, fama loqueretur ac ſatis ipſi conſtaret? quem hoc tempore idem vel ſimile quid tentantem in Indias & Japoniam usque vel publicis urbis aut provinciæ impenſis perſequerentur. Sed demus ſane, *Fauſtum* ſeu quemvis alium Harlemenſes typos intervertiſſe, num eo ipſo ars quoque ipſa ſimiles de novo fundendi aut efformandi *Laurentio* ſimul erepta fuerat? an propterea præla Hollandica perpetuum deinceps ceſſare debuerunt?

 runt?

runt? Omnem medius fidius fidem ſuperat, quod hujusmodi abſurditates vel Germanis nobis vel quibusvis aliis perſuaderi poſſe ſperant & in vanum contendunt. Ecce enim an. 1441. ex ſententia *Junii*, plagium illud contigit: ait enim an. 1442. intra vertentem annum prodiiſſe *Moguntiæ*, quos dixi, libros: ab illo tempore usque ad an. 1462, quo ars impreſſoria eo usque inocculto exercita per diverſas mundi plagas divulgari cœpit anni ſunt viginti, quod ego ſpatium ſatis amplum arbitror ad vaſtatæ officinæ reſtaurationem, ad novorum typorum efformationem, ad præveniendum denique *Moguntinum* tenebrionem. Nam licet ego *Fauſtum* non dubitem principem eſſe omnium Typographorum, hactenus tamen, quamvis ſatis curioſe inquiſiverim, nullum mihi codicem invenire & conſpicere datum eſt, qui anno 1459 certo & publice confeſſo teſtimonio antiquior esſet, ut infra latius eventilabitur. At ajunt quidam, *Laurentium* medio operi, prius quam rei inveniendæ colophon imponeretur, immortuum fuiſſe, illamque cauſam eſſe, quare *Fauſtus* Moguntiæ Harlemenſes prævenerit. Dicunt ſane id *Majolus*, *Quadus* aliique: quo teſte, quo fundamento, ipſi viderint; ſed *Junius* id non dicit, qui non totis tantum pinacibus, ſed typis etiam ſingularibus, plumbeis, ſtanneis maximo quæſtu, faventibus hominum ſtudiis, emtoribus undique con-

fluen-

ſluentibus, coadunatis pluribus operis, typographicum hoc artificium exercuiſſe Æditu-um ſuum aſſerit. Quid? an non uterque & *Junius* & *Bertius* affirmant, *Laurentium* ſuum an. 1447. atque ita ſexto à fuga & furto præ-genſo *Fauſti* anno adhuc in vivis extitiſſe. Ille enim ſcribit, anno 1575 eum ante annos 128. hic vero anno 1600, quo contractas tabulas edidit, ante 153 annos Harlemi vixiſſe, cujus utriusque computatio in illud, quod dixi, tempus incidit. Igitur ſatis ipſi ſpatii fuit novas pinacas incidendi, novos typos fundendi, quod tamen quia toto ſexennio nuſpiam reperitur factum eſſe, num deinceps tergiverſamur *Junium* & conſortes ejus ad *Plauti* Pſeudolum & *Luciani* Pſeudomantin ablegare? Ac ut maxime concedatur, ipſum *Laurentium* ſeu rei indignitate, ſeu animi mœrore, ſeu quovis alio caſu haud ita diu ſupervixiſſe, num propterea eodem ſtatim momento, ipſe etiam *Thomas Petrus*, quem homini generum, & artis cooperatorem fuiſſe volunt, commortuus eſt? num univerſa tanti arcani conſcia familia ſimul ad unum omnis interiit? Nepotes certe non ſupervixiſſe tantum, ſed juſtam etiam ætatem attigiſſe, honores in patria geſſiſſe, ipſemet *Junius* fatetur. Igitur nullus illorum ſcivit vel exercere dignatus fuit, quod ad honorem familiæ ſuæ peculiariter pertineret? quod maxime quæſtuoſum eſſet? quod ipſe etiam fa- p. 56

mulus, licet externus, & ut exitus, ſi Diis placet, docuit, dubiæ fidei didiciſſet? Miſeret me profecto harum ineptiarum toties ſibi non conſtantium, nec cauſam video, cur *Fauſtus* ille, quem præter artem jungendorum characterum aliaque ad rem ſpectantia etiam fuſilium typorum peritiam in Batavia ab hero ſuo edoctum percalluiſſe ipſemet *Junius* enarrat, ſe cum capitis diſcrimine exponere voluerit periculo manifeſti furti evidenti, ſed minime neceſſario, cum ſolius artis cognitæ beneficio citra ſarcinas ſuperfluas & vitæ bajuli ſui inſidiatrices Germaniam expeditus & ſecurus viator repetere potuerit. Æſtimet igitur Lector judicioſus, an non agendi modus, & ipſa acerbitas conviciandi, qua & *Junius* & aliquot alii, dum hanc litem exercent, abripiuntur, malæ cauſæ haud obſcurum argumentum cenſeri poſſit, maximo cum ſine omni cauſa contra *Moguntinos* innocentes omnia potius alia promeritos invehantur, eosque hanc debitæ *Belgis* laudis poſſeſſionem nefarie tenere & occupare criminentur, usque adeo, ut etiam conſcientiæ contagionem inde contraxiſſe non dubitent improperare. Nihil tamen probabilis cauſæ habent tam odioſæ & probroſæ impetitiones. Quæ enim horum culpa, quod delictum eſt, ſi quod omnes ante hac docti affirmarunt, quod omnis Europa credidit, quod & ipſimet *Batavi* confitentur, ipſi non contradicunt?

erunt? Si acceptam à majoribus traditionem, eamque non ex vagis vaniſque rumoribus enatam, ſed publicis graviſſimorum autorum monumentis conſignatam ſervent & cuſtodiant? Equidem ex omnibus illis, quos ſuperius ſat magno numero produxi, Teſtibus nullus omnium eſt, quem Moguntinum hominem fuiſſe hactenus mihi conſtet. *Munſterus* enim prope *Moguntiam* quidem natus eſt, nec tamen, cum Baſileæ ætatem egerit, ex eo ſuſpectæ fidei teſtis cenſeri poteſt, & *Serarius*, licet aliquandiu *Moguntiæ* vixerit, ortu tamen *Lotharingus* fuit; de Manuſcripti Chronici autore ejusque patria necdum mihi liquet, reliqui ſane omnes nihil fere cum *Moguntia* commune habent, præterque *Germanos* ipſi *Belgæ* quoque (id repetendum eſt) cum *Gallis*, *Italis* aliisque exteris in idem teſtimonium conſentiunt. Ac obſervet rogo Lector benignus, quantum ſit diſcriminis inter Moguntinorum hac de re affirmationem & Harlemenſium venditationem: apud illos enim communis omnium vox & fama p. 57. præter ipſa rerum teſtimonia, de quibus infra ex fide digniſſimorum ſcriptorum lucubrationibus originem & principium ſuum habet, atque adeo tuto, ſtabili & durabili fundamini innititur: cum vice verſa nonniſi ex ſolius Urbanæ plebis rumuſculis & ſuſurris *Junius* & alii ipſi adſtipulantes tradita ſua mutuati fuerint, magna & periculoſiſſima,

ut ſupra obiter quoque tactum eſt, hiſtoricæ veritatis adulteratione. Ac perperam is avitam ſuæ gentis hominum ſocordiam, eo quod ante ſe nemo Batavorum hanc ad illos non pertinentis gloriæ hæreditatem invaſerit, inceſſere præſumpſit, cum potius laudem illi mereantur, quod ab aliena meſſe falces ſuas continuerint, nec contra geſtæ rei fidem ex vicino & amico & amico Germanorum populo violentas rapinas agere voluerint. Perperam ſimiliter idem poſtliminio repetit, quod Hollandici Juris aliquando fuiſſe; nec ante ipſum quiſpiam ſcripſit, nec ipſe ſufficienter, ut debuerat, probavit. Quos enim is per Satyram, ut vocant, teſtes advocat, & generatim produxiſſe ſatis putat, ſenes annoſos, fide dignos, autoritate graves, reip. adminiſtratione claros, illi qui & quales fuerint ego aliique Lectores divinare non poſſumus, niſi quod rei ipſius abſurditas ſatis illos prodit. Unum tamen ſpeciatim exhibet *Cornelium* Bibliopegam, de quo & ex Præceptore ſuo *Nicolao Galio*, & ex Conſule *Quirino Thalſio* ſe audiviſſe refert, ſed quis ſit vel illius Bibliopegæ, vel ipſius *Junii* ſtupor & alogia, quæſo, Lector, ne grave ſit mecum inſpicere, ut enim ex ungue leonem, ſic ex iſto ſilicernio cæteros illos *Junii* depontanos facile eſt æſtimare. Nec dubito, ſi plures ex indiſcreto & confuſo teſtium ſuorum numero interrogandi nobis facultatem

fe-

feciſſent, quin paria ac graviora etiam in illorum, quos ut ſine nomine vulgus transmittit, teſtimoniis deprehenſuri fuerimus. *Cornelius* igitur ille, qui uti iratus in Comœdiis *Chremes* aliquis, omnes irritati Senecionis partes in iſta Scena *Juniana* egregie peragit, tandem *Fausto* plagiario tantopere minitari introducitur, ut ob ereptam furto gloriam etiam lictoris exemplum in illum editurus fuerit, ſi vita illi ſuperfuiſſet. Hæc poſtrema verba, *Si vita ſuperfuiſſet*, non ad ipſum *Cornelium* referri poſſunt, utpote qui, ut *Junius* dicit, non minor octogenario fuerit, cum ita excandeſceret, ſed de ipſo *Fausto* intelligi debebunt, cui tamen ſimiliter applicari minime poſſunt. Contigit enim Harlemenſe commentitium illud plagium, ut ſupra ex *Junio* vidimus an. 1441. *Fauſtus* autem ad minimum an. 1466. adhuc in vivis fuit, quo tempore Officia *Ciceronis*, uti poſt *Petrum Ramum* in ſcholis Mathematicis & *Irenicum Salmuthus* & *Zwingerus* tradunt, publico dedit, teſtante id ipſum inſcriptione, quam omnes illi referunt, & ego infra ſuo loco exhibiturus ſum. Supervixit igitur non minus 25 annis *Fauſtus* noſter poſt aſſertam illam fugam, ut nec hujus nec minitabundi ultoris brevior ætas impedimento fuerit, quo minus vindicta inſtitui potuerit. Ac debuit quidem vel *Cornelius* iſte, vel qui illius perſonam inducit, aliud quidvis, quam id quod p. 58

cau-

cauſatur obtendere. Ut interim taceam furtivæ rei repetitionem morte furis non adimi, nec etiam conditionem ejus interire, illique cui de ejus deceſſu conſtiterit, vix locus obitus ignotus eſſe potuerit. Nil certe ego in iſto *Juniano* mimo animadverto, ob quod Batavus ille præclarus actor usque adeo tumido debuerit ore delitigare. Ex prædictis candido Lectori arbitrandum committitur, quantum fidei *Junii* teſtimonio impertiendum ſit, qui adeo ſollicite & accurate in ingreſſu commentitiæ narrationis ſuæ & anilium fabularum ſimillimæ fidem ſibi perſtruxerat, quamque citatum è *Plutarcho* dictum appoſite is applicarit. Si quid hac in re iudico, non tam defunctorum manibus, quam patrii ſoli gloriæ, cui cum hic, tum alibi obnoxius fuiſſe deprehenditur, iſtam operam ſuam inſumpſit. Et eſt tamen, quod facile conceſſerim, affectus ille cumprimis laude vehendus, multisque immortalitatem conciliavit, ſi tamen conceſſos ille non egrediatur terminos: plurimos interim veritati vim facere adegit, & glorioſi alicujus mendacioli illecebra ineſcavit, qui etſi veniam forte aliquorum (certe non meo) judicio impetrare queant, non tamen laudem ſimul & adſtipulationem merentur.

CAP.

CAPUT VII.

Reliquorum, qui pro Harlemenſibus pugnant, refutatio.

Sed dimiſſo aliquando *Junio*, venio ad reliquos, è quibus *Bertius, Juniani* textus tranſcriptor per ſuperiora refutatus eſt. Nam quæ is de Trifurcifero & ſeſqui lavernione addit, reſponſo non egent, ſed ut ſcommata ſine cauſa, ſine fundamento effutita per ſe concidunt. Idemque *Scriverii* Epigrammati & Elegiæ regeſtum volo, ſupereſt Hollandici theatri conſtructor, cui tamen ſi *Junianum* è Batavia textum, tum magnificas illas ex parte rubricatas inſcriptiones ac Rabbinica denique ſomnia demas, reliqua quæ ſuperſunt magis evertendis Harlemenſibus ſerviant, quam ad Moguntinenſes oppugnandos valere poſſint, adeo quidem quod non ſine cauſa mireris, ut ea ipſa, quæ ſuam ad ſententiam confirmandam produxit teſtimonia, contra ipſummet ejusque complices faciant. Perſuadet enim ſibi doctus ille vir, ſe *Mariangeli Accurſii* & *Colonienſis Chronici* teſtimoniis cornicum oculos, ut in proverbio eſt, omnimodo confixiſſe, ac *Moguntinos* omni quod dicitur ſtatu dejeciſſe, quod utrumque tamen Moguntinis, æque ac impetus & inſultus reliquorum, qui hoc negotium nec quicquam contra illos tractarunt, typographicæ p. 59

ar-

artis inventionem intactam & illibatam relinquit. *Mariangelus* enim nil dicit amplius, quam ex *Donatis* Hollandiæ *Joannem Fauſtum*, qui typos æreos plumbeosque Moguntiæ invenerit, ADMONITUM FUISSE, ipſum autem imprimendi artem primum excogitaſſe, multaque ad artem poliendam deinceps addidiſſe, filium ejus *Petrum Scæffer*. *Colonienſe* etiam *Chronicon* etſi dicat, primum hujus artis *ſimulacrum* aut *præludium* ſeu *præfigurationem* (Vorbildung) fuiſſe iſtos Hollandiæ *Donatos*, tamen verbis claris & apertis fatetur & teſtatur, omnium primo *Moguntiæ ad Rhenum* Typographiam inventam eſſe, ibidemque primos prodiiſſe, quos orbis occiduus vidit, impreſſos libros. Item *Donatos* illos Hollandicos non dicit Typographiæ initium fuiſſe, ſed ex illis initium ejus deſumtum eſſe. Quid clarius? quid magis dilucidum? Annon hi ſoli teſtes *Boxhornio* & *Scriverio* refutandis ſufficiunt, quorum tela in alios contorta in ipſos productores retorquentur, eorumque prætenſionem jugulant. His addo *Petrum* etiam *Bertium* ſupra citato loco ex lib. 3. rer. Germanic. ejus, ubi diſertis verbis fatetur, tabulas illas ligneas Hollandicas ad inſtar librorum Chinenſium nonniſi AFFINITATEM aliquam habere cum hodierna Typographia noſtra. Jam *Rabbi Joſephi* teſtimonium inſulſum prorſus & ridiculum quod attinet, differimus illud, usque dum de tempore hujus

in-

inventionis agamus. Debentur autem ingenuitati hujus viri gratiæ, quod victas veritati manus dederit, fateaturque typos æreos, plumbeos ſtanneosque Moguntiæ acceptum ferri oportere. Verba ejus hæc ſunt: a) *Sed non difficile eſt, hanc tam gravem & tam nobilem controverſiam, & quæ clariſſima noſtri ævi ingenia exercuit, componere: nempe ſi vel id, quod res eſt, concedamus, typos quidem ligneos à* Laurentio Harlemenſi *primum fuiſſe inventos, typos vero ſtanneos, æreos & plumbeos ad horum exemplar efformatos eſſe à* Joanne Fauſto, *cive Moguntino* &c. Conſentit cum hoc autore, qui ipſi facem uti antiquior hoc in negotio accendiſſe ac præluxiſſe videri poteſt, *Petrus Bertius*, qui eadem plane ratione, ut ex relato in ſuperioribus è lib. 3. rer. German. ejus loco apparet, litem hanc componi debere autumat, cum quibus non dubito, quin doctiſſimus etiam *Scriverius*, cujus auctoritatem hac in parte illos ambos ſequi ſuſpicor, idem ſentiat. Utcunque autem hoc ſe habeat, certe illud hinc indubitanter comprehenditur, quæ debeatur fides aſſeverantiſſimis aſſertionibus novi iſtius *Carneadis Hornani* & illis relationibus ſenum & ſenatorum, quæ recenſet, cum quæcunque illi de ſtanneis, plumbeis in Hollandia omnium primo repertis typis audacter affirmant, hi poſteriores e diametro erronea & falſa eſſe pronun-

a) *Locus è theatro Boxhornii Hollandico.*

nunciant, nec dubito ipſum *Junium*, ſi viveret, Steſichorea ſatisfactione non minus ac
p. 60 reliquos, quos recenſui, cum *Moguntinis* in gratiam rediturum eſſe. Vide igitur quicunque hæc legis Cadmeam hanc concordiam Hollandicorum iſtorum commilitonum: quamque diſſonum inter ſe illorum enunciata conceptum efficiant, ac annon omne illud commentitium plagium inde funditus concidat. Si enim, ut *Bertius* & *Zuerius* concedunt, typi ſtannei aut ſimiles in *Hollandia*, priusquam Moguntiæ invenirentur, non fuerunt, impoſſibile etiam per rei naturam fuit, illos inde vel invito vel volente Domino aſportari, velle autem ad tabulas inciſas ligneas plagium illud referre inſulſum nimis ſit, nec reperi adhuc aliquem, qui id diceret. Et non potuiſſet illis ad aliorum librorum impreſſionem uti, præterquam qui in eis efformati fuiſſent. Ad excudendos autem *Petri Hiſpani* Tractatus, & *Alexandri Galli* Doctrinale (hos libros, ut ſupra dicebam, omnium primos *Moguntiæ* excuſos eſſe Batavi perperam affirmant) tantum opinor tabularum requirebatur, ut non unius bajuli ad illas aſportandas opera neceſſaria, ſed integri ad minimum plauſtri vectura fuiſſet. Jam quod attinet tentatam illam à *Bertio* & *Boxhornio* conciliationem, etſi non diffitear, *Junium* ab ipſis complicibus & conſectaneis ſuis mendacii falſique de typis ſtanneis & plumbeis convi-

ctum,

ctum, in cæteris quoque ſe ejusdem criminis ſuſpectum feciſſe, ac fidei aliquid minime mereri, quia tamen *Colonienſem Chronographum* & *Mariangelum* non infimi nominis Philologum temere rejicere nolim, videamque ipſummet quoque *Serarium* non diffiteri, quin in *Hollandia* etiam circa eadem illa tempora tale quid, quale *Moguntiæ* perfectum eſt, in mentem alicui venire potuerit; non abs re fuerit brevibus indagare & eruere, quatenus iſta ab *Hollandorum* parte propoſita compoſitio locum habere poſſit, & an illa *Moguntinis* obſtet. Ut autem evidenter & diſtincte Lectoris judicio res omnis hæc ſubjiciatur, b) ad certas quæſtiones, quæ de illa dicenda ſunt, redigam. Harum prima erit, quantum prædictis autoribus de *Donatis* Hollandiæ credi oporteat. Secunda quousque illi pro Harlemenſibus faciant. Tertia, an quid prætera vel à *Junio* vel reliquis allatum ſit, cui tuto fidi poſſit. Quarta, quid ſentiendum ſit de *Speculo Salutis* tabulis inciſis à *Laurentio*, ut volunt, impreſſo. Quinta, dato, non conceſſo, Hollandos de *Donatis* ſuis & *Salutis Speculo* intentionem ſuam ſufficienter probaſſe, an eo ipſo evicerint, ſibi Typographicæ inventionis laudem deberi. Ad ſingulas quid mihi videatur breviter proferam, liberum tamen

Uu

b) *Aliquot quæſtiones concernentes Harlemenſium prætenſionem.*

men Lectoribus de omnibus relinquens judicium.

Primam quod attinet, non conſtitui vel *Colonienſis Chronici* vel *Mariangeli* fidem elevare, quam per me licet ab omnibus plene illis haberi, qua tamen ſtante & præſuppoſita, non etiam ſequitur, quod ſecundo loco quærebam, illorum teſtimonium magnopere pro *Laurentio* illo Harlemenſi facere. Nam primo neuter illorum *Laurentii* illius Harlemenſis mentionem facit, ſed generatim de *Hollandicis Donatis* loquuntur. Secundo neuter
p.61 etiam, ut jam tetigi in præcedentibus, iſtas *Hollandicas* tabulas appellatione Typographicæ inventionis dignari voluit, ſed *Moguntinis* illam verbis diſertis adjudicat & intactam permittit, quod in omni hac controverſia probe & ſingulariter attendi meretur. Tertio ut maxime vera ſint, quæ illi de *Donatis* iſtis narrant, indigni tamen ſunt, quicunque hactenus ex Batavis (quos à cordatioribus civibus ſuis, quibus regio illa exploſo dudum Batavæ auris dicterio ad miraculum usque abundat, rideri & ſubſannari certus ſum) hanc fabulam agunt, qui illorum teſtimonia commentis ſuis admiſceant. Nihil enim, hanc tertiam quæſtionem ſtatui, ſi *Accurſium* & *Colonienſium Chronici* Auctorem ſemoveas, ab illis aſſertur, quod veriſimilitudinem aliquam, attento ac probe conſiderato tot gravium autorum, quos retulimus, in contrarium tendente

te-

teſtimonio, omniumque majorum ſuorum conſtanti, unanimi & diuturno ſilentio, apud Lectores & Judices affectuum vacuos impetrare dignum ſit, prout de commentitiis fuſilibus typis, de putidiſſimis Harlemenſium ſenum nugis, de conſulari æditiuo, de libris Harlemi fuſilibus typis impreſſis (è quibus hactenus ne Jota quidem, cum tamen *Junius* copioſam iſtius generis mercem Lectoribus ſuis propinet, produci & exhiberi potuit) de commiſſo in illis ipſis typis plagio & quæ ejus generis plura ſunt, in ſuperioribus abunde oſtenſum eſſe confido. Nam *Speculum* illud *Salutis*, de hoc quarto loco quærebam, quod unicum ſupereſſe venditant, quale ſit divinare, qui non vidimus, nequaquam poſſumus, ideoque ejus rei fidem penes auctores manere patimur. Conceſſo tamen illud apud *Scriverium*, non-quale *Junius* deſcripſit, qui de hoc pro reliqua ſua, id eſt, mala fide retulit, etiam nunc ſupereſſe, unde tamen ſcire poſſunt, *Laurentii* ſui & non alterius illud opus eſſe, quibus argumentis, indiciis, conjecturis, quæ aliquid fidei mereantur, nobis probabunt & perſuadebunt, illud ipſum Speculum hodierna Typographia prius & antiquius eſſe, certe quæ hactenus de illo prodita ſunt, tale quid, cui tuto & ſine deceptionis periculo acquieſci poſſit, nil cantant. Ut modo de reliquis taceam, quæ Judicioſorum aſſenſum de iſto Speculo meritiſſime morari

poſſe videantur, utpote intuitum publicum lucemque hactenus ſubterfugienti, nec niſi ab hominibus variantibus, vacillantibus, invicem ſibi contradicentibus, & modo album, modo nigrum de una eademque re aſſeverantiſſime nec citra convitia, ſcommata & contumelias affirmantibus memorato & ingeſto. Si autem detur ac præſupponatur, citra veri tamen præjudicium, omnia, quæ de prædictis *Hollandicis Donatis & Salutis Speculo* à prædictis affirmantur, vera eſſe, minime tamen, quod quinto loco quærere inſtitueram, inde ſe queretur, Harlemenſes exinde Typographicos inventores audire oportere. Quamvis enim non conſtituerim cum quoquam pervicaciter digladiari, *Serarium* hac in re, de quo retuli, ſecutus, an civis aliquis Harlemenſis dum in patrio nemore ſpaciatur temporis fallendi cauſa ſeu cortices ſeu ligneos aſſeres tabulasve in ſpeciem literarum deformarit: Attamen dato id factum eſſe, non inde recte concludi arbitror, typographiam illic eo ipſo cœpiſſe & inventam eſſe, ipſimet enim ex adverſo producti teſtes hoc negant, id quod iterum iterumque inculcandum reor ac inſuper res ipſa contrarium clamat. Nemo enim negabit, quando Typographica hæc quæſtio ventilatur, nos de ea Typographia loqui, qua etiam nunc utimur, quæque omnem jam Europam libris replevit. In hunc autem cenſum *Harlemanſes* non veniunt, niſi poſtquam

p. 62

à Mo-

à Moguntinis eruditi ſunt, quaſi in re aut conſenſum illorum requirimus, aut impreſſa ab illis volumina exhiberi poſtulamus. Illa autem ſi oſtendi poſſent, dudum ea in medium devexiſſent, ac ipſomet ſine dubio Batavorum tacito aſſenſu pro Moguntinis hac in re pronunciatum eſt. Si enim per tabularum iſtarum, quas jactitant, inciſionem fiducia ipſis fuiſſet inventionis hujus gloriam apud intelligentes & cordatos promereri, ecquid opus erat ad ſingularium Typorum Hollandicorum frivolam confictionem, & plagii in iiſdem commiſſi commentum confugere? Ac ſane non ſine cauſa, quando liti huic renunciare illis grave fuit, ac cauſa cadere noluerunt, eo confugiſſe videntur. In typis enim ſingulariis, matricum efformatione, atramenti glutinoſitate, ac materiæ typicæ convenienti temperatura omne hujus artis myſterium conſiſtit, de quorum nullo Hollandus aliquis ante *Fauſtum* & *Sceffrum* generum ejus vel per ſomnium cogitavit. Hæc igitur veritas eſt & manebit, Harlemenſes antiqua apud ſe impreſſa vel à *Laurentio* vel ab aliis Opera ac Volumina proferre hactenus nequiverunt & deinceps nequeunt, quia nunquam habuerunt; quia nullus ea unquam ſive olim ſive recens vidit, quia nullus eruditorum ſive veterum ſive neotericorum illorum uſpiam meminit. Parum certe vel nihil potius rem literariam juviſſent Donatianæ iſtæ apud Hollandos,

quas venditant & prætendunt tabulæ, niſi Germani homines cœlico aliquo benigniori influxu ac ſuperno prorſus lumine illuſtrati divinum hoc typorum inventum eruiſſent. Non igitur, ut voluit *Quadus* in Geograph. enarrationibus ſuis, eundemque ſecutus *Boxhornius*, Harlemum mater Typographiæ, Moguntia nutrix eſt, ſed potius ars illa (præſuppoſitó vera eſſe, quæ de ligneis tabulis prænominati ſcribunt, quod etiam nunc in medio relinquitur & Lectoris judicio definiendum ſubjicitur) cum in Hollandia abortum infeliciter feciſſet, ad Rheni demum flumen & ſub Germanico cœlo Lucina magis propitia legitimo & vitali partu prodiit. Nullo enim idoneo teſte, nulla probabili rei apparentia unquam iſti homines docebunt, conatus ſuos ultra puerorum *Donatos* & pauculas easque rudes *Speculi* memorati tabulas proceſſiſſe, ſeque vel cogitatu ſolo aliquid majus & ſublimius in hoc genere ullo unquam ante *Fauſtum* & *Gutenbergium* tempore meditatos eſſe, cum tamen ſatis ſpatii ad illud habuiſſe iſtos ne illi quidem negant, qui cum Germanorum criminoſa inſectatione glorioſis fabulis eosdem extollunt. Et ſpero equidem, Harlemenſium ac Hollandorum hac omni de re venditationes, de typis nimirum fuſilibus, de Oenophoris Laurentianis, de Libris Harlemi omnium applauſu numeroſiſſime impreſſis, de plagio, ac ſimilibus cum aliquo æqui

p.63

Le-

Lectoris ſatisfactione retuſas eſſe. Ex equis certe in circo currentibus non illi præmium promerentur, qui primi carceribus proſiliunt, ſed qui ad metam primi perveniunt, nec qui rate vel tabula primus vectus eſt, navis inventor dici meretur, uti nec domum repeririſſe credendus eſt, qui cœli injurias ſpeluncarum latebris & arborum tegminibus vitari poſſe primus monſtravit. Alias enim qui Canarias ſeu Fortunatas Inſulas ſeu Flandricas ſive Azores vulgariter dictas prima vice appulerunt, novi orbis repertores dici poſſent, eo quod quadantenus maris eo ducentis ſemitas emenſi eſſent. Cum igitur hactenus præmemoratis reſponſum ſit, reliquorum pro Harlemenſibus teſtimonia ulterioris diluitionis nequaquam indigere arbitror. Illi enim non tantum modeſtiores ſunt, & ſine convitiis agunt, ſed etiam vel ſimpliciter *Junii* fidem ſequuntur, uti *Miræus*, *Valerius*, *Andr. Swertius* & *Autor* additamentorum ad Belgium *Guicciardini*; vel de fama & vulgi Harlemenſis opinione memorant, uti *Guicciardinus* & *Quadus*; vel diverſas ſolummodo opiniones ſine præjudicii ſui interpoſitione, reſervataque libera Lectoribus arbitratione referunt, uti *Lanzius*, *Middendorpius*, *Georg. Braunus* & *Beyerlingius** (quam-

* His adde, *Herman. Hugonem*, *Joan. de Laet*, *Jo. Henr. Alſtedium* & *Jo. Iſac. Pontanum* pag. 39. & 40.

(quamvis hic ultimus potius in *Serarii* & Moguntinorum ſententiam totus pedibus eat) vel denique nude & jejune pro Harlemenſibus ſine rationibus, ſine autoritatibus pronuntiant, ut faciunt *Adr. Romanus* * & *Petr. Montanus*, atque adeo collabente *Juniani* commenti vanitate, ultro etiam & ejus & ſponte reliquorum omnium, qui illi crediderunt, qui adhæſerunt, conatus in irritum concidunt: Fundamento enim ſublato, qui poſſunt ſuperſtructiones conſiſtere? Atque hinc velim æſtimare, qui hæc legunt, quid ſentire oporteat de Auctoris Additamentorum ad *Guicciardinum* jactatione, quando ait, *validis & prorſus*
p. 64. *invictis argumentis* Junium *ſua eviciſſe*, *Moguntinosque fruſtra Laureolam ex hoc muſtaceo quærere.* Ecquis igitur dubitet, alteram illam de Moguntia & Germania ſententiam, utpote & antiquiorem & communiorem & probabiliorem verioremque amplecti, cum quos huc usque audivimus & examinavimus pro Hollandia teſtes vel dubii & ambigui ſint opinionisque ſuæ incerti, vel tam acriter ac contumelioſe contra plures eosque & tempore & experientia reique notitia longe ſuperiores con-

40. poſitos, qui & ipſi non niſi diverſorum opiniones referunt.

* Adriano Romano accenſendus eſt *Gaſp. Barlæus* relatus ead. pag. 40. qui æque ac prædicti nude & ſimpliciter ſine aliqua probatione affirmat.

contendant & invehantur, ut ipſimet Lecto-
ris aſſenſum iſto ſuo agendi impetu evertant
& deſtruant. Eſt enim tralatitium, ut Rheto-
res, quique præceptis eorum utuntur, quo-
ties in mala cauſa bonis rationibus & argu-
mentis fidem veriſimiliter facientibus deſti-
tuuntur, ad ſcommata fere, dicteria, convi-
tia & invecturas tanquam ad ſubſidiariam ali-
quam in inſidiis latentem manum ſacramve
in decumanis fluctibus anchoram confugi-
ant. Ac cognoſcat, obſecro, æquus ac in-
telligens Juris Lector, annon vel ſola præſcri-
ptionis exceptione repelli & ab agendo ex-
cludi debeant iſti Serotini è Batavia litigato-
res, qui almam ſtudiorum matrem & excul-
tricem *Moguntiam* patrimonio dignitatis ſuæ,
quantum quidem in ipſis eſt, privare non fue-
rint veriti, cujus jam inde à centum & am-
plius annis quietam & tranquillam poſſeſſio-
nem nullo contradicente obtinuerat, cum ta-
men poſt integri ſeculi lapſum nec Roma nec
Imperator audiantur. Et hæc illi privata au-
toritate agunt, in cauſa propria cognitionem
exercent, faſces & tribunal affectant, accuſa-
tores, teſtes & Judices contra omnem judi-
ciorum ordinem, æquitatem, naturam, rei
poſſibilitatem ſe ipſos ſimul & junctim con-
ſtituunt. Sed & illud hic mecum, ſodes, con-
ſidera, quanta ſit inſtabilitas ac incertitudo
rerum humanarum, hominumque protervi-
am, ingratitudinem & iniquitatem mecum

exſecrare & condemna. Parum enim eſt rapacibus iſtis invaſoribus legitimos æternæ hujus gloriæ dominos poſſeſſione ſua antiquiſſima & immemorialis, ut JCti loquuntur, temporis, quantum in ipſis eſt, deturbare, rerum ad ſe non pertinentium ſpolio ſuperbire, alienis ſe plumis exornare, niſi etiam ſumma confidentia, exemplo peſſimo, furti & plagii infamiam Moguntino Dædalo injuſtiſſime inurant, paſſimque ſcriptis ſuis proſcindant & criminentur hujus cœleſtis inventi deprædicatiſſimum repertorem. Hæccine eſt remuneratio, quam rependitis illi, cujus beneficio facilior & commodior vobis aditus dudum eſt præbitus & patefactus ad doctrinarum adyta? quo præſtante & conciliante nomen veſtrum ad poſteritatem tranſmittitis & perennatis? Indignum ſane facinus & nun-
p.65 quam ſatis adæquato dolore deplorandum, propria arte domeſtico invento *Fauſtum* noſtrum oppugnari & perire, ſuo ipſius gladio jugulari, typis ſuis potiſſimum infamari, per univerſum paſſim orbem contra omnia alia promeritum excogitatas nænias impreſſionis miniſterio divulgari, quæque laudum ipſius præconia vehere & propagare debebant officinæ, illarum opera tanquam ſutorio, quod vocant, atramento niveam famam memorabilis hujus viri, deque omni doctrina toto eruditorum & ſtudia æſtimantium ordine, ac univerſo denique humano genere unice me-

riti

riti fœdiſſimi criminis commentitia macula turpiter defœdari. Objectum olim *Miloni* fuit & Clodianæ cædis invidiam immenſum auxit, quod civem Romanum in monumentis majorum ejus occidiſſet. At quanto criminoſius delinquunt, qui hunc prope alterum Reip. literariæ conditorem propriis monumentis & inventis plusquam enecant? Nec enim famæ ſolum ejus celebritatem ipſa vita multo pretioſiorem opprimunt, ſed ejus inſuper loco perpetuæ infamiæ ſtigmata ad ſequentium ſeculorum inceſſabilem memoriam, quantum in ipſis eſt, æternum inurere ſatagunt. Sed nihil agitis & omnes hi conatus veſtri & machinationes in caput veſtrum recident, vos impugnatæ per contumelioſiſſimam injuriam innocentiæ perpetuum argu-ent & convincent; *Fauſti* autem & ſociorum ejus perpetuas laudes & gloriam ſempiternam omnis Eruditorum ordo & gratæ poſteritatis infinita ſeries jugiter magnificabunt.

CAPUT VIII.

Rerum pro Moguntinis Teſtimonia.

Sed aliquando miſſos faciamus novitios iſtos vitilitigatores ſuperiorum temporum ſcriptores ipſosque Majores ſuos nimis contemtim & confidenter provocantes, firmiterque egregiis illis & fide digniſſimis viris, quos prolixa ſatis ſerie ſupra retuli, adhæreamus, aſſentiamur, ſubſcribamus. Ex illis enim

pau-

pauci admodum ſunt, qui Germaniæ generatim meminerint, plerique de Moguntia nominatim aſſeverant. Et accedunt ad graviſſimorum illorum teſtium autoritates potentiſſima inſuper rerum ipſarum teſtimonia, de quibus juxta ordinem, quem tenere propoſui, deinceps agere oportet. a) Extant enim *Moguntiæ* (certe ante calamitoſum, qui ſuperioribus annis ſecutus eſt, ejus urbis ſtatum extiterunt) illi ipſi primordiales & antiquiſſimi typi, quibus Inventores hujus artis illic
p.66 uſi ſunt. Auctor ejus rei eſt *Jo. Arnold. Bergellanus* in præf. calcographici Encomii ſui, quando ait: *Hodie vetuſtiſſima quædam in eum (imprimendi) uſum ab Autoribus comparata, quæ vidi Inſtrumenta extant* Moguntiæ. *Vidit eadem* Nic. Serarius, *qui de illis ita ſcribit, lib.* 1. *rer. Mogunt. c.* 37. *Adjiciantur primi denique artis hujus modioli, quos antiqua hic* (Moguntiæ *ille ſcripſit*) *domus in Ceraſini horti platea cuſtodit, quosque mihi nuper* Albinus *Typograph. monſtrabat.* His ego typographicis Antiquitatibus magis fidem, quam Harlemenſium Cantharis ac *Junii Scriverii*que *Speculo* tribuo. Ac mirum ſane habuiſſe Moguntinos hac in parte abſtinentiores, quam habuerint iſti, manus, maxime quod & œnophora plura in Civitate iſta cumprimis vinaria requirerentur, ac frequentioris uſus eſſent, quam in illa altera Cereali, tum Harlemen-

a) *Rerum teſtimonia.*

menſibus etiam in iſta Britanniæ viciniâ longe major competere potuerit ſtanni copia, quam his multo inde remotioribus, qui vel vola manus cum philoſopho illo bibiſſent, quam ut ventris cauſa ſacrum illum divinæ artis Theſaurum & religioſe venerandas primitias ſacrilega conflatione violaſſent. Sed & præter typos hos ſupereſt ſimiliter in eadem Moguntia in Juriſperitorum domo interiori ſtillicidio ſubjectus lapis, cui doctus Juris in Moguntina Univerſitate Profeſſor ſequentem inſcriptionem dudum inſculpi fecit: Joanni Gutenbergenſi *Moguntino, qui primus omnium literas ære imprimendas invenit, hac arte de toto orbe bene merenti* Juo Witigiſis *hoc ſaxum pro monumento poſuit an.* 1508. Huic certe inſcriptioni plus tribui debet, quam tribus illis à Theatri Hollandici ſtructore relatis, quarum ultimam ipſemet vel compoſuit, vel certe ab alio recens cuſam hac ipſa editione primitus publicavit. Secundam civis aliquis Harlemenſis ante pauculos annos ſtatuæ à ſe erectæ noviter inſcripſit. Reliqua etiam, quæ in Harlemenſibus *Laurentii* ædibus frontiſpicii faſtigium exornat, nec ipſa antiqua eſt, ſed poſt editam demum à *Junio* Bataviam erecta fuit, adeoque ex nullo de omnibus argumentum deſumere poſſunt Moguntinorum oppugnatores. Tertio demum loco per ipſius rei evidentiam Moguntinis Typographici inventi prærogativa aſtruitur, per

com-

complures ſcil. quæ etiamnum ſuperant, antiquiſſimas diverſorum operum & autorum editiones, quæ non tantum in urbe illa primitus in publicum datæ ſunt, ſed etiam Elogium hoc in fine adſcriptum habent, Moguntiam hujus artis inventricem & primam Cooperatricem extitiſſe. Huic veriſſimæ aſſertioni, quamque Poſteris in tam excellentis artis honorem notam eſſe publice intererat, ante *Junium*, imo *Boxhornium* nemo, quod compererim, contradixerat, cum tamen minime veri ſit ſimile, ex tam multis & diverſis diverſarum Editionum iſtarum Exemplaribus, nullum unquam Bataviam ad Harlemenſium manus delatum fuiſſe, multoque adhuc minus credibile videatur, Harlemenſes cæterosque Hollandos ad tam inſignitæ laudis incenſionem, ſi ſibi illam putaſſent deberi, tacere voluiſſe. Sed videamus jam
p.67 ipſas, quas dixi, Inſcriptiones: Initium fiet ab omnium antiquiſſima, quam hucusque viderim, annum habentem adſcriptum editione, cujus in præcedentibus obiter jam facta mentio eſt, quæ Moguntiæ an. 1459. lucem vidit, eo nimirum tempore, quo *Fauſtus* & *Schœfferus* artis hujus arcana necdum in propatulum producta aliis communicaverant, ſed etiam tunc in penetralibus & ſecreto remotis arbitris exercebant. b) Illius autem In-

b) *Inſcriptio* 1.

Inſcriptio ſeu Colophon ita habet: *Præſens rationalis divinorum Codex officiorum* etc. (vid. ſupra pag. 482. ſq.) Hanc inſcriptionem habet *Salmuthus* in appendice Comment. ſuorum ſuper tit. 12. de Typographia ad *Panciroli* memorabilia, ſed in illo fallitur Autor iſte, quod putat ſacra Biblia fuiſſe codicem illum, cui iſta in fine appoſita fuerant, quæ etiam dicit in Bibliotheca Palatina Heidelbergenſi extitiſſe. Nec enim ſacræ Script. textus iſto opere continetur, ſed Rationale eſt Divinorum *Guilielmi Duranti* Mimatenſis Epiſcopi, quem JCti Speculatorem vocant: Eſtque penes me eiusdem editionis elegans & immutilatum exemplar in pergameno regalis fere folii magnitudine 20 quaternionibus, ut vocant (nec tamen vel ſic vel aliter numerorum literarumve indicio, quod tunc moris necdum fuit, diſtinctum) ab illis ipſis typographici artificii repertoribus excuſum, idque quondam fuit Monaſterii Ord. Franciſcanorum ad Berckelam flumen haud procul à Zutphanienſi oppido bellorum iniquitate pridem diruti, quod Galilææ, dum fata Deusque ſinebant, nomen habuit, ut conſtat ex ſequenti ſcriptura, quæ in principio illius Codicis conſpicitur: libet enim majoris fidei & liquidioris evidentiæ ergo ipſamet verba huc adponere: *Iſtum librum dederunt ad librariam Conventus Frat. Minor. in Galilæa prope Zutphaniam venerabiles germani fratres*, Mag. Hermann, *& M.* Jo. Herwin *de Zutphania, ut pro ipſis*

& eorum parentibus oretur: Qui in teſtamenti ſui pagina deſideraverunt, quod in prædicta libraria catenatus permaneat. Et permanſit illic, ut apparet, ad civilem usque in Belgio diſſenſionem, qua non tantum literaria ejus loci Gaza prædæ & rapinæ militari, ut ſuſpicari poſſumus, ceſſit, ſed ipſum etiam cœnobium funditus tandem everſum eſt. Sed jam ad reliqua pergamus. c) Sequitur ſecunda Inſcriptio, quæ eſt lib. *Cicer.* de Offic. *Præſens* Marci Tullii *clariſſ. opus* Joan. Fuſt *Moguntinus civis non atramento plumali, neque ærea, ſed arte quadam pulcbra* Petri *manu pueri mei feliciter effeci. Finitum an.* 1465. Hic Officiorum Codex extitit in Bibliotheca *Petri Rami*, qui Inſcriptionem hanc in Scholarum Mathemat. ſuarum lib. 2. proœmio refert, eandemque habet in Germanica Exegeſi ſua * *Franciſcus Irenicus*. d) Tertia inſcriptio eſt Deciſionum Rotæ Romanæ, quæ
p.61 extare dicuntur in Bibliotheca reip. Francofurtenſis: Anno M CCCC LXXVII. Pridie Non. Januarii &c. (vid. ſupra pag. 484.) e) Quarta inſcriptio in eadem Francofortana Bibliotheca ſupereſt, eſtque Inſtitutionibus Juſtinianis cum *Accurſii* notis adſcripta, ita ſonans: An. D. M CCCC LXXVI. 10. Kal. Jun. &c. (vid. ſupra pag. 484.) f) Idem autem Inſti-

c) *Inſcr.* 2. * Eandem inſcriptionem affert *Jo. Tho. Freigius* quarta Oratt. cum *Jo. Roſini* Romanis Antiquitt. impreſſarum. d) *Inſcr.* 3. e) *Inſcr.* 4. f) *Inſcr.* 5.

ſtitutionum opus, jam antea ibidem eodem autore prodierat, ſub ſequenti finitione: *Praeſens inſtitutionum praeclarum opus* &c. (vid. ſupra pag. 286.) g) Sexta inſcriptio eſt Speculi Harphiani ſequenti tenore: Fr. *Henrici Harp.* Speculum aureum &c. (vid. ſupra pag. 287.) Has poſteriores duas *Boxhornii* theatrum ſuppeditavit. h) Septimam autem & ultimam è *Serarii* Moguntina hiſtoria depromo, unde dictus mihi Batavus eandem mutuatus videtur, nam & ipſe eandem recenſet, reliquas è *Salmutho* huc transſcripſimus. Hæc autem poſtrema, quamvis annis præ illis, quæ præmiſſæ ſunt, longe junior ſit, fuſius tamen & luculentius inventionis hiſtoriam pandit. Reperitur autem in fine Breviarii Trithemianarum hiſtoriarum his verbis: * *Impreſſum & completum eſt præſens Chronicarum opus* &c. (vid. ſupra pag. 273.) Eadem hæc inſcriptio extat ad finem Breviarii, ut vocamur, Mindenſis eccleſiæ, anno 1516. Moguntiæ ab hoc eodem *Schæffero* excuſi. Ex his facile animadvertent judicioſi Lectores, quid hac de re ſentire & ſtatuere oporteat, ipſimet etiam adverſarii, qua ſunt verecundia & candore, argumentorum & teſtimoniorum vi compulſi victas tandem veri-

Xx tati

g) *Inſcr. 6.* h) *Inſcr. 7.* * Eandem referunt præter *Serarium Beſoldus* in Theſauro Practico pag. 787. & Auctor Chronici Eccleſiaſtico-Politici, part. 2. Chronici Chronicorum Politici p. 937.

tati manus dabunt. Nec enim eſt, quod ſibi blandiantur, ſi forte ſuorum aliquis de hac invenienda arte cogitavit, niſi etiam extra jejunos terminos ſpeculationis eundem progreſſum eſſe, & impreſſos libros orbi communicaſſe ſimul doceant. Stantibus certe documentis prædictis teſtimoniisque ſupra relatis vel unum hoc Batavorum tradita deſtruit & evertit, quod plus quam abſurdum ſit, quod non tantum totis viginti ſecundum *Junii* computationem (tot enim ſunt à commentitia *Fauſti* fuga & plagio usque ad Typographiæ vulgationem, ſed etiam juxta *Scriverij*um & *Boxhornium* triginta aut etiam quadraginta annis (hoc enim illi ſpatium definiunt à prima inventione usque ad Moguntinam illam artis dilatationem, ut mox videbitur) nullum ediderint illi venditati artificii ſui ſpecimen, quod lucem ferre poſſit, & à ſuſpicione impoſturæ liberum ſit. Atque hæc de inſcripti-
p.70 onibus ſufficere arbitror, quarum pondus etſi Theatri auctor eludere ſatagat, extricare ſe tamen & expedire nequit. Non hercle Harlemicæ ſylvæ ſpatiis, non Batavicis deambulationibus, non Hollandico otio tam laborioſæ artis anxium & difficilem partum debemus, ſed Moguntinis potius ſudoribus, Rhenanæ induſtriæ & difficilibus nixibus, Germanicæ aſſiduitati, indefeſſæ operationi, continuæ multorum annorum inſtantiæ illam acceptam ferre tenemur.

CAP.

CAP. IX.
De loco Inventionis.

Supereſt ut ad reliqua pergamus. Evicto enim, quod non in paluſtribus & ſtagnoſis Hollandiæ, ſed Germaniæ campeſtribus hæc nova artis ſoboles enata ſit, nunc breviter ſuperioris Alemaniæ loca videamus, quæ Moguntiæ ſtatus quæſtionem movere aliquando auſa ſunt. Hæc autem longe minoris ſollicitudinis res eſt: Tres enim omnino urbes reperio præter Moguntinam, de quibus tale quid affirmetur. i) Illarum Argentina *prima* eſt, ubi *Wimphelingius* ſcribit, impreſſoriam à *Gutenbergio* tentatam eſſe, quam poſtea *Moguntia* perfecerit. Quid autem de iſta opinione mentis habeam, infra tractaturus ſum, ubi de ipſis inventoribus penitius indagabitur. Si enim potior ſententia ſit, ad quam animus meus inclinat, non *Gutenbergium*, ſed *Fauſtum* primitus Typographiæ inveniendæ intendiſſe, Wimphelingiana iſta de Argentorato ſuo tradita ſtare nequeunt, ac poſito interim *Wimphelingio* de cive ſuo potius aſſentiendum eſſe, manet nihilominus inconvulſa de *Moguntia* opinio, illic enim artem hanc perfectam & primitus exercitam eſſe tam *Wimphelingius*, quam qui ipſi adſtipulantur reliquis conſentiunt. *Alter* locus eſt *Ruſſenburgh*

i) *De loco Inventionis.*

burgh Alſatiæ oppidum, ubi non tantum ex quorundam opinatione omnium primo impreſſoriam exercitam fuiſſe, ſed etiam illud oppidum ex Officinarum ſtrepitu id nominis traxiſſe *Irenicus* tradit. Ego autem quod de nomine is refert frigidiuſculum cenſeo, nec in reliquo etiam ad aſſentiendum perſuadeor, cum ipſemet ex aliorum potius ſententia, quam ut iſti rei tanquam obſcuriori fidem haberet, talia prodiderit, ac præterea ſolitarium & ſingulare ſit teſtimonium ejus, unde longius ei non immorabor. Ut interim taceam nomen iſtius loci longe antiquius videri, quam ut hæc *Irenici* Etymologia conſiſtere poſſit. Idem etiam de *tertio*, quem *Gilberto Cognato* tribuit Collector *acceſſoriorum ad editionem Polydori Virgilii de rerum Inventoribus*, quæ Stœrianis typis an. 1604. in decimo ſexto, ut vocant, prodiit, mihi videtur; Auctor enim hic eſt, *Cognatum* lib. 3. Narrat. Sylv. Auguſtæ Vindelicorum hanc inventionis Typogra-
p.71 phicæ laudem tribuere. Sed *Gilbertus* id non dicit, quod ex ipſiusmet verbis, quæ iſtum in finem adſcribo, lectori conſtare volo: *Typographia*, inquit is, *ſive ars excuſoria, id eſt, libros excudendi, quæ libraria quoque dicitur, à Chriſto (nato) in Germania comperta fuit. Nam ante Chriſtum Saturnus, ut antè diximus, literas Italos imprimere docuit*, *ut refert* Cyprianus *in lib. de Idolis. Calcographicam quidem artem*, *fertur* Petrus Schœffer *Auguſtanus ſua induſtria reperiſſe*, *aut a ſuis re-*

per-

pertam cognatis ſaltem excelluiſſe. Ecce dicit is, repertorem Auguſtanum fuiſſe, non Auguſtæ reperiſſe: an autem in illo ipſo, quod dicit, fallatur, ſtatim videbitur. Verum omnia hæc de *Argentina*, *Ruſſenburgo*, *Auguſta* leviora ſunt, quam ut opinatiſſimam illam de *Moguntia* ſententiam labefactent, mentibusque antiquitatis curioſorum eximant: utpote quæ tum unanimi graviſſimorum autorum calculo firmiter fulciatur, tum etiam tot inſcriptionibus ipſisque impreſſorum operum exemplaribus, vivis ſcil. & realibus teſtimoniis, ut in præcedentibus oſtenſum eſt, ita ſtabiliatur, ut nec dubitandi locus reliquus ſit.

CAPUT X.

De tempore factæ inventionis.

Progrediamur igitur ad temporis indagationem, de quo decumanos fere video contradictionum diſſenſionumque fluctus, quæ tamen ad ultimum bonam partem conciliatione commoda, jam pridem à *Serario* aliisque adhibita, videntur in qualemcunque conſonantiam & concordiam coire poſſe. Primo igitur crebrior & vulgatior illorum opinio eſt, qui anno 1440. inventam hanc artem volunt, hanc enim à *Wimphelingio* omnium primo traditam reliqui communiter amplectuntur, *Palmerius*, *Nanclerus*, *Althamerus*, *Buchelcerus*, *Kleinſorgius* in Chron. Eccleſ. Weſtphaliæ MS. *Calviſius*, *Petavius*, *Iſacius Pon-*

tanus, *Haræus*, *Helvicus* aliique plures. Ab horum ſententia decennio abſunt *Trithemius*, *Aventinus* & *Joannes Cluverus*, qui annum 1450. typographicis incunabulis aſſerunt inſignem fuiſſe. Hanc diverſitatem *Chronicon Colonienſe* & *Nic. Serarius* ita conciliant, ut anno 1440 cœptum ſit laborari, anno vero 1450 inceperint libri excudi, quibus *Seb.* etiam *Munſterus* accedit, qui ab anno 1440 usque ad ann. 1450 artem hanc inventam eſſe ait. Eadem
p.72 ſententia ex *Mariangelo Accurſio* confirmari videtur, qui Confeſſionalia *S. Auguſtini* & *Donati* Grammaticam, tanquam primogenitum hujus artis fœtum anno 1450 ſcribit impreſſa. Aliquot annis ab utrisque diſcrepant *Thevetus*, qui an. 1442, quem annum etiam *Angelus Roccha* deſignat & *Joannes de Colle*; *Hedio* in Paralipomenis ad Urſpergenſem, & *Stumpſius*, qui ann. 1446, *Apianus*, qui 1453, *Paulus Langius*, qui an. 1454. præferunt & deſignant, cum quorum ultimo *Cornelius Callidius* in Catalogi Scriptorum fine conſentit. *Jac. Phil. Bergomenſis* an. 1458. repertam hanc eſſe artem ſcribit: *Ramus* ejusque ſecutus auctoritatem *Zwingerus*, an. 1466. primum librum impreſſum eſſe volunt, qui fuerit *Cicero* de Officiis, in quo tamen illi, ut partim ſupra dictum eſt, partim aliunde claret, nimium hallucinantur. Apud *Boxbornium* civis aliquis Harlemenſis in Inſcriptione Laurentianæ à ſe honoris ergo erectæ ſtatuæ inſcripta annum 1430 ponit. *Scriverius* au-

autem in ſupra citata Elegia, quam contra *Nündaum* pro patria ſcripſit, ad annum 1428, hoc chronographico refert:

HIC ſago eXsCVLptas LaVrentI CVſpI-
De formas,

ſed ab utroque id ſine auctore factum, ſine veritatis fundamento, à quibus omnibus longiſſime omnium ipſemet *Boxhornius* receſſit; qui ad ann. 1420 refert, ſed nec teſtibus ad ejus rei probationem, nec teſtimoniis utitur aliis, quam Rabbinicis, quæ adſcribo: *Circa ann.* 1420. *prima nobiliſſima artis typographicæ fundamenta* &c. (vid. ſupra pag. 537.) Hæc ex neſcio quo *Joſepho* narrata nonniſi mera mapalia, & plusquam affanias Apinas eſſe, ex illis quæ in præcedentibus contra *Junium* diſputavimus aliisque conſtare poteſt, nec dubito, me omnibusque tacentibus, id cuilibet emunctæ naris, etiam alias per ſe patere. Quo enim colore invitabimur uni Rabbino de re typographica, id eſt, ſibi alieniori minusque cognita, magis credere, quam cæteris autoribus & ſcriptoribus omnibus, doctis, gravibus, fide dignis, de re cognitiſſima affirmantibus, teſtibus oculatis. Si quid enim p.73 tale *Joſephus* iſte ſcribit, certe falſiſſime (ut ſolet pleraque deploratum illud hominum genus, & reclamante veritate id ſcripſit. Ego autem ſi nec ſcripſiſſe illum iſta, quæ retuli, dixero, quid reſpondebit, qui nec vidiſſe ſe Chronicon iſtud, tantum abeſt ut legerit,

 aper-

aperte fatetur? Certe nominare tali caſu autorem ſuum debebat, cujus fidem in citando iſto Joſepho ſuo ſequutus eſſet, quem ſi nullum habet, cur quæ neſcit affirmat? ſi habet, cur diſſimulat? Quid alii judicare velint, quisque viderit: Mihi non diffiteor ita videri, voluiſſe illos, qui hanc temporis anticipationem amplectuntur, Batavicæ cauſæ colorem aliquem, ſine quo omne Rhetorum artificium friget, hoc circumſtantiarum penicillo illinire.

CAP. XI.

De Inventoribus hujus artis.

Sed mittamus hæc, & ad veros divinæ hujus artis auctores & inventores indagandos progrediamur. Non minor autem de his quam de tempore inter ſcriptores diſcrepantia exiſtit, licet plerique in *Joannem Gutenbergium* conſentiant, quorum anteſignanus & ductor *Wimphelingius* eſt, qui reliquos autoritate ſua traxit. Habet enim is aſtipulantes ſibi *Trithemium*, *Fulgoſium*, *Palmerium*, *Bibliandrum*, *Munſterum*, *Chaſſaneum*, *Thevetum*, *Joannem Arnoldum Bergellanum*, *Bulingerum*, *Bucholtzerum*, *Helvicum*, *Bibliandrum*, *Sethum Calviſium*, *Dion. Petavium*, *Joan. Colle* & *Paulum Langium*, niſi quod ultimus hic *Petrum Gutenbergium* vocat, quem alii omnes *Joannem*, *Opilionem*, ut puto, *Fauſti* generum cum illo confundens.

Alii

Alii contra non *Gutenbergium*, ſed * *Joannem Fauſtum* calcographices repertorem conſtituunt, è quorum numero ſunt *Apianus*, *Aventinus*, *Stumpſius*, *Opmeerus*, *Salmuthus*, *Friſchlinus*, *Pantaleon*. Alii utrumque conjungunt, quod faciunt *Simon Majolus* & *Laur. Beierlingius*, quorum tamen prior *Gutenbergium* corrupte pro *Joanne Jacobum* vocat. Alii diverſas illas de utroque opiniones referunt, prout fit à *Spondano*, *Funccio*, *Melchiore Adamo* & *Paralipomenis ad Urſpergenſem*. Præterea *Fauſti* miniſtrum facit *Gutenbergium Aventinus*, contra *Gutenbergii* adjutorem p. 74 conſtituit *Fauſtum Trithemius*, idemque fit à *Munſtero* & *Hedione* in Chronico, niſi quod alterum ei addat prior cooperatorem *Medinbachium*: poſterior vero *Medinbachii* loco *Joannem Genſfleiſch* (niſi forte unus idemque homo ille ſit, & alter familiæ, alter patriæ illi cognomen dederit) ipſi ſociet, quod & à *Wimphelingio* in argent. Epiſcoporum Catalogo (ſupra p. 9.) fieri vidimus. De *Petro* etiam *Schœffero* Gernshemenſi, quem *Ramus* corrupte *Gerneſum*, *Joannes Collius Gesnerium* vocant, diverſa apud diverſos reperio. Hunc enim inventorem faciunt *Gilb. Cognatus*, *Polydorus*

* Jo. Fauſtum honeſto ſatis loco & è primariis Moguntinæ urbis familiis natum fuiſſe, ſatis inde conſtat, quod Agnatus ejus Jacobus Fauſtus Aurifaber Conſulem illic egerit an. 1462. eo ipſo quo Moguntia capta & ſub Jugum miſſa fuit: qua de re teſtem habemus Georgium Helwich in Moguntia devicta p. 154.

rus Virgilius & *Franc. Irenicus*, niſi quod hi duo poſtremi ſine cognominis appoſitione *Petrum* ſimpliciter vocitent, primus autem pro *Gernshemio*, quod infra Wormatiam ad Rhenum Haſſiacæ ditionis oppidum eſt, Auguſtam ei patriam tribuit manifeſto ſine dubio errore, nec enim hac in parte plus extraneo teſti eique ſingulari credi poteſt, quam ipſimet *Schæffero*. *Aventinus* illum *Fauſto* adjungit inventionis conſortem & ſocium, quod etiam *Mariangelus Accurſius* & *Salmuthus* faciunt, fitque idem à *Joanne Arnoldo Bergellano*, niſi quod is utrique *Gutenbergium* tertium ſociat. Typos fuſiles inventa matricum confectione huic *Petro* tribuit *Salmuthus*, quod ad typos ſtanneos à *Fauſto* æreis jam repertis reſtringit *Mariangelus Accurſius*, quamvis non putem, hunc poſtremum inter fuſiles alioſque fabrefactos typos (poſteriores enim hos à *Fauſto* tantum repertos veriſimile eſt) ſatis accurate diſtinctionem inſtituiſſe. *Trithemius* eundem *Petrum* hujus artis dilatatorem vocat. Horum omnium placita meo quidem judicio facili negotio ad aliqualem concordiam & conſonantiam reduci poſſunt, quod facere conabor, ubi prius reliquorum opiones, qui in alia omnia eunt retulero. Tres autem illarum præter jam recenſitas hactenus ſe mihi diligenter inquirenti obtulerunt. k) Ac primo

k) *Tres erroneæ opiniones de primo inventore.*

mo loco refert Autor Chronici Vernaculi Colonienſis an. 1499. impreſſi quendam *Omnibonum* dictum (intelligit *Omnibonum Leoni-cenum Vicentium* Criticum & Philologum non incelebrem) in præf. *Quintiliano* præfixa, *Ni-colaum Genſon* natione Gallum, (quem tamen *Sabellicus* licet erronee hominem Teutonicum credit, vereorque ne *Jo. Iſacius Pontanus*, de quo infra, pag. 83. circa patriam hujus hominis ſimilem errorem erret) impreſſoriæ artis inventorem facere, qui ibidem merito refellitur. *Philippus* etiam *Bergomenſis* triplicem refert de inventa impreſſoria opinionem, utpote quæ ab aliis ad *Gutenbergium*, ab aliis ad *Fauſtum*, denique à quibusdam ad hunc *Nico-laum* deferatur. Illud tamen negari non debet, *Nicolaum* iſtum hanc inventam ab aliis artem præclare excoluiſſe, ac vel Venetias, ut p. 75
Chronicon Colonienſe, vel in Gallias, ut *Angelus Roccha* & *Melch. Adamus*, vel etiam utrumque in locum, quæ mea iſtas opiniones diſſidentes conciliantis ſuſpicio eſt, primum intuliſſe, de quo pluribus infra deſtinato loco. Secundo *Petrus Ramus* lib. 2. Schol. Mathemat. & ex illo *Theodor. Zwingerus* in theatro *Joannem Regiomontanum* celeberrimum illum mathematicum & Aſtronomum hac laude mactant, cupientes forte invento per ſe nobiliſſimo illuſtriorem gloriam conciliare ex tanti nominis majeſtate. Sed decepit illos locus male intellectus è tabulis *Purbacchii*, quæ non dicunt ab

ab ipſo *Regiomontano*, ſed tempore ejus novam hanc imprimendi artem fuiſſe tentatam. Tertius circa Typographices inventorem error eſt *Mariani Victorii Reatini* Epiſcopi Amerini, famoſi illius Hieronymianorum operum commentatoris, qui ad Epiſtolam *S. Hieronymi* ad Ageruchiam ſeu (ut apud *Eraſmum* legitur) *Gerontiam* ſcribit, *Theodoricum Greſemundum* Calcographiam reperiſſe, ejus verba ſunt, quæ ſequuntur ad vocem, MOGUNTIACUM in iſta Epiſtola Sancto iſti viro poſitam: *Urbs nunc Germaniæ inſignis & Imperialis ad Rheni ripam poſita, ex qua ingenio* Theodorici Gresmundi *ars imprimendi libros primum prodiit.* Quid huic homini in mentem venerit, vix divinare poſſum, nec enim apud quempiam alium ejus rei vel veſtigium reperias, & certe tempora minime congruunt, *Greſemundus* enim ille, de quo illic agitur, *Eraſmi* ævo vixit, cui & familiaris fuit, & multis annis poſt natam Typographiam in lucem editus, cujus nec parens, opinor, qui è noſtratibus fuit vir doctus duplicique Themidos & Apollinis laurea redimitus, quo tempore illa lucem primum vidit, vitali aura frui cœperat. Tandem tamen ſubodoratus mihi videor, quid homini iſti Italo licet ſagaciſſimæ alias naris impoſuerit: locus nempe *Eraſmi* ad eandem *S. Hieronymi* epiſtolam perperam lectus ac male intellectus, vel ſaltem à memoria non ſatis bona fide ſcribenti repræſen-

tatus.

tatus. Verba *Eraſmi* hæc ſunt de Moguntina urbe verba facientis: *Quippe quæ cum alios permultos omni doctrina genere præſtantes viros edidit, tum vero præcipue* Theodoricum Greſmundum, *hominem ab ipſa natura ad humanitatem, ad bonas literas, ad eloquentiam illam vere Atticam ſculptum & factum. Huic urbi boni omnes bonarum literarum ſtudioſi non parum debent ob egregium illud ac pene divinum inventum ſtanneis typis excudendi libros &c.* Videtur enim mihi *Victorius* vel voculam *Urbi* inanimadverſam tranſvidiſſe, vel certe pro *Urbi viro* legiſſe: quem tamen nolim alibi eadem attentione *Eraſmi*, in cujus reprehenſione multus ſane eſt, ſcripta evolviſſe. Horum igitur trium diverſa ſentientium hallucinationibus exploſis (Harlemenſes quadrigam hanc integrantes in præcedentibus abſolutos hic iterato non vellicamus) inter ſuperiores concordia tentanda eſt. Licet igitur *Guttenbergius*, cui ſuffragiorum prærogativa palmam tribuit, à conſortio tam præclaræ adoreæ, meo quidem judicio, excludi non debeat; *Wimphelingio* tamen, quique eum ſectantur, in eo conſentire vix poſſum, laudis hujus principatum, & quidem cum aliorum excluſione illi deferri oportere. Movet me ad ita ſentiendum, quod alias temere facturus non eram, auctoritas publicorum actorum, quæ ab *Henr. Salmuth.* in Append. commentar. in *Pancirolum* ad tit. 12. qui eſt de Typographia, referuntur, ubi

p. 76

ita

ita ſcribit: l) *Eodem tempore Moguntiæ commorabatur* Joannes Gutenbergius *honeſtis parentibus natus, qui proxime* Fauſti *ædes habitabat. Hic cum animadvertiſſet inſignem hanc artem Typographi-*

l) De Typographiæ ſive artis impreſſoriæ inventione veriſſima hiſtoria. Anno Dn. 1440 & poſt fuit Moguntiæ ad Rhenum, quæ tunc adhuc civitas imperialis erat, civis quidam ex honeſta familia prognatus, Joh. Faustus nomine: cujus familiæ etiamnum hodie quidam ex Patriciis Francofurti ad Moenum ſunt ſuperſtites. Hic Johannes Faustus, pro eo, quo artes liberales & viros doctos proſequebatur, ſtudio, cum conſideraſſet, penuria librorum, & magnis, qui ad eos deſcribendos requirebantur, ſumtibus, multa ingenia à ſtudiis abſtrahi atque avocari, de modo ac ratione cogitare cœpit, qua minori labore ac ſumtu libri & boni auctores divulgari ac comparari poſſent. Poſtquam in eam rem ſedulo intentus fuiſſet, initio hanc viam ope divina reperit, ut tabulam Abecedariam characteribus eminentibus ligno incideret, & ad impreſſionem formaret, quos etiam atramento impreſſit. Sed quia atramentum fluebat, & characteres confundebat, re diu animo volutata, craſſam & nigram materiam adinvenit, & tabulas illas minoribus prelis ſubjicere, libroſque hoc pacto excudere cœpit. Quod opus, quia antehac incognitum erat, & tabulæ illæ vili pretio comparari poterant, ab omnibus prædicabatur. Unde Faustus occaſionem arripuit, non ſolum Donatum eadem ratione integro ligno incidendi & excudendi, ſed etiam in eam curam & cogitationem gnaviter incumbendi, quomodo artem, quam invenerat, magis ac magis excolere & elimare poſſet; præſertim quia integras columnas ſeu formas, ut hodie loquuntur, ligno incidere nimis moleſtum ac laborioſum erat. Quapropter hoc compendium excogitavit, ut priores aſſeres diſſecaret, probos characteres retineret, & detritorum loco alios peculiares formaret; atque ita com-

plicam, non ſolum omnium ore paſſim celebrari, ſed etiam admodum lucroſam eſſe, familiaritatem cum Fauſto *contraxit, & quia opulentus erat, pecuniam ei ad ſumtus neceſſarios obtulit. Quod* Fauſto *minime ingratum fuit, quandoquidem comperiebat, ſumtus, quos in eam artem faciebat, quotidie creſcere, & tunc opus chartæ pergamenæ imprimendum ſub manibus habebat. Quapropter cum* Gutenbergio *convenit & pactus eſt, ut quicquid in illud opus impenderetur, communi utriusque lucro vel damno cederet. Quoniam vero* Fauſtus *plus inſumpſerat, quam* Gu-

ten-

compoſitionem ſeu coagmentationem characterum exorſus eſt, tametſi multum temporis & laboris in ſingulis characteribus ſeorſum formandis impendendum videret. Cæterum in exercenda hac nova arte operis quibusdam uſus eſt Faustus, in quibus fuit Petrus Schaeffer Gernsheimenſis, qui cum heri ſui inſtitutum percepiſſet, magno illius artis ſtudio incenſus eſt: & quia ingenio valebat, animum ad illam amplificandam adjecit, ac ſingulari Dei inſtinctu rationem invenit, qua characteres matrici, ut vocant, inciderentur, & ex ea funderentur. Alphabeto hoc modo inciſo characteres inde fuſos Fausto, hero ſuo, oſtendit: quibus ille uſque adeo exhilaratus eſt, ut ei protinus filiam unicam deſponderet ac paulo poſt in uxorem daret. Quamvis autem etiam in hoc genere characterum aliqua difficultas ſuborta eſſet, propterea quod materia mollior eſſet, quam ut preſſuræ reſiſtere poſſet: tamen mox ejusmodi mixtura inventa fuit, quæ vim preli aliquandiu ſuſtinere potuit. Rebus eo provectis, ſocer & gener domeſticos ſuos jure jurando adegerunt, ut novum illud inventum ſummo ſilentio celarent, & aſſeres ac primordia artis, ipſosque characteres ligneos funiculo involverunt atque aſſervarunt, quæ amicis, quando libuit, oſtenderunt.

Eodem tempore Moguntiæ &c.

tenbergius *neceſſitatem poſtulaſſe arbitrabatur, hic dimidiam ſuam partem exſolvere detrectavit, qua ex verum lis orta eſſet, alter alterum Moguntiæ in jus vocavit, ubi partibus auditis pronunciatum fuit: Si* Joannes Fauſtus *interpoſito juramento affirmare poſſet; omnem pecuniam, quam mutuam ſumpſiſſet, in commune opus erogatam, non autem in proprios ipſius uſus converſam fuiſſe,* Gutenbergium *ad ſolvendum obligatum eſſe. Cui ſententiæ* Fauſtus *paruit, ſicut ex archetypo inſtrumenti quod etiamnum ſupereſt an. 1455. ſexto Novembris à* Joanne Ulrico Helmoſpergero *notario ea de re confectum fuit, liquido demonſtrari poteſt. Unde evidenter apparet,* Gutenbergium *nequaquam artis Typographicæ inventorem & primum autorem eſſe, ſed aliquot annis poſtquam ea inventa fuiſſet, à* Joanne Fauſto *in conſortium adſcitum, pecuniam ei ſuppeditaſſe.* Hæc *Salmuthus.* Porro hujus inter *Fauſtum & Gutenbergium* obortæ litis *Joannes* etiam *Arn. Bergellanus* in ſuis de calcographiæ encomio conſcriptis Elegis meminit, licet in eo à *Salmuthi* narratione, cui tamen inſtrumenti publici robur potiorem fidem adſtruit, diſſentiens recedat, quod iſtam controverſiam etiam tunc ſuo tempore adhuc indeciſam pependiſſe re-
p.77 fert, niſi forte, quod fieri potuit, *Gutenbergius* à ſententia contra ſe lata provocavit, ac in ſequenti, quam vocant, inſtantia, ob deſertionem aut ſimile quid cauſa finem non invenit. Memorati de hoc diſſidio *Arnoldi Bergellani* verſus, poſtquam de *Fauſti & Gutenbergii* ſocietate

re-

retuliſſet, hi ſequentes ſunt: *Fœdera ſed lucri &c.* (vid. ſupra pag. 28. v. 249-262.) Ita ille aliquanto, ut videtur, *Gutenbergicæ* parti addictior. *Wimphelingio* igitur, ut ſæpe contigit, blande illudens & officiens veritatis penitiori inquiſitioni patriæ amor impoſuiſſe videtur, qui *Gutenbergium* quod typographiam Argentinam primitus detuliſſet, primum ejus inventorem credidit, eique cæteri eadem facilitate ſubſcripſerunt. De hujus Moguntia Argentinam verſus abitu ita *Salmuthus* dicto loco pergit: *Cum igitur* Gutenbergius *ad ſumitus refundendos damnatus fuiſſet, & ex eo ſimultates inter illum &* Fauſtum *magis exarſiſſent, ille autem interea artem vidiſſet & didiciſſet, ſiquidem inter tot operas, quæ ad illam excudendam requiruntur, fieri non potuit ut ea diutius occultaretur, quod etiam Deus procul dubio noluit, Moguntia Argentinam ſe contulit, quo aliquot ex operis ſecum attraxit. Poſt illud diſſidium alii quoque, qui apud* Fauſtum *artem illam didicerant,* p. 78 *eum deſeruerunt, & Francofurtum atque in alia loca ſe receperunt, cum præſertim an.* 1462. *Moguntia capta & priſtina ſua libertate privata fuiſſet: quo factum eſt, ut hæc præclara ars omnibus innoteſceret & publici uſus fieret.* m) Hæc inſigniter & ſin-

m) Hæc eſt vera hiſtoria de primis initiis & natalibus typographiæ, ex vetuſtis documentis, quæ adhuc extant, petita; quæ ex multis præterea antiquis libris, illo tempore excuſis, quorum non pauci paſſim reperiuntur, confirmari

ſingulariter præclarus ille auctor, qui inter Germanos, quantum quidem hactenus comperi, noviſſimus, nec ſine accuratione de hac materia ſcripſit, cui quod potius quam aliis accedo, non tantum acta illa, quæ dixi, publica, ſed & alia me movent. 1. Complures illæ ſuperius relatæ diverſarum primogeniarum editionum inſcriptiones, in quibus crebra *Fauſti* & *Schœfferi*, nulla autem hujus *Gutenbergii* mentio. Ac ſocer & gener prædicti non ſolum ipſimet, vivente & præſente *Gutenbergio*, id publice profeſſi ſunt, ſed etiam utroque jam mortuo, illorum reſpective nepos filiusque *Joannes Schœffer* anno 1515. ad calcem Chronici Trithemiani à ſe editi, ut ſupra vidimus, clariſſime id repetit, ne quis forte putet, ipſum *tempus*, quod *mater veritatis* audire conſuevit, *Fauſti* ejusque generi vel errorem vel fallaciam poſtmodum detexiſſe. 2. Quod nec viderim, nec ab aliquo probato citari & memorari repe-

ri poteſt. Nam ipſe JOHANNES FAUSTUS & miniſter ejus PETRUS SCHAEFFER Gernsheimenſis ad calcem librorum à ſe tunc excuſorum palam & nemine contradicente profeſſi ſunt, ſe JOHANNEM FAUSTUM artis typographicæ inventorem, & ſe PETRUM SCHAEFFERUM ejus adjutorem fuiſſe: ſicut liquet ex pauculis, quae ſequuntur, qualia permulta adhuc proferri poſſunt.

In bibliotheca Electorali Palatina exſtiterunt Biblia, è quibus ſequentia in fine appoſita deſcripta ſunt: Præſcrutationalis &c. (vid. ſupra pag. 482 - 484.)

pererim librum aliquem à *Gutenbergio* ante *Fauſtum*, cujus complures libri ſuperſunt, impreſſum. In tanta enim doctorum diverſitate & narrationum diſcrepantia tutiſſimum, me judice, fuerit ipſis rerum teſtimoniis fidere; præſertim ſi gravium & magni nominis autorum ipſis adminiculentur ſuffragia, quales eſſe relatos ſuperius, *Apianum*, *Aventinum*, *Opmeerum*, *Salmuthum*, alios, nemo negaverit. Nec obſtare puto, ſi quis regerere volet, ideo *Gutenbergium* ſub nomine ſuo nec libros edidiſſe, nec artem excuſoriam exercuiſſe, quod eſſet genere nobilis & equeſtri vir dignitate (talis enim à diverſis prædicatur) ac propterea id vitæ genus contra ſtatus ſui dignitatem arbitraretur, cum ſatis conſtet ex præcitato *Wimphelingio* aliisque, quod artem hanc Argentinæ exercuerit. Præterea quod de equeſtri ejus gradu aliqui tradunt, e quorum numero ſunt *Sabellicus*, *Palmerius*, *Paul. Langius*, *Polydorus Virgilius*, *Andr. Thevetus*, *Melch. Adamus*, *Ferreolus Locrius*, *Dionyſius Patavius* & *Autor Chronici Colonienſis*, ab aliis negari, vel oblique ſaltem in dubium vocari video. *Salmuthus* enim in Commentariis ſuis ad *Panvirolum* honeſtis tantum parentibus natum ait, *Trithemius* & *Arn. Bergellanus* civem Moguntinum dicunt; *Spondanus* & *Sethus Calviſius* aurifabrum fuiſſe referunt, cujus artificii Theatrum Beierlingianum fuiſſe etiam *Joannem Fauſtum* aſſerit, qua in re ſi non *Gu*- p. 79

tenbergii & *Fauſti* (ut in omni hac Typographica hiſtoria ſæpe contigit) confuſio committitur, minime mirum eſt inter conſortes ejusdem artis ſocietatem Typographicam, cujus *Salmuthius* & *Bergellanus* meminere, potiſſimum initam eſſe. Ego hanc diverſitatem, ſi in re tantilla conjectare permittor, ita componi poſſe reor, ut civica proſapia ortum, poſtmodum virtutis & meritorum ergo in ordinem nobilium, vel Cæſarea gratia, vel ſaltem alterius, cui iſta facultas eſſet, beneficentia lectum fuiſſe veriſimile putem. Ob artis enim quam quis profitetur excellentiam & præclara inventa multos nobilitatis & equeſtris ordinis honores conſequi, tam de illis qui fuerunt legimus & referri audimus, quam in illis, qui ſunt etiamnum videmus & experimur, ac Italia præſertim in Architectis, pictoribus, citharœdis &c. ejus rei recentia nobis exempla ſuppeditare queat. Huic opinioni *Beierlingius* etiam in Theatro ſuo quodammodo accedit ſcribens: *Sed ita ut merito primas* Joannes Gutenbergius *teneat, quem tamen ex equeſtri ordine cur aliqui ſtatuant, non video, niſi quia ob rei tantæ peritiam induſtriamque ipſius & labores, eum honore illo non indignum cenſuerunt. Omnium tamen honorificentiſſime ſcribit de* Gutenbergio Joannes Colle, *qui Baronem Alemannum vocat loco ſuperius citato.* Hæc de *Gutenbergio* mea opinio eſt, cui tamen non ita velim pertinaciter inhærere, ut cum quopiam

piam deſuper controvertere opus habeam, licitumque per me cuicunque erit, *Wimphelingii* reliquorumque ipſi conſentientium ſententiam amplecti, dum tamen *Fauſtum* & *Schæfferum*, quorum utrumque ſicco quod dicitur pede illi prætereunt, eoque ipſo ſe minus ſinceræ narrationis ſuſpectos faciunt, ab honore collegii non arceant. Iſta tamen inter *Wimphelingium* aliosque de autore Inventoris diſcrepantia Harlemenſibus cavillandi occaſionem aliquam ſubminiſtrare nequit, quaſi tanto minus illis fidendum ſit, quod inter ſe minime conveniant. Quod locum enim communiter in Moguntiam conſentiunt, qua ſententia contra Batavos evicta, *Fauſtus*, an *Gutenbergius*, an quis tertius, unus an plures hujus artis inventores fuerint, ad istos non pertinet, nec cujusquam intereſt; cum de loco agitur, cui tandem hanc laudem tribuere velimus, maxime ſi collegialiter potius omnes tres admittamus, quam illorum quenquam excludamus. Nec enim dubitari deinceps oportet, quin tam nobile inventum attentis illis, quæ ſuperius tradita ſunt, non ad hominem unum, ſed ad nominatos illos illuſtratæ rei literariæ triumviros & glorioſi laboris conſortes conjunctim referri debeat, id quod etiam monumento illis ad finem operis erecto omnibus indicatum & teſtatum eſſe cupio, ne minoris homines noſtros tam præclare de republ. & p. 80

omni doctrinarum genere promeritos æſtimare videamur, quam Batavi *Laurentium* ſuum tot elogiis inſcriptionibusque domi ac foris prædicatum faciunt. Utra pars juſtiores ejus rei cauſas habuerit, ex illis, quæ à *Junio*, *Boxhornio*, aliis ſcripta, relata, aſſerta, quæque à nobis hac commentatiuncula deducta, probata, evicta ſunt, æquis & benignis lectoribus dijudicandum relinquitur. *Gutenbergium* in conſortium admitto, vel quia *Wimphelingio* de primæva adinventione credere oportet, vel quia ſumtibus ſaltem & impenſis hærentem in luto *Fauſtum* & impendiorum gravitate fere ſubmerſum liberalitate ſua & opera ſociata ſublevarit, eoque ipſo de operis perfectione ſingulariter promeruerit, quod *Salmuthus* ipſemet largitur & concedit. Atramenti quidem impreſſorii inventionem eidem *Gutenbergio Thevetus* adſcribit, verum id *Polydorus Petro Schœffero* tribuit, niſi forte, quod non incredibile, uterque notabilem in illo operam præſtitit. *Fauſtus* certe primariam de hoc certamine palmam auferre dignus eſt, utpote qui non tantum typos ſingularios præcipuum tanti artificii inſtrumentum ex ære primus efformavit, ſed etiam princeps omnium typis deſcriptos libros orbi obtulerit & communicarit. Hi primitus è ligno facti fuerunt, deinde & orichalco, ut ait *Melch. Adamus*, ſeu etiam ex ære, ut *Mariangelo Accurſio* placet, qui di-

diſerte æreorum, ut modo retuli, inventionem *Fauſto* adſcribit. Idem *Accurſius* ſtanneos ad *Petrum Schœfferum* defert, dummodo quæ ab illo hac de re ſcripta alii referunt, probe diſtincta ſint, & non utriusque inventio ad unum *Fauſtum* pertineat. Certe matrices, quæ fundendis typis ſerviunt, *Schœfferus* excogitavit, quod commentum uti præcipuum totius artis myſterium continet, & in tuto demum poſt multos & varios exantlatos labores & expenſas factas illam collocavit, ita ab exultante *Fauſto* (à *Salmutho* id retuli in Antecedentibus) herilis filiæ matrimonio remuneratum eſt. Addidit idem plures alias ad artis exercitium neceſſarias inventiones, quænam tamen iſtæ fuerint, præter illa, quæ de atramento glutinoſiori præmiſimus, ſpeciatim non additur. Videri igitur poteſt unus hic multorum annorum anxiis & ærumnoſis ſudoribus ingenii ſui felicitate, & indefeſſæ induſtriæ conſtantia colophonem tandem impoſuiſſe. Ac tunc demum myſterioſum illud ſecretum lucem adſpicere auſum eſt, quodque eo usque unius urbis, imo conclavis anguſtiis coarctabatur, poſtmodum e latebris proſiliens per univerſam Europam, totumque fere orbem dilatatum eſt. Qua de re poſtquam de inventione ſatis ſuperque dictum eſt, deinceps paucis & ſelectioribus (quis enim omnia velit aut poſſit?) dicere reſtat.

CAP. XII.

De propagatione artis Typographicæ.

Inventa igitur *Fauſti*, *Gutenbergii*, *Schœfferi* conjunctis viribus & mutuæ operæ adunata induſtria, opumque conſociatione imprimendi ars, haud parvo tempore ſecretis & excluſis externis arbitris arcanum religioſe coluit, donec ex cauſis in præcedentium ſerie indigitatis, vicinas primum ad urbes, deinde remotas etiam in provincias proferretur, tandemque paſſim & ubique divulgaretur. De anno videtur inter *Salmuthium* & *Joannem Schœfferum* in citata aliquoties Trithemiani Chronici clauſula ſeu inſcriptione diſſenſio eſſe, quam tamen dextra explicatio facile removeat. Ait enim *Salmuthius* occaſione diſſidii cum *Fauſto* exorti (finitum illud fuit judiciali ſententia an. 1455) *Gutenbergium* Moguntia Argentinam conceſſiſſe, quo etiam operas aliquot ex *Fauſti* officina ſecum attraxit, nec ipſemet artis ignarus. Prædictus autem *Schœfferus* tradit, anno demum 1462 per *Fauſti* familiares in diverſas provincias divulgatas eſſe. Utrumque à vero haud abſonum arbitror, nam ante iſtum 1462 annum ſola Argentina, quo *Gutenbergius* abierat, ſecreti illius particeps facta eſt, quæ poſtmodum iſto à *Joanne Schœffero* expreſſo anno reliquis etiam civitatibus & regionibus communis facta eſt. Atque ita cum *Schœffero* ipſe

etiam

etiam *Salmuthus* conſentit, qui divulgationem typographiæ in eundem annum 1462, quo Moguntia capta, direpta & incenſa fuit, collocat. Mirabili ergo divinæ bonitatis providentia peſſimæ omnium erynnes, privata diſſenſio & publicum bellum in bonum ceſſerunt, & ars utiliſſima, multis alias annis adhuc lucem ſubterfugitura, iſta occaſione maturius orbi innotuit, latiusque prodeſſe cœpit. Aliquot igitur ad minimum annis p.82
Gutenbergius Argentinæ hanc artem exercuit, priusquam extra Moguntiam alibi nota eſſet, quam ego præcipuam & ſolam fere cauſam extitiſſe mihi perſuadeo, ob quam *Wimphelingius* aliique hunc repertorem typographici artificii crediderint aliisque perſuaſerint. Utpote qui *Gutenbergio* apud illos artem hanc exercente, de *Fauſto* aliisve longo tempore nihil cognoſcere potuerint. Atque ex eodem fonte promanavit, quod tot tamque variæ, ut ſupra relatum eſt, de autore, tempore & loco inventionis apud diverſos hinc inde reperiantur traditiones, unusquisque enim dum alicubi ab aliquo hanc novi generis artem exerceri cognovit, ſtatim illum, eo quod de aliis nec dum conſtaret, primum inventorem ejus credidit, ac præter loci aſſignationem ex tempore ſcientiæ ſuæ, etiam tempus primævæ inventionis determinavit. Illud ſane optarem, ut *Wimphelingius* de *Gutenbergii* ſui actionibus, deque libris ab

illo excuſis aliquanto plenius tractare voluiſſet, quanquam hoc non ipſius negligentiæ, ſed materiæ deficienti adſcribam, eo quod *Gutenbergius* libris à ſe impreſſis nomen ſuum, uti etiam à plerisque aliis illud ſub initium exercitæ Typographiæ omittebatur, non appoſuerit, unde neceſſario ſequi debuit, ut quamvis illi hinc inde extarent, tamen cujus auctoris eſſent, ſciri liquido non potuerit. Igitur primus locus, quem Typographia extra Moguntiam peregrinari auſa, domicilio ſuo dignata eſt, *Argentina* fuit: Secundus fuerit n) *Colonia*, quæ licet à Chronico Vernaculo ejus urbis ante Argentinam ponatur, in illo tamen ejus autorem falli neceſſe eſt, ob iſta, quæ jam diximus.* *Ulricus* autem *Zellius* Hanovienſis is fuit, qui literaria hæc miræ fœcunditatis prœla Agrippinenſibus ante alios omnes, qui illum poſtea ſecuti fuerunt, conſpicienda dedit, cujus rei eadem illa Chronica teſtes ſunt. Tertio loco idem Chronicon ponit o) *Venetias*, ad quam urbem quis-

n) *Coloniæ.* * Conſentit tamen Colonienſi Chronico *Munſterus* ſupra p. 14. qui itidem Coloniam ante Argentinam ponit. Putarem, ita hos cum aliis conciliari poſſe, ut intelligi debeant de aperta & profeſſa poſt publicationem ejus artis ad Argentoratenſes propagatione. *Gutenbergius* enim ſecreto eo novum illud artificium attulit, pariterque remotis illic arbitris longo tempore exercuit. o) *Venetiæ.*

quisnam primus eam detulerit operæ pretium eſt cognoſcere. *Nicolaus* enim *Genſon*, ſive ut *Sabellicus* vocat, *Jenſon* Venetiis quidem, teſte eodem Colonienſi Chronico, typos exercuit, ſed ab aliis jam præventus. Illi fuerunt *Hanſon Humman*, conductus *Hertzog*, & *Octavianus Scotus*, quos *Melchior Adamus* omnium primos iſtam artem illic occepiſſe affirmat, quod etiamnunc libri ab illis impreſſi teſtentur: niſi quis forte malit, hunc *Adami Hanſonem* cum aliorum *Jenſone* ſive *Genſone* eundem credere, qua de re antiquorum formula: *Non liquet*, pronuncio. Huic urbi poſt Moguntiam præ omnibus aliis ars excuſoria & bonæ literæ plurimum debent ob typos elegantiores, quibus hodie fere utimur, illic primitus repertos. Horum ego repertorem prædictum illum *Nic. Jenſonium* hominem Gallum (ita omnes, qui ejus meminerunt, præter *Sabellicum*, qui Teutonicum facit, & *Nadium Pontanum*, qui Daniæ ſuæ illum aſſerit) eſſe crediderim, qui non tantum Venetiis hanc artem exercitavit, ſed etiam *eleganti typorum forma* (verba ſunt *Sabellici*) *multum cæteros antecelluit.* Id elogium is autor huic & *Joanni Colonienſi** communiter p. 8. tri-

* Hos duos Venetorum typorum inventores *Nicolaum Jenſon* & *Joannem de Colonia* præ omnibus aliis ab eleganti typorum forma etiam *Sabellicus* commendat ſupra p. 12. Porro idem hic *Joannes de*

tribuit, quos non alibi, quam Venetiis novellum id & mundius typorum genus reperiſſe inducor exinde credere, quod antiquitus ad differentiam antiquiorum & rudiorum è Germania advectorum, novitii iſti Characteres *Veneti* dicerentur. Ita enim vocari illos lego in operibus *Joannis Antonii Campani* Episcopi Interamnatis ſive Aprutini, an. 1495. Romæ, curante editionem *Michaele Ferno*, ſive, ut aliquibus vocatur, *Ferino*, Mediolanenſi impreſſis, quæ hoc typorum genere prodierunt. In illorum autem fine ita legitur: *Characteribus Venetis impreſſum Romæ per* Eucharium Silber, *alias* Franck, *omnis ipſius* Michaelis Ferni *Mediolanenſis cura, correctione & impenſa, anni Chriſtianæ ſalutis M.CCCC.XCV. prid. Kal. Novembr.* Iſtum *Eucharium* reperio *Julii II.* Papæ typographum fuiſſe, talem enim ſe ſcribit in calce diſputationum *Pauli Corteſii* in libros Sententiarum An. 1504. Romæ excuſarum. Hoc autem mundius & elegantius typorum genus ſatis mature videtur excogitatum eſſe, anno enim 1477 duplex Venetiis editio prodiit *Alvaretti* lecturarum in conſuetudines Feu-

de Colonia an. 1476. *Priſciani* opera Venetiis excudit, hoc ipſo novorum tunc temporis typorum genere. Socium illius impreſſionis habuit *Joannem Manthen* de Gerresbem, quod eſt oppidulum Montenſis Ducatus prope Duſſeldorpium illuſtrium Dominarum Collegio nobile.

Feudorum, quæ utraque iſtis Venetis, ut vocantur, Characteribus excuſa reperitur, licet iſto cognomine in ipſa impreſſione non appellentur: E quibus tamen videor animadvertere recens adhuc eo tempore id inventum fuiſſe, ita in contrarium fere nimia laxitate peccant iſtæ literarum formulæ, dum antiquam illam intricatiorem denſationem effugere laborant. Fateor tamen, repeiſſe me poſtquam hæc ſcripſiſſem, *deciſiones Capellæ* Tholoſanæ Lugduni an. 1503 per *Jacobum Sacon* impreſſas, quæ in fine typis Venetis excuſæ ſcribuntur, cum tamen illi ex antiquis illis & impolitioribus fuerint. Potuerunt autem duplices eſſe Veneti dicti typi, alteri alteris politiores, cum fere nonniſi per gradus in quaque re ad perfectionem perveniri ſoleat. Si tamen hæc mea conciliatio doctis non ſatisfaciat, per me cuique liberum eſt manetque, quid de hac re ſentire velit, aveoque rectius ſentientium opinionem cognoſcere. Sed & in ipſam urbem urbium p) Romam feſtinato paſſu hæc ars noſtra pervenit, quo præter *Ulricum Han* ſive *Gallum*, *Campanip.84* verſibus celebratum, *Conr. Swenheim* & *Arnoldus Pannartz* illam intulerunt, prout ejus rei teſtis eſt *Simon Majolus* in Diebus Canic. qui omnes illos tres hujus artis egregie callentes vocat. Doleo autem, immo indignor fere, neque in

Pii

p) *Roma*.

Pii II. neque in Cardinalis Papienſis commentariis ullam hujus artis ejusque in Italiam ac præcipue Quiritium urbem factæ introductionis memoriam reperiri, cum tamen uterque literarum & ad illas ſpectantium rerum amantiſſimus fuerit, & cum ſui temporis, in quæ initia calcographiæ incidunt, res geſtas poſteris enarrarent, occaſionem honorificæ memorationis ſat commodam & luculentam habuerint. Maxime tamen illa ad Papienſem pertinent, nam forte *Pius.* jam obierat, vel ſaltem ſcribendi finem fecerat, (incidit mors ejus in annum 1464) priusquam Romæ hoc artificium vulgaretur. Fuit in eadem Romuli urbe circa an. 1480. *Joannes. Phil. de Lignamine* eques Siculus Typographus, cujus meminit *Simlerus* in Bibliotheca. q) Neapolim typorum artificium primus detulit *Sixtus Ruſinger.* Argentinas An. 1471. tanta illic à Ferdinando rege & nobilitate exceptus gratulatione, ut non tantum utrisque acceptiſſimus fuerit, ſed etiam ab ipſo rege ampliſſimæ dignitates atque adeo epiſcopatus ei ſæpius oblati fuerint, niſi omnibus illis patriæ amorem prætuliſſet. Hic adhuc *Wimphelingii* ævo ſupererat, dignitate Sacerdos, ætate grandævus. Ante omnes tamen reliquas Italicas urbes r) *Taurinum* Pedemontii, ut hodie vocamus, Metropolis & Regia, Studio Academico

q) *Neapolis.* r) *Taurinum.*

co inclytum Typographicam officinam exercuit, ut ſcribit in Atlante ſuo *Jodocus Hondius*. Id ſi verum eſt, Galliæ potius quam Germaniæ Italiam debere primitivam typorum propaginem vix ambigere poterimus. De cæteris Italiæ urbibus nec dum quid reperi, niſi quod an. 1485. s) *Florentiæ* excudit *Leonis Baptiſtæ Alberti* opus Architectonicum decem libris abſolutum *Nic. Laurent. Alamannus.* Illud autem conſideratione non indignum eſt, incidiſſe hujus artis primordia in illud ipſum tempus, quo *Nicolaus* 5. Pontifex & *Alphonſus* rex Neapolis &c. rerum potiebantur, ambo Muſarum & literatorum hominum doctiſſimi & liberaliſſimi patroni ac Muſagetæ, quorum tamen neutri eousque ſupervivere datum fuit, ut aliquod ejus artis experimentum conſpiceret, atque adeo errat *Thomas Garzonius*, cum *Nicolaum* inter præcipuos typographorum Mæcenates recenſet. t) In Galliam impreſſoria ars à ſæpe memorato *Nicolao Genſon*, ut dixi, felici propagine primitus transplantata fuit, teſtantibus id *Angelo Roccha*, Sacriſta Papali, & *Melchiore Adamo.* u) De Belgicæ prototypographo necdum quid mihi conſtat, certus tamen ſum, quicunque illi ſunt, qui Gandavi, Brugis, Antwerpiæ reliquisque celebrioribus illius tractus urbibus (Lovanienſem mox referam) hac arte pri- mi-

s) *Florentia.* t) *Gallia.* u) *Belgium.*

mitus inclaruerunt, eos ex Harlemo non prodiiſſe, ſed Moguntia, Pariſiis, aut Colonia illuc miſſos eſſe. Per Germaniam autem ſtatim ab initio ars hæc mire propagata paſſim fuit. x) Nam *Johannes Mentel* poſt *Gutenbergium*, celebrem Argentinæ officinam habuit, remque familiarem brevi multum auxit, uti teſtantur *Wimphelingius, Thevetus, Melch. Adamus* & *Spondanus*. Huic *Adolph. Ruſchius*, ſive ut in poematis *Rodolphi Langii* vocatur, *Riſchius* in ead. civitate Argentin. ſucceſſit, qui inter cætera, quæ ex ejus officina prodierunt, Biblia cum gloſſa ordinaria triplici charactere, quod elegantiæ ſpecimen iſto tempore adhuc novum & memorabile quid videbatur, in publicum dedit. Extat enim inter poëmata memorati *Langii* noſtri an. 1486. Monaſterii in Weſtphalia impreſſa carmen Alcaicum, quo *Adolpho* iſti de ejusmodi publicatione gratulatur. Poſt hunc *Wimphelingius Martinum Flaccum* & *Matthi. Schurerium* affines recenſet, qui & ipſi Argentinam artis ſuæ palæſtram nacti ſunt, fuitque poſterior hic Jurium Doctor, & ab emendatis editionibus magnopere commendabatur. Extat ad illum *Eraſmi* Epiſtola, quæ libri ultimi poſtrema eſt, duplici laude hominem ornans, quod & *pro non vulgari eruditione ſua ea ad imprimendum deligat, quæ ad veram eruditionem* con-

x) *Typographi aliquot Argentinenſes.*

contulerint, & quod ingenue quidam erga bonas literas affectus, eruditorum potius ſtudiis, quam ſuis ſententiis conſulere gaudeat, unum hoc agens, ut libros quam optimos, quam emendatiſſime excuſos in lucem emittat. Fuit denique *Wimphelingii* Synchronus *Joannes Prus*, quem ait infinita volumina legenda dediſſe. Is inter reliqua An. 1488. Faſciculum temporum *Werneri Rolevinckii* excudit. Fuit deinde *Tho. Wolfius Wimphelingio*, *Pantaleoni*, & *Theveto*, ut vidimus, memoratus, cujus filio Homonymo JCto & Præpoſito Argentinenſi ad S. Thomam, idem *Wimphelingius* Germaniam ſuam dedicavit, extatque ad eundem *Joannis Franc. Pici*, cui familiaris fuit, epiſtola. Vere igitur dici poteſt, artem hanc ad Rhenum ortam, ad eundem fluvium inſigniter deinceps usque in præſens floruiſſe. Nam & in vicina Argentinæ y) Baſilea, quæ anno 1490 *Nicolaum Kesler* typographum habuit,* *Joannes Amerbachius*, qui *S. Auguſtini* opera primus excudit, & poſt eum *Jo. Frobenius* ſucceſſor ejus celebres officinas inſtituerunt, quorum poſterior Patrum Eccleſiæ Voluminibus imprimendis magnum ſibi toto orbe nomen fecit, cum *Eraſmi* etiam contubernio & ſcriptis æternitati ſe conſecravit. *Frobenius* is *Hieron-*

y) Baſilea. * In eadem Baſilea impreſſum habemus *Petri Comeſtoris* hiſtoriam Scholaſticam non adjecto typographi nomine an. 1486.

num filium, ut fortunarum, ita & artis hæredem reliquit, cui itidem pari celebritate duo filii *Ambroſius* & *Aurelius* ſucceſſerunt, omnes multis præclaris operibus & auctoribus emiſſis percelebres. Nec minori dignatione *Nicolaus* Epiſcopius Sebuſianus prædicti *Frobenii* Hamelburgenſis gener, *Albanus* &
p.86 *Henricus Petri*, *Petr. Perna*, *Hervagius*, *Antonius Winter*, *Jo. Oporinus* aliique typographicum forum ibidem calefecerunt, quorum omnium tot extant typis deſcripta opera, ut vel ſola illorum enumeratio in librum juſtæ magnitudinis excreſcere poſſit. Supereſt etiamnunc Theologica Summa *S. Antonini* Florentiæ Archiepiſcopi, quam Baſileæ tres *Joannes Amorbachius*, *Petrus* & *Frobenius* excuderunt an. 1502, ex quo antiquitatem ſocietatum typographicarum cognoſcere licet, quanquam hac ipſa longe antiquior fuerit illa in ſuperioribus relata inter *Fauſtum* & *Guttenbergium*. Supra Baſileam z) *Tigurum* eſt ad Limagum fluvium, primaria in Helvetiis urbs, quam *Froſchoverus* hac arte, uti & ſe ipſum ſimul, inclareſcere fecit, *Conr. Geſnero* viro undecunque doctiſſimo aliisque uberem prelis materiam veteris pariter ac novæ monetæ, licet non uniusmodi omnem probitatis ſubminiſtrantibus. In vicino etiam Moguntiæ a) *Francofurto* occaſione celeberrimarum toto

orbe

z) *Tigurum*. a) *Francofurtum*.

orbe nundinarum Typographia non tantum mature exerceri cœpit, ſed etiam usque adeo is locus librariæ rei mercatu inclaruit, ut nullibi ſimile quid vel hoc noſtro ævo, vel in omni antiquitate reperiatur. Quicquid enim ubique fere terrarum excuditur, præcipue autem in Gallia, Italia, Germania, Belgio, undique huc convehitur, perque omnem Europam, immo ipſas etiam Indias rurſus divenditur. Memini equidem narrare mihi *Clementem Sleichium* Typographum Francofurtenſem unis ſuo tempore nundinis aliquem Soc. Jeſu Sacerdotem pro aliquot Imperialium millibus in Indiam avehendos Francofurti coemiſſe libros. Videri igitur poſſit hæc res omnem fere miraculorum ſuperare fidem, in media Germania, quæ olim, florentibus quam maxime in Italia & Græcia diſciplinis & eruditione, non niſi fœdiſſima barbaries fuit, (de literis pro materia ſubjecta loquor: abſit enim, ut mores majorum noſtrorum etiam hoſtibus laudatos & admiratos hujus nominis damnem) à multo jam tempore bonas literas & diſciplinas earum demum officinas immigraſſe, ut in ipſarum Muſarum ſedem & domicilium commutata videri poſſit, quæque olim per militum ſuorum in omnes fere Imperii Romani provincias effuſa agmina id unum bellica immanitate egerit, ut omnes ubique librorum thecas & armaria everteret, ac ſi po-

fuiſſet, nullum alicubi eruditionis veſtigium ſupereſſe paſſura fuerit; nunc mutatis in contrarium ſtudiis omni ſedulitate & quotidianis laboribus, non librorum tantum ſcriptione, de qua alibi dicendi locus, ſed ipſa etiam ſcriptorum excuſſione, eo contendat, ut orbem univerſum librorum copioſiſſima multitudine tantum non obruat. Huc enim undique concurritur, hinc quod quiſque in hoc mercis genere deſiderat, petitur, nec ha-
p. 87 bet reliquus orbis, quod huic univerſali literariæ reipubl. panegyri comparari poſſit. Nimirum totius Europæ, unde adeundi & convehendi commoditas comprehenditur, umbilicus ac centrum *Francofurti* conſtitutum videtur, ita ut à Gadibus & à Tanai æquo fere ſpatio abſit, ac Aebudes Inſulæ & extrema Sicilia ac Melita pari fere temporis intervallo hinc adiri poſſint. Quis primus hic typographiæ lares fixerit, adhuc quæro, à multis tamen retro annis illa egregie hic floruit, ac multitudine prælorum nulli urbium cedere putatur, adeo quidem, ut illa non videantur omnia unius urbis anguſtia capi potuiſſe, ſed vicina etiam in circuitu loca Offenbachium, Urſellos, Licham, Hanoviam &c. pridem occupare cœperint. Notæ orbi ſunt *Feirabendii*, *Kopffii*, *Palthenii*, *Emmelii*, *Schonwetteri*, *Baſſai*, *Roſæ*, *Fiſcheri*, noti & alii aliorumque officinæ, præ quibus omnibus tamen Wecheliana longe celeberrima eſt, quæ ab

An-

Andrea Wechelo Chriſtiani Typographi Pariſienſis filio, bellorum civilium procellis in Germaniam, unde patri origo fuerat, ejecto, nomen habens generorum ejus *Joannis Aubrii* & *Claudii Marnii*, fideli & ſolerti opera & adjutorio in tantum voluminum multitudine & præſtantia caput extulit, ut de illa, quoad ſolos hiſtoricos, cum tamen in Juris-prudentia, Medicina, Philologia, vix minora præſtiterit, ſcribere non dubitaverit *Andr. Schottus*, Soc. Jeſu Presbyter, nominatiſſimus polyhiſtor & Theologus doctrina & integritate ſummus, in præf. Tomi tertii rerum Hiſpanicarum, *Wechelianos ſuo ſeculo ſic typis ſuis hiſtoriarum ſeriem adornaſſe, pecuniaque locupletaſſe, ut dicere poſſit, regiam poſſe Bibliothecam ſummi etiam pretii ab unis illis commode inſtrui.* Hanc officinam ſuperioribus annis nutantem multo tempore, quantum per bella licuit, ſedulo fulſit & ſuſtinuit modo memoratus *Sleichius Aubrii* gener, anno præterito morte ſublatus, qui Prædeceſſorum induſtriam non infelici æmulatione exprimens & æquans plurimis præclaris voluminibus, quæ publico dedit, rem literariam ditavit. Pergo ad reliquas Germaniæ urbes, è quibus b) *Norinberga* celebre & felix omnium, quotquot unquam humano ingenio efficta ſunt, artium domicilium, ſub initium ſtatim na-

b) *Noriberga*.

ſcentis Typographiæ hac etiam nova laude eminere ſtuduit. Inter reliquos enim, qui inibi id artificii exercuerunt, *Anton. Koburger* facile primas tenuit, qui ævo ſuo non illius modo urbis, ſed totius Germaniæ Typographorum & Bibliopolarum, quantum reperio, præcipuus fuit, quod plurima & inſignia ab ipſo impreſſa & diſtracta volumina abunde teſtantur, cujus generis ſunt Latina Biblia, magnum Chronicon *Hartmanni Schedelii*, Summa Hiſtorialis *S. Antonini* tomis tribus, Specula omnia *Vincentii Belovacenſis* ingentibus Voluminibus excuſa, aliaque fere innumera. Pleraque tamen, quæ mihi videre contigit,
p. 88 *Antonius* hic antiquo illo rudiori typo excudit, nonniſi ſero admodum admiſſis politioribus illis, quos à loco inventionis Venetos illos olim dictos eſſe characteres, ſupra memini. Huic *Jodocus Badius* inſcripſit *Politiani* aliasque illuſtrium virorum Epiſtolas, editas an. 1499, qui illum vocat civem virumque integerrimum, omniumque literariam rem exercentium laudatiſſimum. Sed & c) *Lubeca*, in ipſo Germanici Imperii boreali margine, ejusdem *Koburgeri* contemporaneus, typorum officinam aperuit *Stephanus Arnoldi*, qui Anno 1484 ibidem excudit Biblia Germanica in Saxonicam dialectum verſa, quæ eadem idiomatis noſtri vernaculi Biblia Halberſtadii etiam

c) *Lubeca.*

etiam prodierunt an. 1522. ex eadem quidem verſione, ſed multis locorum millibus varie interpolata,* ex quo (liceat id obiter mihi indicare) cognoſcere poterit Lector pius & curioſus, multum illos falli, quibus perſuaſum eſt, *Lutherum* fuiſſe primum, qui Sacram Scripturam Germanice loqui docuerit: nam ipſomet *Bucholcero* teſte in Indice Chronologico, Novum Teſtamentum (ab illo enim initium ſuarum translationum fecit) à *Luthero* verſum an. 1522 excuſum fuit, integra vero Germanica Biblia ejus anno demum 1534 prodierunt, quod docere ſcribit is, quem dixi, Autor privilegium vetus, ab Electore Saxoniæ Bibliopolis conceſſum, quod fuerit datum Torgæ 6. Auguſti eod. anno. Auctor etiam eſt *Martinus Zeilerus* in Itinerario ſuo Germaniæ, in Bibliotheca Auguſtana extare Biblia Germanica manuſcripta, quæ ad ann. Chr. 1449, vel circiter traducta fuerint. In hac ipſa autem d) Vindelicorum Auguſta *Joannes Bemler* primus videtur librorum

* Biblia Germanica dudum ante Lutherum (ita è charactere & verſione, quæ modice à Lubecenſibus & Halberſtadenſibus Bibliis differt, licet annus impreſſionis abſit, comprehenditur) Coloniæ etiam Agrippinæ impreſſa superſunt. Locus quidem adſcriptus non eſt, ſed tam è magorum adoratione donifera, quam in fronte præfert, tum magis etiam ex urbis illius inſignibus liquet. Habet hæc editio textui gloſſulas intermixtas, quæ ab illo nulla typorum diverſitate, ſed ſola Stellularum ſive Aſteriſcorum prænotatione diſtinguuntur. d) *Auguſta.*

Impreſſor fuiſſe, qui ibi an. 1466 excudit Latina Biblia, uti *Mart. Cruſius* & *Melch. Adamus* teſtantur.* Iidem Auctores ſunt, e) *Eslinga* Typographum fuiſſe anno 1475. *Conradum Finer*; f) *Ulma* vero circa eadem tempora *Joannem Zainer* & *Conr. Denckmuth*: an tamen hi aliquid memorabile in hac re impreſſoria præſtiterint, & quid nam id fuerit, ab illis non additur. Ibidem (*Ulmam* intelligo) an. 1482. *Leonardus Holl* excudit Ptolomæi Geographiam verſionis Latinæ, una cum Tabulis illuminatis, ſed, uti erant ea tempora, rudioris Minervæ, curante editionem illam *Conrado Donis* (ita enim *Trithemius*, *Pantaleon* & *Simlerus* cognominant, ſed erronee, ut videtur, ex hac ipſa Ptolomaica editione comprehendi) Monacho Germano Benedictinæ familiæ. Opus illud inſcriptum fuit *Sixto* IV. Pontifici Max. g) *Spira* an. 1480 excudit *Petri Aquilani* Minoritæ, quem *Scotellum* vocant, quæſtiones in 4. libros Sententiarum *Petrus Drach.* h) *Monaſterii* etiam in Weſtphalia** mature ſatis excu-

* ERHARDUS RODOLFF de Auguſta an. 1481 excudit Faſciculum temporum, typis quidem antiquis, ſed paulo nitidioribus. Additur in fine ARTE MIRA impreſſum eſſe. e) *Eslinga.* f) *Ulma.* g) *Spira.* h) *Monaſterium Weſtphaliæ.*

** Eandem Weſtphaliæ Metropolin noſtro tempore egregie illuſtrare cœperat MICH. DALIUS Antwerpienſis, editis brevi tempore præclaris aliquot ad pietatem præcipue fideique ſinceritatem ſpectantibus operibus, qui in viridi ævo præmature abreptus privigno ſuo BERNARDO RAESFELDIO ſtam-

cuſoriæ officinæ exerceri cœperunt, uti etiam i) *Daventriæ* ad Iſalam, cui rei celebres Scholæ, quæ eo tempore utrobique floruerunt, cauſam procul dubio præſtiterunt. Habuit autem *Daventria Richardum Pafradium*, qui an. 1481 ibi impreſſit libros Exemplorum, & circa annum ſecularem opuſcula omnia *Alexandri Hegii* ibidem cuſa ſunt. Monaſterii *Joannes Limburgus* an. 1486. impreſſit *Rudolphi Langii* nobilis Weſtphali & Monaſterienſis Canonici, primi inter Germanos poſt expulſam barbariem Poëtæ, Carmina; iſto enim elegio à *Chytræo* aliiſque inſignitur. k) *Lovanii*, ut *Swertius* in Athenis Belgicis ſuis teſtatur, primus Typographus fuit *Theodoricus Martinus Aloſtanus*, vir doctus & ſcriptis eruditis literariæ famæ ſuo tempore candidatus, *Eraſmi* amicus, qui etiam an. 1533 mortuo Carmen Sepulchrale fecit. Hunc tamen, priusquam Lovanium concederet, Aloſti in patria hoc artificium feciſſe reperio, ubi an. 1490 excudit Summam Angelicam ab Auctore *Angelo de Clavaſio* ita dictam. In eadem Lovanienſi urbe brevi poſt, præter *Rutgerum Roſcium*, de quo ſtatim, *Servatius Saſſenus* arte ſua & Doctorum familiaritate viguit. In Hiſpaniam, Angliam, Poloniam, reliquasque regiones, quinam primi typos illorumque

 uſum,

..lampadem porrexit. Obiit autem maligna febri ſtatim poſt reditum è Francofurtenſibus vernalibus nundinis an. 1628. i) *Daventria.* k) *Lovanium.*

uſum, & hæc muſtea literarum torcularis detulerint, necdum apud quenquam reperi. Illud autem certum eſt, nec hodie illarum regionum prela cum Italicis, Gallicis & Germanicis conferri poſſe. Hæ enim tres Provinciæ uti ab initio artem hanc partim repererunt, partim inſigniter excoluerunt, ita etiam nunc principatum ejus tenent, ut quicquid fere ubique reperiatur, inſigniorum operum & auctorum, typis publicatorum, ex illis maximam partem eo invectum fuerit. Memorabilis nihilominus eſt Bibliorum l) Complutenſium editio, in Hiſpania ſub Leonis X. Pontificatu perfecta ab *Arn. Guil. Brocario*, ejus loci Typographo, de quo apud *Alvarum Gomeſium* inſignis locus exſtat lib. 2. de vita *Franc. Ximenii*, Cardinalis Toletani, (illius enim juſſu, auſpiciis, impenſa egregium illud opus adornabatur) quem in calce Opellæ hujus inter cætera additamenta præbiturus ſum. Inter Gallica autem paſſim fere per omne regnum inſtituta Typographeia, Lutetiana & Lugdunenſia ſemper excelluerunt, quibus ex urbibus infinita probatiſſimorum Codicum multitudo prodiit, quamvis *Burdegala*, *Rothomagus*, *Tholoſa*, *Avenio* & urbes aliæ etiam hac in parte laudem ſuam habeant. m) *Pariſiis* autem *Joannem Parvum* & *Jodoc. Badium Aſcenſium* primos fere reperio,

l) *Complutum.* m) *Pariſii.*

perio, qui ad aliquod in hac arte nomen pervenerint, licet antiquitate illos præcurrerit *Georg. Mittelhus*, homo, ut cognomen indicat, Germanus, qui an. 1484 tractatum de Corpore Chriſti illic publicavit. Nec puto *Genſonium*, de quo ſupra, cum typos in Galliam primus deferret, alibi, quam in hac regni Metropoli ſedem elegiſſe. p. 90 Fuit ibidem *Henr.* etiam *Stephanus* Senior *Roberti* parens, cujus infra obiter memoratio fiet. Is autem an. 1509 excudit Quintuplex Pſalterium Latinum *Jacobi Fabri Stapulenſis.* n) *Lugdunum* præter plurimos alios *Franc. Fradinus* & *Hugo à Porta* excuſione innumerorum & ingentium in utriusque Juris arte Voluminum illuſtrarunt, nec minoris famæ ſunt omnis generis librorum impreſſione *Gryphius*,* *Turneſius*, *Cardon* aliique, quos vel hujus urbis, vel aliarum omnes referre velle longum & infinitum fere ſit, ac propterea ad reliqua transgredior.

CAPUT XIII.

De primis libris impreſſis.

Breviter jam de præcipuis Typographis, maximeque illis, qui eruditionis præſidium ad tam gravem, laborioſam, honoratam & neceſ-

n) *Lugdunum.* * *Gryphius* hic è celeberrimis Typographorum Germanus patria fuit, *Joannes Mich. Brutus* in præf. Epiſtolarum *Longolii* vocat *eruditum juvenem & ingenio perelegantem.*

ceſſariam artem præ pleriſque aliis attuliſſe celebrantur, quædam ſubnectam: ubi tamen prius præmiſero, quænam fuerint primordialia hujus artificii rudimenta, primi nimirum libri, qui impreſſi fuiſſe traduntur. Nam non minus in his, quam pleriſque aliis impreſſoriam concernentibus artem, auctores variant, uti in ſuperioribus hinc inde per occaſionem jam prælibavi. Batavi præterquam quod Harlemi libellum, cui *Salutis Speculum* inſcriptio fuerit, omnium primo excuſum venditant, Moguntiæ etiam furtivis ſuis ex Hollandia, ut perſuaſum habent, ſurreptis typis, initio tradunt impreſſum eſſe *Alexandri* Doctrinale & Tractatus Dialecticos *Petri Hiſpani*. Verum hæc erronea opinio in ſuperioribus exploſa & rejecta eſt. *Mariangelus Accurſius Donati* Grammaticam & Confeſſionalia primogenituræ honore donat, quem *Colonienſis Chronici auctor* Bibliorum Sacrorum Codici impartit, cujus opinionem reliquis facile prætulerim, præſertim quod *Mariangelum* arbitror loqui de Hollandicis Rudimentis, quæ in conſortium hujus Inventionis admittere non dignor. *Ramus* quidem, eumque ſecutus *Zwingerus* in Theatro vitæ humanæ, Officia *Ciceronis* ante omnes alios libros primordialiter impreſſos fuiſſe opinantur, verum ipſe annus (nam ad 1466 referunt) ſatis ſuperque illos refellit. *Raphael* autem *Volaterranus*, qui S. *Auguſtini* libros

de

de Civitate Dei & *Lactantium* primitus typis deſcriptos prodit, inter præcedentium diſſenſiones partem non facit, loquitur enim de excuſoria primæva *Romæ* facta, quamvis *Spondanus* in Chronographia perperam eum intellexerit de primis in Europa libris excuſis. Si in hac autorum diverſimoda narratione & contradicentia electionem inſtituere integrum eſt, Chronici Colonienſis narrata reliquis facile prætulerim, tum quod illud de Moguntinis prelis loquatur, quæ primos orbi libros exhibuiſſe & ſufficienter probatum confido, & evidentia facti ipſa ac rerum teſtimoniis ſatis evictum noſcitur, tum quod admodum veriſimile ſit, tam ſalutaris artis primordia, boni ominis cauſa, à ſacris potiſſimum auſpicata fuiſſe. 4.91

CAP. XIV.

Typographorum aliquot doctrina excellentium Nomenclatura.

Inter Typographos rarioris eruditionis laude præſtantes, ætate primas fere aufert o) *Aldus Manutius* Romanus, qui Venetiis ante annum 1500 celeberrimam inſtituit officinam, è qua plurimi egregii Auctores prodierunt, iſque primus, ni fallor eſt, qui Græcos libros excudit. Nam qui ante illum ejus generis typis uſi ſunt, qui rari admodum fue-

o) *Aldus Manutius*,

fuerunt, fere ad explendas lacunas, ſicubi in Latinis Codicibus una atque altera Græci ſermonis vocula intercurreret, eos adhibebant: Antiquiſſimi enim Typographi vacua illic ſpatia relinquere ſolebant, ob Græcorum characterum defectum. Teſtatur autem in Epiſtola quadam *Eraſmus*, ante ann. 1520. vix quicquam, niſi profani generis, ex Aldina Officina typis Græcanicis exiiſſe. Hunc eundem puto primum eſſe, qui typos Hebraicos in hac arte adhibuerit, certe uſus illis fuit, ut ipſemet *Aldus* teſtatur in Epiſtola ad *Conr. Cellam* & *Vinc. Langium*, quæ extat inter Epiſtolas Philolog. *Goldaſti*. Obiit *Aldus* hic an. 1516. ut *Jacobus Tirinus* in Indice Autorum teſtatur. De hoc *Aldo* ita ſcribit in Vatic. Biblioth. *Angelus Roccha* p. 412. *Quos inter* Aldus Pius Manutius *Senior* &c. (vid. ſupra pag. 301.) Idem pag. 402. Aldus *enim Senior publicæ conſuluit utilitati, dum impreſſoriam artem miro exercuit ſtudio, ut Latinam linguam & Græcam, quas optime callebat, in priſtinum ſplendorem typis perpulchris reſtitueret. Nam ea tempeſtate Græca & Latina lingua maximam patiebatur jactu-*

p. 92 *ram.* Ita ille. Memorabile eſt, quod ibidem addit, *Aldum* hunc à familia Pia, cui Carporum principatus quondam ſubjectus fuit, in nomen ſuum adoptatum fuiſſe. *Aldo* jungi meretur *Paulus* filius, eruditione, plurimis teſtata publicis ingenii monumentis, patre etiam ſuperior, qui Venetiis pri-

mum,

mum, poſtmodum Romæ vixit, artem ſuam jucundiſſima Muſarum alternatione ornavit & excoluit. Videri de hoc poteſt in ſequentibus, ubi de Vaticana Typographia. Illic ſimul *Aldus* junior memorabitur, *Paulo* progenitus. Rara enim & memoranda *Manutiorum* felicitas eſt, quod ut olim tres continua ſerie Roma vidit è Curionum familia Oratores, ita ſimili ratione hæc gens totidem produxerit non typographos ſolum excellentes, ſed etiam viros doctiſſimos & eloquentes ad unum omnes. Poſt *Aldum* maxime celebris fuit p) *Robertus Stephanus*,* Pariſienſis Typographus, eruditione *Aldo* vel par vel ſuperior, nec enim tantum omnis generis egregios Codices elegantiſſime excudit, verum etiam ipſemet multa haud indocte conſcripſit, quæ inter facile excellit Linguæ Latinæ Theſaurus duobus prægrandibus Tomis, an. 1545 Pariſiis emiſſus. Gratius hujus viri nomen eſſet, niſi impoſtura in *Franc. Vatablum* commiſſa, ob quam ſolum vertere, ultionem præ-

p) *Rob. Stephanus.* * Supereſt in laudem *Roberti Stephani* conſcriptum à nobili Poëta Gallo *Joanne Aurato* Jambicum carmen apud *Goldaſtum* in Epiſtolis Philologicis, hoc principio:

Inter nos hac ætate bellè qui typis
Cudunt minutulis libros,
Primas, Roberte Stephane, tu parteis tenes,
Reclamitante nemine. Epiſt. 57.

præveniens, coactus fuit, exiſtimationem ſuam læſiſſet. Hujus autem in præſtita Theſauri à ſe collecti publicatione opera æmulatione laudabili incitatus filius ejus & in arte ſucceſſor q) *Henr. Stephanus*, præter alia multa & diverſa, grandia poſtmodum tria de lingua Græcanica ejusd. tituli Volumina, infinito labore congeſta, & magno doctorum plauſu excepta in lucem dedit, niſi quod miniſtri ſeu adjuvæ ſui *Scapulæ* fraude & deceptione minus ex illa editione ſua lucri quam gloriæ collegit, adeoque ſumtibus immenſis ob tardiorem exemplarium diſtractionem non ſatis celeriter receptis fortunarum jacturam aliquam fecit. Scripſit & præterea varia ac multa, ex quibus de ingenio & doctrina hominis judicium fieri poteſt, potiſſimum tamen circa Græcos auctores occupatus fuit, nec temere habuit aliquem ex coætaneis ſibi in illius linguæ exacta cognitione præferendum: certe ſuo ſe calculo omnibus antepoſuit, è qua re, & quod ingenio eſſet paulo rixoſiori, multæ ipſi cum diverſis & moleſtæ progenitæ fuere controverſiæ, interque cæteros cum *Joanne Leunclavio* noſtro, ævi ſui & patriæ noſtræ Weſtphalicæ inſigni ornamento, Græcis verſionibus, præcipue *Xenophontis* & *Dionis*, Turcicæque hiſtoriæ editione omnibus noto ſemperque victuro, de

q) *Henr. Stephanus.*

de Xenophontica rei equeſtris verſione contentionem habuit publicis ſcriptis teſtatam. Vixit varia fortuna prædictus *Stephanus*, quam partim tempori, partim moribus acceptam tulit, cumque *Pariſiis* & *Geneva* aliquamdiu Larem tenuiſſet, tandem per Germaniam, p.93 diu vagatus eſt, donec *Lugdunum* reverſus, cum Patriæ oblivīſci neſciret, fatis ibidem concederet an. 1598. Homo hic Germanicæ nationi parum æquus fuit, cujus hypocauſticas verſiones & neſcio quæ alia mordacibus dicteriis inceſſere volupe habuit. Fuit eodem tempore r) *Hieron. Commelinus* Santandræanus, itidem Gallus, eruditiſſimus Typographus, ut veriſſime vocatur à *Bucholtzero*, è cujus officina tot egregii exiere auctores, ut nemo fere ſit, cui hac in parte cedere debeat. Maxime autem *S. Athanaſii* & *Joannis Chryſoſtomi* Operibus edendis, tum pleriſque etiam aliis veteribus è Græcia auctoribus à ſe primum evulgatis inclaruit, obiit anno proximo ante *Stephanum* Heidelbergæ, quo ad ultimum ſe contulerat. Antiquiores prædictis fuere s) *Jodoc. Badius Aſcenſius* Belga, de quo jam dixi, *Rutgerus Reſcius* & *Joannes Operinus*, quorum primus non tantum recens natam typographiam multum auxit, (ita de illo teſtatur *Miræus* in elogiis Belgicis) ſed etiam plurima ipſemet ſcripſit, ac tantæ eruditionis fuit, ut *Eraſmus* in

Aaa Ci-

r) *Hieron. Commelinus*. s) *Jodocus Badius*.

Ciceroniano ipſi *Budæo*, quoad Tullianæ dictionis elegantiam, prætulerit, nec tamen ſine fremitu Gallorum, ut ex *Germani Brixii* expoſtulatoria ad *Eraſmum* Epiſtola conſtat. *Reſcius* autem è Dryopoli ſive Maſeicâ Leodienſis agri ad Moſam oppido ortus, primus fuit in trilingui Gymnaſio, Lovanii à Buslidio *Eraſmi* hortatu inſtituto, Græcæ linguæ Profeſſor, ac poſtmodum celebre illic typographeum aperuit, eodemque fato t) *Jo. Oporinus* cum aliquamdiu Baſileæ linguam ſanctam publice docuiſſet calcographico inſtituto ibidem nomen dedit, de quo *Boiſſardus* in Iconibus, *Pantaleon* & *Melch. Adamus* videri poſſunt. u) De *Jo. Amerbachio* è Franconico Fuldenſis ditionis oppido Hamelburgo oriundo, Baſileenſi ſuo tempore, id eſt, ſub ipſa initia impreſſoriæ inclareſcentis, typographo celebratiſſimo, ſcribit in procem. lib. I. de verb. mirific. *Jo. Reuchlinus, fuiſſe illum ingenio præſtantem, & miro characterum artificio nobilem, variiſque diſciplinis excultum, ac in hominum clariſſimorum literaria republ. clariſſimum.* Habuit & *Lugdunum* Franciſco rege x) *Stephanum Doletum*, qui cum Tomis Commentariorum Linguæ Latinæ aliisque ſcriptis jam inclaruiſſet, interque cætera Ciceronianum Eraſmi alio dialogo refutaſſet, quo judicio & felicitate non eſt hujus loci expendere, tandem vitæ ſuæ reliquum ex-

t) *Jo. Oporinus.* u) *Jo. Amerbachius.* x) *Steph. Doletus.*

excudendis potius quam componendis libris, *Geſnero* teſte, Lugduni impendere maluit. Apud Colonienſes patrum avorumque memoria y) *Godfridi Hittorpii & Gerwini Calenii* Lippienſis doctiſſimorum ex ordine Senatorio virorum (prior etiam conſulatu aliquot annis functus eſt) celebre in re typographica nomen fuit, quorum ille, inter infinita alia, de Eccleſiaſticis Officiis variorum ex ſacra antiquitate autorum tractatus excuſos dedit; alter inter cætera celeberrimum *Surii* de vitis Sanctorum opus ſeptem Tomis evulgavit. Utrumque ætate præverterat z) *Petr. Quentelius*, cujus olim circa an. 1530. officinam *Dionyſii Richelii* Carthuſiani immenſa tot voluminum ſcaturigo & mira varietas egregie nobilitavit; quorum ſubinde per partes editio poſtmodum ab ejusdem officinæ hæredibus & ſucceſſoribus repetita eſt. Majorum celebre nomen & officinæ laudem poſteri, velut *Gervinus Calenius*, *Arn. Quentelius*, *Joan. Krepſius* præclare hucusque conſervarunt. Mitto *Eucharium Cervicornum* aliosque, nec enim univerſalem Nomenclaturam peragere inſtitutum habeo. Sed & Pariſiis Græcis præcipue Auctoribus in lucem proferendis magna vixere exiſtimatione a) *Morellii*, illius linguæ peritiſſimi, quorum princeps, ni fallor, fuit *Guiliel.* p. 94

y) *Godfr. Hittorpius*, *Gerw. Calenius.* z) *Petr. Quentel.* a) *Morellii Pariſienſes.*

lielmus, prope Caletum in Neuſtria natus, qui poſt *Hadriani Turnebi* doctiſſimi viri in profeſſorum ordinem cooptati abdicationem Regiæ Græcorum Voluminum Bibliothecæ curam Pariſiis ſuſcepit, ut *Thuanus* ſcribit lib. Hiſt. 35. *Antwerpiam* autem b) *Christoph. Plantinus* Turonenſis præ reliquis hoc artificio mire illuſtravit, qui uti forte prædictorum aliquibus de eruditionis palma concedit, ita celebritate nemini inferior eſt, ac primus extitit, qui Architypographi (in calce Regiorum Bibliorum Prototypographum ſe ſcribit) titulo inſignitus fuit, quo honore à Philippo II. Hiſpan. rege donatus eſt, cujus etiam auſpiciis nitidiſſimis typis ſuis excudit immortale illud opus regiorum Bibliorum, *Aria Montano*, doctiſſimo Theologo & linguarum plurimarum cognitione nemini ſui temporis ſecundo, legatione regia editionem curante, cujus impreſſionis hiſtoriam in calce hujus opellæ, inter alia parerga, exhibeo. *Plantini* gener fuit c) *Franc. Raphelengius* Flander, qui Græcæ Hebraieæque linguarum exactam Lutetiæ ſcientiam, *Joanne Mercero* inſtituente, conſecutus, cum Cantabrigiæ in Anglia Græcas literas profeſſus fuiſſet, ad *Plantinum* in Belgicam delatus correcturæ, quam vocant, provinciam apud eum ſubiit, cui etiam diligentia ſua & morum ingenuitate ita ſe probavit,

b) *Christo. Plantinus.* c) *Franc. Raphelengius.*

vit, ut natu maximæ filiarum nuptias mereretur: cumque ingentes apud ſocerum labores in adjuvanda Bibliorum, quæ dixi, impreſſione ſuſtinuiſſet, Lugdunum Batavorum tandem ſeceſſit, Hebraicamque ibi linguam publice docuit. Linguarum Orientalium vel ipſo *Scaligero* teſte valde peritus fuit, ac Arabicæ etiam linguæ ibidem profeſſionem ſuſcepit, de qua Lexicon ejus poſthumum, ab ipſo, dum viveret, ſumma cura confectum, ibidem prodiit. Hæc de hoc homine *Thuanus* fere refert lib. 119. poteſtque de eodem videri *Meurſius* in Athenis Batavicis, uti etiam *Swertius* in Belgicis. Habuit idem *Plantinus* alterum generum d) *Joannem Moretum*, virum haud vulgaris literaturæ & officinæ dotalis in urbe Antwerpienſi ex aſſe hæredem & ſueceſſorem, quem præter librorum ingentem numerum nitidiſſimis typis deſcriptorum, amicitia & familiaritas incomparabilis herois, & vere in Romanæ antiquitatis ſcientia publicoque cultu ac illuſtratione Phœnicis *Juſti Lipſii* plurimum nobilitavit, cujus etiam ſcripta inter præcipua, quæ ex illa officina prodierunt, numerari jure optimo merentur. Eandem Antwerpiam e) *Belleri* etiam & *Nutius* hoc literario artificio non parum illuſtrarunt. *Moreti* filius *Balthazar*, vir eruditione & pietate commendandus, avitæ & pater- p. 95

d) *Jo. Moretus.* e) *Belleri & Nutius. Balth. Moretus.*

ternæ laudis pius æmulator, antiquam Plantinianæ Officinæ dignitatem præclare etiamnum ſuſtinet, numeroſa quotidie prela quadraginta & octo ad minimum operarum miniſterio exercens, niſi forte bellicorum tumultuum paſſim furens, & papyrias officinas, ut pleraque alia, deſtruens Erynnis, ad tempus numerum hunc contraxerit. Præter elegantiam autem & varietatem lectiſſimorum typorum, quibus omnibus univerſi orbis calcographeis hoc Moreto-Plantinianum antiſtat, hæc inſuper ſingularis ejusdem Officinæ gloria eſt, quod pietati fere ſe totam addixiſſe videatur, quando non ullis jam inde ab antiquo operibus libentius inſudat, quam his, quæ divino cultui & cœlitum honori deſerviunt: cujus generis Voluminibus, Catholicas Europæ provincias, atque adeo ipſas Italiam Hiſpaniasque dudum replevit. Eadem laus præter diverſorum locorum (*Pariſ. Venet. Lugd.* &c.) alias ac ante omnes Pontificiam almæ urbis in Vaticano, Colonienſibus etiam Typographis plurimum debet orbis Chriſtianus, uti aliquando docebit Catalogus librorum Coloniæ editorum, quem non neminem meditari libens intelligo: De *Ant. Hieræo* infra peculiaris erit agendi locus. Interim cum honore & elogio nominandi veniunt, prout occurrunt memoriæ, f) *Herm. Mylius*, *Maternus Cholinus*, *Joan.*

f) *Mylius, Cholinus, Gymnicus, Kinckius &c.*

Joan. Gymnicus, eorumque hæredes, uti & *Joan. Kinchius*, Gymnici & Hierati dotalitio jure ſucceſſor, *Bernardus Gualteri*, *Petr. Henningius*; omnes Senatorii Ordinis viri, rem librariam in eadem civitate cum laude & reip. bono profeſſi. Adde *Crithium*, *Greuenbruch*, ac cæteros recentiores, quorum jam induſtria incipit efflorefcere, & ſi tempora faveant, majorum veſtigia haud dubie non ſegni pede ſequentur. Habuit Auorum tempore Lutetia g) *Michaëlem Vaſcoſanum*, cujus ſuperſunt plurima in hoc induſtriæ genere monumenta, meminitque ejus honorifice *Jul. Cæſar Scaliger* in Epiſt. ad *Ferronum* (inter impreſſas 85 eſt) cum ait: *Non dubitavi committere eas fidei excellentiſſimi Calcographi M. Vaſcoſani, viri & diligentia inſigni, & doctrina ſingulari, & fide incomparabili.* Habuit eadem prædicti æqualem & ſupparem h) *Simonem Colinæum*, ad quem extat *Sepulveda* Epiſtola, Typographum doctum & multis Voluminibus excuſis celebrem, qui in calce Elucidatorii Eccleſiaſtici *Clichtovaani*, *Henr. Stephani* (Pater is fuit *Roberti* in ſuperioribus mihi jam dictus) ſe vocat Succeſſorem: ac *Burdigala*, ante annos haud multos alium i) *Simonem* extulit, cui *Milangii* cognomen fuit, meminitque ejus *Jo. Darnalius* in Contin. Chronici Burdigalen-

p. 96

Aaa 4 ſis;

g) *Mich. Vaſcoſanus.* h) *Sim. Colinæus.* i) *Simon Milangius.*

Seniorem Venetiis feciſſe *Jul. Scaliger* in Refutatione Ciceroniani oratione priori ei objicit. *Eraſmus* tamen hoc poſterius negat, nec niſi propriis ſcriptis ſuis id operæ illic impendiſſe aſſerit, cui ſine dubio major de rebus propriis notitia fuit, quam ſit æmulo & obtrectatori fides. Ante omnes autem alios memorabile & ſuſpiciendum in hoc vitæ & profeſſionis genere eſſet *Petri Trecii* nomen, de quo *Sabellicus* refert, gloriari ſolitum *triginta Voluminum millia à ſe reviſa & recognita è prelis prodiiſſe*, niſi is ita intelligendus ſit, ut non ſingulorum librorum archetypi, ſed cujusque operis univerſa excuſa exemplaria in computationem illam veniant; alterum enim illorum verborum intellectum unius hominis ætas non admittit. Sed de his hactenus, ſciens enim, ut ad Typographos revertar, *Juntas*, *Cratandros*, *Birckmannos* reliquosque prætereo, quos optarem pleno aliquo de omni Typographica hiſtoria commentario ab idoneo quopiam narratore recenſeri. Infinitus enim fere illorum numerus eſt, qui in hac arte egregia excelluerunt, quorum uti *Thomas Garzonius* in Emporio ſuo, ſive Piazza univerſale præter jam relatos (*Badium*, *Frobenium* & *Juntas*) recenſet *Paulum Manutium*, *Valgriſium*, *Giolitas*, *Salamandram*, *Cieram*, *Miſſarinum*, *Pratum*, *Muſchium* & *Imbertes*, Italos omnes; ita longe plures illis addere poterit, qui hoc argumentum ex profeſſo tractare vo-

voluerit, *Landrium*, *Rovillium*, *Proſtium*, Lugdunenſes; *Nivellium*, *Sonnios*, *Cramoiſy*, Pariſienſes; *Feyrabendium*, *Paltenium*, *Rulandium*, *Egenolphum*; *Baſſaum*, Francofurtenſes; *Ludov. Kœnig*, Baſileenſem; *Zetznerum*, *Ribelium*, Argentoratenſes; *Vignon*, *Creſpin*, *Chouet*, *Stoer*, Genevenſes; *Willeros*, *Angermarium*, *Nicolaum Henrici*, *Lyſerium*, Auguſtæ Vindel. & Monachii; *Groſios*, *Schureros*, *Selfiſch*, *Bergeros*, Lipſiæ & Witebergæ; *Joan. Blaew*, *Hondium*, *Janſonium*, Amſterdami; *Ge. Lud. Frobenium*, Hamburgi, & reliquos; adeo ut vel ſola illorum nomenclatura juſti Voluminis modum conſtituere poſſe videatur. Cæterum in tantum hæc imprimendi ars invaluit & dilatata eſt, ut n) privati etiam homines proprios habuerint conductos ſubinde Typographos, ac peculiaria ac privata adornarint ſibi prælа. Nam & *Henr. Stephanum* conſtat ſe in quibusd. Voluminibus excuſis *Hulrici Fuggeri* Typographum profiteri (fecit id in editione veterum Medicorum, quos excudit 1567) & nobiliſſimus Eques & Poëta Francus *Huldricus Huttenus* in gentilitia arce ſua Steckelbergenſi peculiarem exerceri fecit Officinam, ex qua exierunt criminoſiſſimæ illius viri in Wittenbergicum ducem Orationes an. 1520. Huc etiam referri forp. 98 taſſis debeat *Corteſianum prelum*, quo an. 1510. impreſſi ſunt *Corteſii* libri 3. de Cardinalatu per

n) *Privatorum typographi.*

per *Simeonem Nic. Nardum* Senenſem in Caſtro Corteſio: Inter reliquas autem hujus ſeculi Typographicas Officinas valde memorabilis eſt o) Vaticani Palatii Romana, de qua *Rocch am* audire operæ pretium eſt in Append. Biblioth. Vatic. p. 413. *Quare* Sixtus Quintus, *inquit ille*, *ad præclara omnia & ſane pia contendens* &c. (vid. ſupra pag. 302 ſq.) Hactenus *Roccha*. Non fraudandus tamen eſt *Pius IV*. laude ſua, qui ante *Sixtum* prædictæ Officinæ fundamenta jecit, quod *Onuphrii Panvinii in Vita* illius verbis teſtatum facio: *Officinam libris Sanctorum Patrum accurate & integre imprimendis inſtituit, accito* Paulo Manutio Aldi *filio*, *viro tum in ea facultate, tum vario literarum genere claro, qui ei muneri praeſſet.* Eidem Palatinæ in Vaticano Typographiæ *Clemens VIII. Aldum Manutium* juniorem *Pauli* memorati filium præfecit, poſtquam annis multis Bononiæ, Piſis, Romæ Profeſſorem Eloquentiæ publicum egiſſet. Obiit is Romæ an. 1597. legavitque Piſaniæ Academiæ lectiſſimam ſuam octoginta millium librorum Bibliothecam.

CAP. XV.

De Operibus præcipuis impreſſis.

p. 99 Sed poſtquam de arte & artificibus typicæ librorum ſcriptionis ſatis eſſe dictum arbitror, paucula de præcipuis impreſſis operibus

o) *Typographica Officina Vaticana.*

bus adnectendum duxi, inter quæ principem, me judice, locum facile occupant Complutenſia & Regia Antwerpienſia Biblia, de quibus in ſuperioribus jam actum eſt, ac tanti putamus, ut infra hiſtoriam utriusque excuſionis referre conſtituerimus. Iſtis ſacri textus primariis & multilinguis excuſionibus *Auguſtini Juſtiniani* è patricia apud Genevenſes familia, Nebienſis Epiſcopi, Ordinis S. Dominici Bibliorum editio parum cederet, immo linguarum numero ſuperior eſſet, ſi præclara ejus cœpta, dum lentior diſtractio impenſis non ſatisfacit, non in principio ſtatim in irritum concidiſſet. Nec enim ultra Pſalterii Volumen is conatus proceſſit, quod Hebraice, Chaldaice, Græce & Arabice cum triplici translatione Latina & notis marginalibus, quæ octavam columnam faciunt, Genuæ in ædibus *Nic. Juſtiniani* an. 1516 impreſſit *Petrus Paulus Porrus*, Mediolano ortus, ſed Taurinenſis civis. Puto enim, falli *Jovium*, ut in pleriſque aliis, dum in Elogiis præfata hujus Operis Volumina impreſſa eſſe ſcribit. Certe *Sixtus Senenſis* non niſi duos Tomos ſe vidiſſe ſcribit in Bibliotheca ſua, eorumque alterum Manuſcriptum, quo Teſtamentum novum contineretur. Pſalterii opus illud *Leoni X.* Pontifici Max. inſcriptum eſt. Uti autem *Ximenius* Cardinalis Toletanus, & Rex Hiſpan. *Philippus II.* maximo merito ſuo de præfatis ſumtuoſis editionibus

in-

ingens & æternum ſibi nomen conciliarunt, ita nec exigua *Gregorii XIII* laus eſt, quod ejus auſpiciis & juſſu ingentia illa Tractatuum Juris volumina prodierunt, quæ excudit Venetiis 25 prægrandibus Tomis an. 1584. o) *Franc. Ziletus*, dirigentibus & diſponentibus pleraque ad hanc editionem ſpectantia, duobus ſummis illius ævi Juriſconſultis, *Jacobo Menochio* & *Guido Pancirolo*, Profeſſoribus Patavinis. His haud injuria quis accenſeat Libros Repetitionum Juris Civilis novem Voluminibus incluſo Indice an. 1553 ibidem excuſos, ac Tomos Repetitionum Juris Canonici. Nec illis multum minora ſunt in re Theologica *Toſtati*, *Dion. Carthuſiani*, *Salmeronis* aliorumque veterum ac recentiorum enormia opera. Sed quis hæc & reliqua numero fere infinita enarrare omnia & ſingula valeat? Illud interim non præterierim, Baſi-
pag. 100 leam præter reliquam in hac arte promeritam laudem hac etiam prærogativa inclytam eſſe, quod Sanctorum Patrum monumenta (his poſt Biblia Sacra quis principem denegare locum ſuſtineat?) illic primum typorum beneficio lucem aſpexerint. (auctores tamen ſunt *Serarius* & *Beierlingius*, *Petrum* etiam *Schœffer* S. *Hieronymi* opera Moguntiæ impreſſiſſe, cujus exemplar extet in Cœnobio Ringaviæ Eberſbacenſi) *Joannes* enim *Amorbachius*
S.

o) *Franc. Ziletus.*

S. *Auguſtini* Opera, quibus excudendis aliisque ſimilis monetæ Cimeliis publico exhibendis *Auguſtinus Dodo Friſius* præfuit, ante omnes in hac urbe impreſſit, quem deinde *Jo. Frobenius* in efformandis *S. Hieronymi* operibus adjutus ab *Eraſmo* & *Amorbachiis* fratribus poſt *Joan. Reuchlinum*, de quo id ipſemet *Eraſmus* teſtatur, feliciter æmulatus eſt. Eadem Frobeniana officina, præter Patres Latinos etiam Græcis maxime celebris eſt. In illa enim omnium primo in tota Germania illorum ſcripta Græcis typis excudi cœperunt, ab *Hieronymo Joannis* filio ejusque ſororio & ſocio, *Nicolao Epiſcopio*, facto à *S. Baſilii* operibus initio, uti *Eraſmus* Autor eſt in Dedicatoria ad *Jac. Sadoletum*, Epiſcopum Carpentoratenſem, poſtea Cardinalem. Noſtro autem ſeculo in recudendis SS. Patrum ſcriptis magnam præ reliquis coætaneis ſuis gloriam adeptus eſt p) *Antonius Hieratus*, Colonienſis Typographus, qui tot ac tanta hujus generis, ut reliqua prætercam, publico dedit, ut vix mirari quis ſatis queat, uni homini ad tam multa & magna præſtandum tempus, impendia, laborem ſuffeciſſe. Quæ res effecit, ut miraculi hujus (ita vere me nominare poſſe confido) oſtendendi cauſa in calce legendam exhiberam majori ex parte operum ab illo impreſſorum ſeriem, quam hæredes ejus imprimi fece-

co-

p) *Anton. Hieratus.*

cerunt, in principio magni Theatri Beierlingiani: nam & hic legi digna eſt, & clare evincit, quotquot ſunt aut fuerunt Calcographi, longiſſime ab hoc homine codicum operumque numero, vaſtitate, delectu ſuperatos eſſe, idque facile mihi credent, ſi qui prædictum impreſſorum librorum ſyllabum cum aliorum catalogis per otium conferre volent. Perutilis enim hoc ſeculo invaluit conſuetudo, ut plerique officinarum ſuarum Catalogos typis evulgent, quibus & ſibi & Emtoribus inſerviunt, ut tum ipſi Excuſores merces ſuas eo citius protrudant, tum & hi inſtruantur, ubi locorum quæque ſint veſtiganda. Hac ratione præter *Plantini* & *Wecheli* ſucceſſores etiam plerique alii Bibliopolæ Veneti, Lugdunenſes, Francofurtenſes, Colonienſes, Baſileenſes, Antwerpienſes, Lipſienſes, Hollandi &c. officinarum ſuarum Indicem proſcripſerunt. Hactenus tamen in Gallia nonnulli, quod miror, rem adeo neceſſariam neglexerunt, adeo ut nec moniti, priſtinam hac in re deſidiam & incuriam ſuam ut deſerant, animum inducere poſſint: cujus conſilii non video quid poſſint
pag. probabilis cauſæ in medium afferre. Certe
101 cum nullibi terrarum, rariorum & exquiſitorum ex antiquitate Codicum, quam illic copia prodeat, non alibi etiam majori eruditorum diſpendio iſta taciturnitatis contumacia peccare poteſt.

CAP.

CAP. XVI.
Comparatio primitivæ & hodiernæ Typographiæ.

Sed ut exitum tandem habeat hic calcographicus diſcurſus noſter, duo mihi dicenda reſtant, quibus utcunque expeditis, vela colligam & navim ſubducam. Illorum prius erit comparatio hodiernæ Typographiæ cum primis ejus incunabulis; alterum reſponſionem continebit ad criminationes hujus cœleſtis inventi. q) Differentia igitur illa in diverſis conſiſtit, ac primo in typorum difformitate, qui primitus, ut ex illis, qui ſub id tempus excuſi fuere, codicibus apparet, rudiores fuere, quique manuſcriptas literas imitarentur, nec minus ac illæ crebris & continuis compendiis & abbreviaturis impeditæ eſſent. Verum utraque illa deformitas dudum intermiſſa eſt, & valere juſſis contractionibus iſtis, tanta cum tempore enata eſt characterum elegantia, ut dubitare nemo debeat, ad ſummum usque faſtigium hanc artem evaſiſſe. Hæc autem præ reliquis omnibus dudum *Aldi Romani*, nuper *Plantini* laus fuit, quorum poſterior etiam argenteis fuſilibus literis uſus fuiſſe traditur. Sed non hæc ſola ejus viri, nec maxima glo-

q) *Differ.* 1.

ria fuit. Pluris enim æſtimatur correctionis accuratio, quæ à nullis ubivis gentium Excuſoribus ſcrupuloſior adhibita aliquando reperitur, aut deinceps inſtitui poterit, adeo ut laudabili, nec cuiquam bonorum reprehendenda fiducia, ad lectorem excuſi Indicis librorum, qui ex illa officina prodierunt, alloquium fiat, & cauſa reddatur, cur illos etiam catalogo ſuo inſeruerint libros, quos dudum diſtractos venales amplius penes ſe non habeant. *Tuo*, ait Indicis editor, *imprimis bono, Lector: cujus referre arbitramur omnes & ſingulos Typographiæ hujus Codices noviſſe. Nam licet multorum copia penes nos haud ſuperſit, forte in alienis bibliopoliis, aut ſaltem publicis privatisque bibliothecis reperire eos licebit: ut ſi quando typographi alicujus incuria eos ipſos recudendo depravaverit, ad Plantinianæ editionis exempla (abſit invidia, ut abeſt jactantia) velut optima noto Archetypa in ordinem redigas atque emendes.* Memorabile ſane eſt, quod de Plantino referunt, quod ne doctiſſimis quidem, quibus ſemper inſtructus fuit, Correctoribus, aut etiam ipſimet ſibi, licet hujus rei oculiſſimo & aſſiduo ſatis fiſus, publice exponere ſolitus fuerit reviſa privatim exemplaria, priusquam illa preli preſſura multiplicarentur, & tranſeuntium
pag. 102 de illis judicia experiri; Apellis fere exemplo, voluerit, propoſito etiam præmio, ut pro numero errorum, quos quisque obſervaſſet, muneratus diſcederet. Sed miſſa hac

Ædi-

digreſſione ad propoſitum revertamur. r)Secunda igitur differentia primævæ & hodiernæ calcographiæ in politura & emblematis conſiſtit: fuiſſe enim antiquitus ſimpliciorem & minus venuſtam typographiæ faciem, ex iis, qui ſuperſunt, codicibus videre eſt. Etſi enim in principio, quæ ſcriptis libris mangonizandis adhiberi conſueta erat miniatura, etiam ad impreſſos translata fuerit; tamen celeriter illa utpote operoſior & plurimum temporis abſumens deſiit, poſtquam venditores animadvertiſſent, merces ſuas etiam iſto lenocinio deſtitutas, facile emtorem invenire. Hinc evenit, ut plurimi adhuc ſuperſint Codices primævo illo tempore excuſi, quibus Capitales quæ vocantur literæ penitus abſunt, eo quod impreſſoribus propoſitum fuiſſet, abſoluta excuſione illas è minio adjicere, quod poſtmodum, feſtinata in avidos emtores diſtractione, integrum non fuit: prout etiam non paucos illorum temporum reperias, quibus miniatæ illiusmodi initiales literæ non typorum, ſed Pennæ miniſterio ac pictæ conſpiciuntur. Ut autem ab ipſis titulis & inſcriptionibus incipiam; nihil hoc tempore, ut publice ſcimus, librorum frontiſpiciis pulchrius eſt, quando vix alicujus nominis & pretii liber exit, qui non calcographicarum imaginum Emble-

r) *Differ. 2.*

mata præferat (hoc novitium admodum inſtitutum eſt, & noſtra demum memoria uſurpari cœptum) ac præterea librorum contenta copioſiſſima fere rubrica proſcribat, licet fatendum ſit, ut eſt omnium rerum abuſus & ambitus, quod jactantior & ventoſior titulatura credulos emptores ſubinde miſere decipiat. Contra ſi primævos Codices inſpiciamus, vel nullas vel jejunas prænotationes illorum invenimus, quod exemplis probare velle ſupervacuæ curæ fuerit. Non autem ſola Librorum, ut ita dicam, atria picturatæ iſtæ & venuſtulæ vermiculationes hoc tempore inſident; ſed ipſa etiam impreſſorum codicum penetralia, ſi ejus generis ſint, ut ab hac arte illuſtrationem deſiderent, dudum invaſerunt & obtinent, ut hodie ſtirpium, hiſtoriarum, Geographiæ, Aſtronomiæ, Architecturæ, Antiquitatum, Navigationum, Numiſmatum & Anatomiæ ſimiliumque materiarum libris tabularum & Iconum effigiatione accuratiſſimis nil formoſius & abſolutius cogitari poſſit: His enim vetera collata monſtra mera & portenta videantur. In hac autem arte calcographicas tabulas cum ipſis typis artificioſe & venuſte ſociandi, inter reliquos s) *Satler* apud Bavarum principem, Ambſterodami *Hondius* &
pag. 103 *Jan-*

s) *Satler, Houdius, Janſonius, Hulſius, Bryans, Merianus.*

Janſonius, Herbipoli *Levinus Hulſius*, & Francofurti hodie, poſt fratres *Bryaeos*, ſucceſſor illorum *Matthaeus Merianus*, præter complures alios partim floruiſſe, partim etiam nunc excellere videntur, extantque tot ac tam egregia hodie ejus generis elegantiſſima opera, ut vel ſingula, ſi antiquitus extitiſſent, miraculi loco haberi, ac plus quam *Phidiæ* aut *Myronis* Statuæ, *Apellisve* & *Protogenis* tabulæ quemque locum inſignire potuerint, niſi ipſe ſibi numerus & multiplicatio obſtaret; nec enim niſi raritas & inſolentia in admiratione eſſe conſuevit. Hujus generis ſunt t) *Ortelii* orbis terræ, & *Hogenbergii Bruniique* Urbium theatra, *Mercatoris* Atlas, *Spigelii* libri Anatomici, *Goltzii* & *Jac. Biai* antiquitates & numiſmata, *Eiſtetenſis hortus* & diverſorum herbaria, Dactilotheca *Gordoni*, (leg. *Gorlai*) *Raderi* Bavaria ſancta & pia, *Hieron. Natalis* Meditat. in Evangel. Imagines illuſtrium *Gallai*, ac numeroſæ diverſorum Iconographiæ, *Bertii* Ptolemæus, *Meriani* Romanæ antiquitates, Archontologia, aliaque diverſorum ejusd. generis prope innumerabilia. Inter hæc vel inprimis eminent cœleſtes ac terreſtres illi globi, quos Belgarum ingenia & manus orbi communicant, quibus hactenus ſol abſolutius & elegantius nihil vidit, quorumque ie & manuductione non tantum univerſi ter-

t) *Ortelius, Hogenberg, Brunius, Atlas Mercatoris.*

terrarum orbis vaſtiſſimum ambitum, ſed ipſa etiam infinita cœli ſtellati ſpacia in Muſeo tuo reſidens & quieſcens emetiri & pervagari, ac in rem, quod dicitur, præſentem ire poſſis. Hos enim ſi Mercurii alicujus ductu ab inferis reduces conſpicerent, quibus olim pictos ediſcere mundos volupe fuit, plane in alium, quod dicitur, orbem ſe delatos arbitraturi eſſent. Globorum iſtorum Coeli Terræque imagines repræſentantium *Gerh. Mercator* Rupelmondanus, ni fallor, Inventor vel certe ſingularis excultor & perpolitor primarius habetur. Artem autem æris inciſoriam Typographices æmulam & exornatricem, quod mihi, cum antehac *de literis* ſcriberem, necdum innotuerat, primus reperiſſe traditur u) *Franc. à Bocholt*, Montenſis Ducatus Opilio, cui ſucceſſit *Iſrael à Meckenich*, ex Eifflia ortus, & *Martinus Stockius*, Præceptor *Alberti Dureri*, uti ex Chronico *Sebaſt. Francken*, & *Matthiæ Quadi* Germania, ſcribit in Itinerario Teutonico ſuo *Martinus Seilerus* Styrius. Incidendi arti ſucceſſit ars alia cognata recentior, æreas tabulas & laminas arroſivis liquoribus ad eosdem excuſionis ſive impreſſionis uſus inſcribendi & ſculpturæ vice excavandi, quod Commentum defertur, eodem referente *Quado*, ad inventores *Joannem* & *Lucam* fratres Germanos, cognomento à *De-*

u) *Franc. à Bocholt æri incidendi inventor.*

Dotecum natali oppido, quod Gelrici Juris eſt, in veterum licet Saxonum finibus, quibus univerſus Zutphanienſis comitatus, cujus illud pars eſt, continetur, ad Iſalam usque fluvium antiquitus extenſis. Sed in viam redeundum eſt. x) Ad hanc igitur veteris & hodiernæ calcographiæ differentiam etiam retulero, quod primordiales illæ antiquorum impreſſiones fere nomen Typographi, locum ac tempus, quibus publicum aſpexerant, adſcripta non habebant: atque cum paulatim illa uſurpari deinceps inceperunt, in calcem libri rejiciebantur, tumque ſimul invaluit, ut ſignum ſuum, ſeu, ut vocant, ſcutum quisque appingi rudi ſatis Minerva faceret, ut in quamplurimis libris, quos hujus artis infantia progenuit, videre eſt, unde in plerisque ejus temporis impreſſorum Codicum clauſulis illud paſſim occurrit: *Suis conſignando ſcutis.* Hæc magna ex parte hodie intermittuntur, in quorum locum certa Emblemata & Imagines apud aliquos ſucceſſerunt, cujus generis ſunt *Circinus* Plantinianorum, Frobenii *Caduceus*, Gymnici *Monoceros*, Wechelianorum *Pegaſus*, *Grus* Epiſcopii, Juntarum *Lilium*, Birckmannorum & Mylii *pinguis gallina*, Pariſienſis Societatis *Navis velifera*, Hierati *Gryphus* &c. y) Pari ratione cum paulatim antiquiores Typographi Epiſtolas & *pag. 104*

x) differ. 3. y) differ. 4.

præfationes adjicere inſtituerent, in capitibus operum illis locum adſignare diu renuentes ad extrema illas rejecerunt, quo ordine deinceps felicius immutato plurimum legentium commoditati his & ſimilibus ſuccurſum eſt. Rarus enim hoc tempore ſeu veteris, ſeu novitiæ monetæ liber exit, cui non præter ejusmodi præliminares ad Lectorem alioſque, quorum id honori datur, allocutiones etiam ſummaria ut vocant ſeu Synopſes, Auctorum allegatorum Catalogi, rerum & materiarum Indices, marginales notationes, capitum Lemmata ſeu inſcriptiones aliaque ſimilia accedant, quorum omnium uſum & neceſſitatem non attinet pluribus commendare. z) Sed & in numero & multitudine exemplarium noſtri temporis typographicos labores, à veterum inſtituto haud parum diſtare opinor, cum hodie in mille & amplius exemplaria plerumque ſe extendat impreſſio, quæ olim intra multo minorem numerum conſiſtebat, nec dum facto experimento vendibilitatis; idque vel hinc ſatis arguitur, quod vetuſtiſſimarum impreſſionum adeo rara ſuperſint exempla, etiam illarum, quæ membranis illitæ fuerant, & temporis diſpendia minus metuere poterant. Hanc autem in excudendis exemplaribus raritatem a) *Benedictus Arias Montanus* in ipſis

z) differ. 5. a) *B. Arias Montanus.*

ipſis etiam Complutenſibus Bibliis animadvertit. b) Huc etiam referri poſſunt Cæſarea illa regum ac principum & rerumpublicarum privilegia & prohibitiones, de non præcipitanda intra certos annos ab aliis impreſſorum reviſione, quæ res uti plerumque ſalutaris & neceſſaria eſt, ita nonnunquam nulli uſui ſervit, ſed ad ſolum ambitum & oſtentationem obtinetur. Extat certe hac de re, ſeu potius abuſu ejus, paulo quidem obſcœnior, non inappoſitus tamen aut illepidus apud *Zincgravium* in Germanicis Apophthegmatis *Georgii Michaelis Lingelsheimii* Conſiliarii Palatini jocus. *pag. 105* c) Sed & multiplex typorum diverſitas & varietas hodie Typographiam mirifice exornat præ rudibus illis & ſimplicioribus hujus artis principiis, cum una ſæpe pagina ejus generis decem, duodecim aut amplius conſpiciendas exhibeat diverſas ſpecies. Illarum uſus præter elegantiam & ſpecioſitatem non exiguus eſt, præſertim in diſtinguendis à textu allegationibus, quo commento & legentium tædio ſuccurritur & non parvum temporis fit compendium, dum quoties libitum eſt, his prætermiſſis, illi ſoli intendi poteſt. Quis autem Typographorum literas Italicas ſive curſivas, quas vocant, omnium primus uſurparit, non facile dixerim, niſi quod ad *Aldum* illas referre non ni-

b) diff. 6. c) diff. 7.

nimis abſurdum forte fuerit: Dudum enim eſt, quod uſus ejuſmodi Typorum introductus fuit. d) Denique quod ipſa etiam Bibliopolia attinet & librariæ mercis diſtractiones, omnia dudum præ vetuſtis illis & primitivis temporibus in majus excreverunt, quandoquidem præter ſuperius memoratam Francofurtenſem librariæ negociationis panegyrin, uti toto orbe celeberrimam, ita cunctis retro ſeculis inauditam, reliquæ etiam paulo florentiores Europæ urbes hiſce chartaceis negociationibus multum celebrantur & diteſcunt, uti documento ſunt Colonia, Baſilea, Antwerpia, placet enim de pluribus nominare paucas, nec extra Germaniam, Pariſios, Lugdunum, Romam, Venetias &c. hujus negotii ergo in rem quod dicitur præſentem peregrinari. Hujusmodi autem Bibliopolia antiquitus, ac nominatim, quantum reperio, ante annum ſecularem 1500. nec Francofurti nedum alibi fuerunt, ita enim ad *Aldi* Senioris Epiſtolam inter philologicas à ſe editas emiſſam notat *Melch. Heiminsfeldius Goldaſtus*, Germanicæ antiquitatis ſcientiſſimus polyhiſtor. Non parum autem librarium hoc commercium juvant & promovent Catalogi illi librorum, qui ſingulis nundinis excudi, & per omnem Europam volitare & diſpergi conſueverunt: Cujus moris originem

d) diff. 8.

nem *Simlerus* in Bibliothecæ ſuæ præf. adſcribit e) *Georgio Willero* Bibliopolæ Francofurtenſi, quem ante aliquot annos, id eſt, ſuo tempore tale compendium fuiſſe commentum an. 1574. ſcribit, ut omnino circa an. 1570. aut aliquanto citius cœpiſſe videatur. Ne tamen nimium nobis noſtra placeant, fatendum eſt in aliquibus hoc ævo artem hanc à primævo ſplendore ſuo & dignitate nonnihil viciſſim defeciſſe, qua de re videri poterit *Henr. Stephani* querela, cujus ſupra memini, quam tamen mihi necdum videre datum eſt. Adſcribam autem *Angeli Roccha* de eadem re verba, quæ extant in Append. Biblioth. Vatic. p. 412. *Utcumque autem ſit*, inquit, *Typographia* &c. usque ad verba: *& in maxima conſervarunt exiſtimatione.* (vid. ſupra pag. 299-301.). Ita *Roccha*, qui licet à vero non usque quaque aberrarit, dubitari tamen nequit, fuiſſe & olim minorum gentium impreſſores, qui æque ac hodie plerique lucrum potius, quam potiora ſpectarint, nec ſatis ex decoro hoc artificium exercuerint. pag. 106

CAPUT XVII.

Defenſio Typographiæ contra obtrectatores.

Reſtat, ut Typographiæ calumniatores brevi retundamus, quorum aliqui eo usque pro-

e) *Georg. Willer.*

progrediuntur, ut dubitare videantur, ſatiusne fuerit, hanc artem perpetuum latuiſſe, quam inventam eſſe; ac plusne incommodi quam boni ex illa ortum fuerit. Verum iſti homines nimis contemtim & imperite de re longe utiliſſima & neceſſaria judicant, ac indigni plane ſunt, qui divini hujus inventi, cujus reprehenſores exiſtunt, beneficio ad aliquem eruditionis & famæ gradum emerſerint, ideoque nec nominatione illos hoc loco dignabimur. Eſſe hujus artis, ut omnium bonarum rerum, una & ſola virtute eximia atque excepta, abuſum nemo ſanus negaverit, ac ſatis id mature animadvertit Catholica Eccleſia, & ejus ſummus in terris
pag. Præſes Romanus Pontifex, eaque de cauſa
107 in Lateranenſi ſub Leone X. Romæ habito concilio generali, quod poſt inventam illam proximum primumque fuit, fraudibus & imposturis malitioſorum hominum, ob quorum ſcelera innocens & ſalutare artificium male audire cœperat, maturo conſilio obviam itum eſt. Idem deinceps in Tridentina ſacroſancta Synodo ſub *Paulo III.* Summo Pontifice actum & repetitum fuit, cujus juſſis ſi ubivis probe obtemperaretur, non eſſet, ut quis è Typorum miniſterio mali & incommodi aliquid formidaret. Hactenus igitur Criminatores Typographicos toleramus, ut liberum eſſe oportere cenſeamus, hominum hoc artificio male & perverſe utentium mores

res

res reprobos & pernicioſam vafritiem Hypponacteo præconio deprædicare, pœnarumque obicibus coërcere & in ordinem cogere, dummodo Turcici Tyranni exemplo rem ipſam per ſe honeſtam & multum frugiferam, non ſtatim eadem opera damnent, interdicant & execrentur. Extant quidem diverſorum de abuſu hujus artis querelæ & invectivæ, quos non imus hoc Apologetico Epilogo condemnatum; ſed juſtas potius illis cauſas fuiſſe fatemur, ejusmodi querimonias inſtituendi, quorum vel Princeps videri poſſit *Henr. Stephanus*, qui pecul. opere an. 1569 publicato in malos & indoctos Typographos & Correctores invectus eſt. Sed antiquior *Stephano* Sipontinus Pontifex *Nicolaus Perottus* doctiſſimus vir ſub ipſum enatæ Typographiæ tempus in principio libelli ſui ad *Franciſcum Guarnerium* in *Plinii* præfationem hiſtoriæ naturalis ſcripti in abuſum hujus artis ſatis acriter invehitur, quanquam is non tam ipſos typographos, quem librorum veterum ſub correctorum nomine corruptores ac malos criticos perſtringat. Culpa tamen illa in ipſos etiam Typographos, quod talium opera utantur, errata publicent ac divulgent, non minima ex parte redundat. Totum locum in Lectoris gratiam appono, ſunt enim rariores hujus auctoris codices, neque paſſim & ubivis obverſantur, ut diſcamus ſtatim cum arte, ut ſolet fieri, enatum eſſe male illa uten-

pag. utendi tralatitium, ſed peſſimum morem. *So-*
108 *lebam*, inquit ille, *nuper ætati noſtræ gratulari* &c. (vid. ſupra pag. 345 ſq.) *Hi enim dum falſo exiſtimant, quæ parum animadvertunt recte ſcripta, & de ſummorum virorum operibus ſententiam temere ferre non dubitant. O rem indignam, in qua non modo graves viri & prudentes, ſed etiam qualeſcunque ſtudioſi merito perturbantur. Non eſt facile ab his recedendum, quæ paſſim ſcripta reperiuntur, nec cum primum difficultatis aliquid occurrit, errori adſcribendum eſt. Non rectum iter relinquendum, ut devios ſequamur anfractus, nec plana deſerenda ſunt, ut per præcipitia labamur; alioquin quæ ſtultitia eſt, tantum ſtudium, tantam curam, & (ut ita dicam,) tantam ſollicitudinem adhibere, ut doctiſſimorum virorum libros depraves. Neque me ita a te velim exiſtimes ſcribere, quod eorum labores damnandos putem, qui hanc corrigendorum librorum Provinciam ſumpſere, quin potius laudo doctrinam eorum, laudo ſtudium, laudo laborem: ſed quatenus modum non excedunt, hoc eſt, quatenus nihil addunt de ſuo, ſed vel aliis Exemplaribus, vel ſententia ipſius Auctoris alibi clarius expreſſa, vel ejus ſcriptoris a quo id ſumtum eſt auctoritate, vel explicata alicujus imitatione, vel alterius linguæ veritate aliquem locum emendant: quod nos nuper in* Mario *&* Papinio *fecimus.* Remedium deinde huic malo ſuggerit valde ſalutare, quod utinam ubivis in actum & obſervantiam deducatur, eſtque tale: *Proviſio autem*, inquit, *facillima eſt, ut auctoritate Pontificis Max. unus, aut alter huic muneri præficiatur, qui & impri-*

mere-

mendorum librorum legem Impreſſoribus præſcribat, & adhibeat aliquem mediocriter peritum, qui ſingulas quasque tabellas ante impreſſionem examinet atque emendet. Summo præterea ſtudio curet, ne primi illi correctores augurari aliquid temere auſint; ſed modum, quem ante diximus, ſervent. In his acre ſit ingenium, ſingularis eruditio, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia. Hoc ſi fiet, & multos habebimus libros & integros, in nulla re pulchrius, in nulla re dignius uti potes benevolentia Principis tui. Ita *Sipontinus* tempore *Sixti IV.* Pontif. Max. ad Nepotis illius *Marci Barbi*, Cardinalis Vicentini familiarem ſcribit: cum cujus ſuggeſto remedio fere conveniunt Lipſianæ in venuſtiſſima de Criticis Satyra publicatæ leges, collimantque ad eundem ſcopum diverſi aliorum è Doctioribus diſcurſus, monita & querelæ. Plura autem hujus generis ulteriori congeſtione non accumulo, ſed ad propoſitum reverſus, male utentium vitio bonæ rei dignitati nihil decedere ſtatuo. Ac poſſumus certe jure optimo gratulari nobis, quotquot librorum ſtudio, doctrinarum deſiderio & eruditæ famæ amore ducimur, hiſce potiſſimum nos in lucem datos eſſe temporibus; quibus majori commoditate, quam unquam ante hac, res literaria & quarumcunque facultatum ac diſciplinarum ſtudia coli ac tractari poſſunt, adeo ut qui hodie in eruditionis & ſcientiæ profectu ſibi aliisque non ſatisfaciunt, nihil aliud, quam ſtuporem aut pag. 109

igna-

ignaviam ſuam incuſare poſſint, ac putidum ſit, velle huc diverſorum præclaras rei laudatiſſimæ prædicationes adſcribere, quas paſſim videre & reperire eſt. Unicum tamen adferam *Eraſmi* Encomium in præf. Tuſculanarum ad *Vlatenum*, qui ait: *Quamobrem mihi ſæpe videri ſolet inter omnia, quæ in uſum vitæ mortalium induſtria repperit, nihil eſſe utilius, quam uſum literarum, neque ullam artem præſtantiorem opificio typographorum. Quid enim felicius, quam cum eloquentiſſimis ſimul & ſanctisſimis viris, quoties lubitum eſt, confabulari, neque minus habere perſpectum illorum, qui ante tot annos vixerunt, ingenium, mores, cogitationes, ſtudia, facta, quam ſi multis annis egiſſes cum illis conſuetudinem.* Ita *Eraſmus.* Quodſi *Richardi de Burii* Dunelmenſis in Anglia Epiſcopi, & ejusd. regni Cancellarii tempore (fuit autem *Petrarchæ* Synchronus, ut ex illius Epiſtolis patet) cujus extat *de amore librorum* aureolus libellus, vel etiam magni illius Theologi *Joan. Gerſonis*, Cancellarii & Doctoris Academiæ Pariſienſis, qui de *laude ſcriptorum* (Librarii ab eruditioribus vocantur) tractatum edidit, typographicum hoc libros ſcribendi genus induſtria inventorum prodiiſſet, annon putamus utrumque præ gaudio extra ſe raptum fuiſſe? Uterque certo pro infinito ſuo erga ſtudia & literas affectu in divinæ artis Encomium ingenii habenas laxaſſet, cujus beneficio immenſum ſuum rariorum & melioris notæ codicum deſiderium

adeo

adeo largiter explere illis datum eſſet. Nam quæ *Gerſon* in prædicto opuſculo ſuo, in Librorum deſcriptores laudes congerit, illæ pleræque Typographorum ſedulitati competunt, quorum peculiaria deinde ſunt & alia vere admiranda merita & laudum trophæa, quæ profecto vir ille, ut erant ea tempora, longe doctiſſimus, nequaquam fuiſſet præteriturus. Scribit alter ille, quem dixi, Epiſcopus Anglus, *Quoties Pariſios delatus eſſet, quos mundi Paradiſum appellat, maximum fluminis impetum voluptatis cor ſuum lætificaſſe, ſemperque ſibi dies paucos præ amoris magnitudine viſos eſſe.* Cauſam deinde exultationis & gaudii ſui addit, non Urbis magnitudinem, populoſitatem, pulchritudinem; non Aulæ Regalis magnificentiam, luxum, ſplendorem; non omnis generis lautitiarum infinitam copiam; *ſed quod Bibliotheca jucunda ſupra cellas aromatum ibi redolerent, quod virens viridarium univerſorum voluminum inæſtimabilem ibi ſpiraret fragrantiam. Ideoque ſe Theſauris apertis & ſacculorum corrigiis reſolutis pecuniam læto corde diſperſiſſe, lutoque & arena libros redemiſſe, ait, impretiabiles.* Quid hic homo non ſcripſiſſet? Quid lætabunde exultans non exclamaſſet, ſi vel Francofurtum illud Orbis Terrarum commune, maxime quoad librariam ſupellectilem, emporium, vel etiam quamcunque aliam ad urbem hac doctrinarum merce paulo inſtructiorem deveniſſet? Imo ſi in Anglia ſua reſidens & pag. 110.

quieſcens, quoscunque libitum & placitum fuiſſet libros, ſibi ex omni Europa coëmi & advehi curaſſet? Certus equidem ſum, quod præcipuam & potiſſimam operis ſui partem in hujus artis incomparabilis commendatione conſumſiſſet, & Bonorum omnium Datori DEO OPT. MAX. immenſas egiſſet gratias pro hoc cœleſti ſuo in homines literatos, vel potius univerſum mortalium genus collato beneficio. Quod igitur ille veriſimiliter facturus fuiſſet, idem & nos cenſeo faciamus, nec ſimus, ut ſolet fere hominum ſive incuria ſeu malitia, pro divinis muneribus ingrati, ſed ad honorem ſuperni Numinis, publicamque utilitatem, & ad felicitatem temporis & æternitatis, recte illis utamur, & beate fruamur.

Hiſtoria impreſſionis Bibliorum Complutenſium ex *Alvari Gomezii* lib. I. de vita *Franc. Ximenii*, Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani.

Ergo intentionem ad eà convertit (*Ximenii* Cardinalis) quæ jamdiu animo meditabatur, intelligebat ſane vir prudens ſacrorum Voluminum lectionem, quæ Biblia Græco nomine paſſim appellantur, cunctis qui ſacris initiati ſunt, ſed præſertim Theologis maxime eſſe neceſſariam, nullibique magis eos-

eoſdem illos rerum Theologicarum ſtudioſos dormitare, quam in ea verſanda tractandaque, idque potiſſimum è trium linguarum ignoratione provenire, Hebraicæ, Græcæ & Latinæ, quibus non ſolum quicquid ſcitu dignum eſt, in omnibus diſciplinis profanis eſt proditum, ſed ſacra omnia continentur. Divinabat homo prudentiſſimus, in tanta hominum noſtrorum inertia, divinas literas negligentium, impios homines quamprimum exorituros, qui earum lectione armati & ad ſuos affectus detorquentes, Chriſti Eccleſiam auſu quidem nefario & immani, à noſtra tamen imperitia profecto, impugnare & evertere tentarent. Quin antiquiſſima quæque Chriſtianæ religionis tempora ſecum reputans, divina providentia ita factum eſſe videbat, ut quemadmodum à prudentibus Imperatoribus ex hoſtium, cum quibus dimicant, pugnandi natura, ratio & conſilia ſumuntur: ita quoque adverſus dæmonum artes, qui ingeniis humanis percallide abutuntur, remedia quoque ex eodem fonte petenda eſſe; Chriſtus enim Opt. Max. unde omnis ſapientia ad homines emanat, ſanctos Eccleſiæ Chriſtianæ Patres, per quaſdam doctrinarum viciſſitudines, adverſus emergentes hoſtes convenientibus armis prudentia ſua inſtruxit. *Ximenius*, qui ex publica morum corruptela ipſorumque adeo religionis principum immoderantia, vulpeculas aliquas pag. 111

in occulto nutriri conjectabat, quæ vineam myſticam cum minus exſpectaretur demoliri tentarent, neque ad id aliunde comparato præſidio, quam ex ſacrorum voluminum perperam intellectorum promtuario, non abs re timere cœpit, ne noſtri imparati & in utriusque Teſtamenti * Libri ternis columnis per ſingulas paginas ſunt diſtincti. Prima Hebraicam lectionem tenet, media vulgarem, qua nunc utimur, tertia verſionem Græcam LXX Interpretum, translatione etiam Latina illuſtratam. In margine vero interiori, ne quid deſideretur, Chaldaica, quam vocant, paraphraſis ſubjecta eſt, Latina verſione e regione appoſita. At novum Teſtamentum Græcam lectionem quam emendatiſſimam & vulgarem translationem habet. Additum eſt poſtremum Volumen Hebraicarum dictionum eruditum & copioſum Onomaſticum ab ejus linguæ peritis valde laudatum. Id in aliquot Bibl. hujusmodi libris, quorundam incuria, qui eos aſſervandos

* Sequentia Amanuenſis culpa prætetita adde & inſere poſt voculas *Imparati*: *& in utriusque Teſtamenti* libris peregrini & hoſpites deprehenderentur. Magni igitur *Origenis* diligentiam imitatus: qui Hexaplis illis decantatis, omnes ſacrorum voluminum, quæ tunc habebantur, translationes in unum conjunxerat, *editionem Bibliorum faciendam curavit.*

dos ſuſceperant, non ſine gravi jactura deſideratur. Res fuit cumprimis operoſa & magnifica, & quæ non modo tam ingentem Principem, ſed etiam ingentis animi virum, ad difficultates inanes evincendas, rem tam arduam comitantes, requireret Accerſivit continuo adſe homines utriusque literaturæ peritiſſimos, *Demetrium Cretenſem* natione Græcum, *Antonium Nebriſſenſem*, *Lapidem Aſtunigam*, & *Ferdianum Pintianum*, Græcarum Literarum & Latinarum Profeſſores, quorum ſcripta & ſtudioſa monumenta paſſim nunc in manibus habentur. *Alphonſum* Medicum Complutenſem, *Paulum Coronellum* & *Alphonſum Zamoram*, Hebræarum rerum conſultiſſimos: qui cum olim inter ſuos publicas ſcholas fuiſſent moderati, tum Chriſtianæ fidei ſacris ex animo ſuſceptis Eccleſiæ orthodoxæ domeſtici & alumni eſſent, merito ad tantum negotium à *Ximenio* ſunt vocati, quod illorum virtuti, eruditioni & conſtantiæ merito eſt commiſſum. Cum his viris de ſuo conſilio ſermones confert, liberaliſſime impenſas promittit, & ſingulos præmiis propoſitis privatim invitat. Ante omnia feſtinandum admonet, ne, ut ſunt res mortales caducæ & fluxæ, aut illi patrono ad eam rem promtiſſimo, aut ipſe tam accommodis adjutoribus privaretur, quorum præſentiam & operam pluris, quam ullas pretioſas poſſesſiones aut divitias æſtimaret. Accenduntur cuncti, *Ximenii* verbis

eruditiſſimis ceſſatum : conquiſiti undique utriusque teſtamenti vetuſtiſſimi codices, ad quorum fidem caſtigatio excudendorum fieret, & vitiata loca ſanarentur, & quæ dubia & obſcura eſſent, illuſtrata collucerent. Sed potiſſimum adjumento fuerunt Bibliothecæ Vaticanæ venerandæ antiquitatis apographi, quorum copia per *Leonem X*. P. M. benigniſſime *Ximenio* facta eſt, cujus jam tum magnificentiam demiratus, cœpit hominem in magno pretio habere & ejus conſilium, quamvis in ultimis terris poſiti, quoties reipubl. Chriſtianæ negotia poſtulabant, in rebus arduis requirere. LXX tamen translationis explicatio partim ab aliquot Academiæ Complutenſis eruditis hominibus, qui jam tunc ſub *Demetrio* & *Pinciano* præceptoribus in Græcis literis non vulgariter profecerant, partim à *Demetrio*, *Pinciano* & *Aſtuniga* adeo feliciter confecta fuit, ut nihil à LXX Interpretibus juxta Græcam eruditionem ſit dictum, qualia permulta apud eos habentur, quod à noſtris in tanta brevitate fuerit prætermiſſum. Fuit inter hos ad hoc munus vocatus *Joannes Vergara*, cui libri, quos vulgo Sapientiales vocant (ut ab eo ſæpius audivi) explicandi ſunt commiſſi: in quibus multa, quæ in vulgata translatione difficilia eſſe videbantur, in antiquam lectionem reſtituit, nihilque magis ſeni, cum otio fruebatur, ſibi dicebat in votis eſſe, quam librum Eccleſiaſtici (quem

pag. 112

Pa-

Panareten vocant) Scholiis aliquot illuſtrare: ſed tardavit præclarum inſtitutum incommodiſſima valetudo. Duravit ab hoc anno, qui M. D. II. Chriſti nati fuit, annos continuos plus minus quindecim de Sacris Bibliis edendis cura: ut pene cum *Ximenii* vita, finem quoque editio ſuſceperit. Ubi ſi per partes narrandum eſſet, quantum laboris exhauſtum ſit, quantum tædii & faſtidii devoratum à viris illis operi præfectis, in exemplaribus excutiendis, quamque multiplici & ardua negotiorum mole *Ximenius* interim alio evocaretur, nimium profecto in eis dicendis immoraremur. At illud unum, quod ad impenſas à *Ximenio* in ea re abſolvenda factas pertinet, reticendum nequaquam eſt. Septem Hebræa exemplaria, quæ nunc Compluti habentur, quatuor millibus aureorum ex diverſis regionibus ſibi comparaſſe, *Alphonſus Zamora* Hebræarum Literarum Profeſſor ſæpenumero referebat: ut interim de Græcis & Latinis taceam, quorum illa ab urbe Roma, hæc tum ex peregrinis locis, tum ex variis in Hiſpania Bibliothecis, ab octingentis ferme annis characteribus Gothicis ſcripta magnis ſumtibus Complutum ſunt delata. Jam vero Chalcographorum & ſcribarum ſalaria, doctorum hominum non vulgaria præmia, mercedes internuntiis propoſitas, quibus ad codices vetuſtos adipiſcendos utebatur, aſſiduam denique ſubminiſtrantium catervam,

quam ad res quæ inſpirato emergebant expediendas ſuſtentabat, & mille alia, quæ longum eſſet referre, ſi bene quis ratione ſubducta numeret, quinquaginta millia aureorum & amplius ſummam conficiet, quod & majores natu frequenter dicere audivi. Hac tandem diligentia, & auctoritate & liberalitate opus illud abſolutiſſimum prodiit *Leoni X.* Pontifici Max. dicatum, cum in teſtimonium grati animi, tum quod univerſa, quæ ad ſacrarum literarum illuſtrationem pertinent, nemini magis, quam Romano Pontifici, penes quem tota Chriſtianæ eccleſiæ auctoritas
pag. eſt, conſecrari & efferri debeant. Opus me-
113 hercle miraculo par, & cujus tanta apud omnes, qui ubicunque terrarum in ſacris literis verſantur, veneratio eſt, ut ad Complutenſium Bibliorum exemplum quicquid alicubi excuditur certatim revocetur: & in ſapientiſſimorum virorum ſcriptis, quoties de lectione ſacra controvertitur, teſtimonia ab eisdem petita proferantur. Hoc ergo, quod divini beneficii loco ego quidem reponendum arbitror, ſigno dato, mentis noſtrorum hominum atque adeo mortalium cæterorum, ad ſacras literas tractandas ſeſe converterint, ac velut è longo veterno ad ſacra myſteria perſcrutanda evigilarunt; quæ, ut in prooemiis huic operi per viros illos eminentiſſimos propoſitis ſapienter & copioſe dicitur, multam lucem, ne univerſam pene

di-

dixerim, ex linguarum cognitione, quibus utrumque teſtamentum ſcriptum eſt, ſuſcipiunt. Audivi *Joannem Brocarium* Complutenſem Excuſorem, *Arnoldi Guil. Brocarii* filium, ſæpenumero ad æquales dixiſſe; eo ipſo die, quo ultimo manus à patre Operis excuſioni impoſita fuit, ſe puerum eleganter veſtitum cum ultimo Bibliorum Volumine ad *Ximenium* veniſſe: qui impendio lætatus ita cœlum ſuſpiciens exclamavit: Gratias tibi ago, ſumme CHriſte, quod rem magnopere à me curatam ad optatum finem perduxeris. Et ad familiares continuo converſus, equidem, inquit, cum multa ardua & difficilia reip. cauſa hactenus geſſerim, nihil eſt, amici, de quo mihi magis gratulari debeatis, quam de hac Bibliorum editione: quæ una ſacros religionis noſtræ fontes tempore perquam neceſſario aperit: unde multo purior Theologica diſciplina haurietur, quam à rivis poſtea deductis. Non ſatis animi ſui magnitudini *Ximenius* ingens hoc Bibliorum edendorum opus eſſe arbitrabatur: adhuc alia ſecum volvebat, quæ morte præventus abſolvere non potuit. Nam ut *Joan. Vergaram* aliosque complures, qui eo tempore apud eum vixerunt, dicentes audivi, Ariſtotelicorum voluminum editionem parabat: ut ſingulæ paginarum facies ternis columnis diſtinguerentur: quarum prima Græca Ariſtotelis verba emendatiſſime contineret: media

vulgatam translationem: extrema vero novam quandam & liberiorem verſionem: ut ejus veluti commentariis ſcriptoris alioqui difficilis ſenſus abditi illuſtrarentur. Nam ad earum diſciplinarum cognitionem, quas in ſchola ſua tractandas propoſuerat, eum quoque auctorem pernecеſſarium eſſe intelligebat. Atque ad novam illam verſionem faciendam viros aliquot in Græcis & philoſophicis literis doctiſſimos accerſendos undecumque curaſſe. Huic rei inter alios, qui adhuc conquirebantur, *Joannes Vergara* deſignatus eſt, qui diligenter Latinos fecit octo de Phyſico auditu libros, tres de Anima: Metaphyſicos vero 14. qui Toleti in templi maximi Bibliotheca ſervantur. At cum Bibliorum editioni Ariſtotelica eſſet ſucceſſura, atque illa nondum abſoluta, *Ximenius* è vivis ſublatus ſit mortis præoccupantis injuria, quæ ſemper viris magnanimis periniqua & immatura accidit, præclari operis ingenti ſpe ſtudioſos homines fruſtravit.

pag. 114

De Typographeio Plantiniano ex *Ludov. Guicciardini* Belgio, de Antwerpia agentis.

Sed non minus quam omnia hactenus dicta ſpectatu & contemplatu jucundum ſimul & admirandum eſt amplum illud & celeberrimum Typographeion, quod ſeparatim

tim ab ipſa taberna libraria propriis commodisque admodum cellis exſtruendum curavit doctus ille & ingenioſus *Chriſtophorus Plantinus* Architypographus Regius, opus revera dignum quod memoretur, quia fortaſſe non conſtat, viſam hucusque fuiſſe vel hodieque in tota quam late patet Europa usquam videri ullam rem huic operi parem, ubi nempe tot prela, tot torcularia, tot & tam varii generis characteres, tot formulæ, totque alii apparatus & inſtrumenta vel juſtum Theſaurum pretio ſuo æquantia: tot denique viri præſtantes, & hisve talibus obeundis perquam idonei lautis undecunque ſtipendiis conducti, & occupati in corrigendis omnibus prorſus (nullam enim excipio) tam literatis, quam vulgaribus linguis, quæ inter Chriſtianos quidem in uſu ſunt. Ita ut omnibus computatis expendantur in hanc officinam ejusque appendices duceni & plures floreni, id eſt, ſupra centenos aureos noſtros in ſingulos dies. Rem profecto præclaram, ac non ipſi duntaxat laudatiſſimo ſuo auctori, verum & toti orbi utilem juxta ac perquam honeſtam! diſtribuuntur ſiquidem hæc tam pulchra tamque emendata volumina innumerabili pene numero per univerſum orbem terrarum. *Hactenus Guicciard.* Meminit hujus etiam officinæ *Jac. Aug. Thuanus* Lib. I. de vita ſua, ubi ſe, cum Antwerpiæ ageret, ad *Plantinum* divertiſſe ſcribit, in cujus tunc ædibus, li-

licet rebus acciſis, ſeptemdecim adhuc prælis operæ ferbuerint (ad an. 1576.) Exiit autem, ut ſupra dictum eſt, ex hac officina Regiorum Bibliorum opus, cujus editionis hiſtoriam, non minus ac Complutenſem, quam retuli, memorabilem adjungo.

---

pag. 115 Hiſtoria impreſſionis Bibliorum Regiorum, factæ Antwerpiæ per *Plantinum*.

Chriſtophorus Plantinus Turonenſis, Typographus Antwerpianus omnium ſuæ artis, qui hactenus ubicunque terrarum vixerunt celeberrimus, præter infinita alia, quæ nitidiſſime & correctiſſime edidit, Regiorum Bibliorum impreſſione, cum alios dudum ſuperaſſet, ſeipſum denique viciſſe videri poteſt. Ad illorum autem excuſionem cum motu, ut apparet, proprio animum adjeciſſet, nec tamen privatos patrimonii ſui ſumtus tantæ rei ſufficere arbitraretur, per idoneos homines apud *Philippum II.* Hiſpaniarum regem obtinuit, ut is impenſas ſumtuoſi operis in ſe reciperet, & idoneum aliquem, qui impreſſioni præeſſet, ex Hiſpania mitteret. Is fuit *Benedictus Arias Montanus*, Theologus doctiſſimus & polyglottus, de quo poſtea dicendum eſt. Verba autem ipſius regis hac de re ſunt ex Epiſtola ad *ducem ALBANUM* Belgii eo tempore præfectum.

Quam-

Quamobrem cum à *Chriſtophoro Plantino* cive Antwerpienſi de arte Typographica, ut accepimus, bene merito, opus Complutenſi illi ſimile, aut illo etiam majus & elegantius parari intellexerimus, ejusque rei magnitudini hominis tum induſtriam, tum etiam diligentiam ſufficere poſſe cognoverimus: ad regiæ dignitatis, quam cœleſtis Majeſtatis beneficio obtinemus, præcipuas curas maxime pertinere exiſtimavimus, hac quoque in parte Chriſtianæ reip. non deeſſe. Re igitur cum Supremi noſtri & S. Inquiſitionis conſilii Præſide, atque aliis compluribus viris; quorum erga Deum pietatem, & erga nos fidem & ſacrarum literarum inſignem peritiam jam diu cognitam perſpectamque habemus, communicata, & noſtro hoc conſilio non ſolum omnium ſuffragiis valde comprobato, verum etiam ſumme collaudato, Deo nos opus gratiſſimum, Chriſtianæ vero reip. utiliſſimum facturos exiſtimavimus, ſi ut præſtantiſſima illa Biblia linguarum diverſitate, characterum elegantia, ac omni denique ornatu & ſplendore illuſtrata in publicum prodirent, efficeremus, ac piis ejus viri conatibus noſtro auxilio & autoritate adeſſemus. Ut igitur conſilium hoc noſtrum ad eum quem optamus finem perducatur, ex eorum ſententia, qui à nobis ad hanc deliberationem adhibiti ſunt, *Bened. Aria Montano* Doctori Theologo ex aulicis

&

& ſacerdotibus noſtris, cujus linguarum fere omnium oportunam cognitionem & bonarum omnium artium ac diſciplinarum non vulgarem peritiam, atque adeo inſignem morum probitatem nobis abundanti exemplo atque tibi omnibus his hominibus noto perſpectam habemus, ejus negotii executionem commiſimus &c. literæ iſtæ regiæ an. 1568. 8. Kal. April. Madriti fuere datæ, quo eodem die etiam ipſi Plantino ſcripſit, die vero 18. Kal. Sept. Lovanienſi Academiæ *Montanum* & Biblicæ Impreſſionis negotium ſcriptis clementiſſime literis commendavit. Atque adeo eodem illo anno feliciter inchoatum eſt memorabile illud opus, fuitque primus ejus Tomus abſolutus Kal. Mart. anni ſequentis 1569. uti docet ipſius *Ariæ* ſubſcriptio & approbatio. Quintus autem & ultimus Tomus an. 1571. Kal. Febr. finem ſuum & perfectionem nactus eſt, ita ut triennii tempus totius operis integrationi impenſum ſit. Porro prædictus *Arias* in operis præf. in qua de divinæ Scripturæ dignitate, linguarum uſu & Catholici Regis (in excudendis hiſce Bibliis) conſilio agit, ſequentia inter alia refert: Igitur & à doctiſſimis & peritiſſimis viris, quales in Hiſpania quamplurimi & publicis Academiis, & ex ſacræ religionis Magiſtratibus cenſores & judices, atque adeo ex omni Eccleſiaſtico ordine miniſtri conſpiciuntur, ad tantam rem deliberandam adhibitis, communi

pag. 116

ni

ni omnium ſententia confirmatum eſt; hujusmodi regis conſilium non tanquam utile tantum, ſed etiam veluti plane neceſſarium ac divinum comprobari, & omnium ſuffragiis poſtulari, omniumque piorum ſtudio ut expleretur orari oportere. Sed quod rex ipſe libentiſſime ſuſceptum mature exequi atque perficere inſtituit: præſertim vero cum eorum omnium, quæ ad eam rem parandam & opportuna & etiam neceſſaria erant, magnam copiam apud ſe eſſe intelligeret: ſeque iis viris, qui tanto huic operi & exordiendo, expoliendo & omnibus ſuis numeris & partibus abſolvendo præeſſe poſſent, qualis ipſe rei literariæ amantiſſimus quamplures continuo fovet, omnino non carere conſpiceret. Tantum igitur Catholici Regis conſilio, ſtudio, autoritate atque benignitate præſtitum eſt, ut operis hujus admiranda moles, maximis rerum difficultatibus ſuperatis extructa, & ad publicum Catholicæ Eccleſiæ uſum æternumque Chriſtianæ veritatis monumentum ſtabilita & expoſita denique fuerit: cujus inſpectionem nulli Chriſtianæ pietatis ſtudioſo non gratiſſimam utiliſſimamque fore arbitramur: cum propter eximiam omnis generis characterum elegentiam, & propter egregiam optimi & celeberrimi typographi operam, tum vero maxime propter ſummam integræ & incorruptæ lectionis perfectionem, quam propter aſſiduam doctiſſimorum & lingua-

guarum omnium peritiſſimorum hominum diligentiam, variorum quoque & correctiſſimorum exemplarium, Romanorum videlicet, Venetorum, CPolitanorum & Germanorum collatio nobis præſtitit. Complu-
pag. 117 tenſibus vero potiſſimum hac in parte uſi ſumus, quæ quidem à celebratiſſimo ac pientiſſimo viro *Franc. Ximenio*, Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum præſide ſummo, S. R. E. Cardinal. magno ſtudio, incredibili ſumtu, inſigni diligentia, utiliſſimoque eventu edita quondam fuerant, & apud doctos homines magno in pretio habita. Quæ tamen quia propter miram eorum paucitatem & raritatem deſiderabantur, hoc in opere non modo inſtaurata, ſed multis etiam in partibus aucta, integrata, locupletata, magno etiam appoſitiſſimoque rerum & verborum apparatu exornata ſunt. Nam præter excellentem formarum chartæ & characterum præſtantiam integras etiam Chaldaicas in Vet. Teſtamento paraphraſes & Syriacæ in novos lectionis libros, eoſdemque diligenti ſtudio & cenſura examinatos & commoda Latinarum interpretationum copia inſtructos opus hoc Complutenſibus Bibliis addit; & quod ad lectionis & ſententiarum diſtinctionem explicationemque plurimum confert, acutos omnes Hebraicoſque apices (quos nunquam perire Chriſtus patietur) diligentiſſime obſervatos adjungit. Inſignem præterea rerum & ver-

verborum ſupellectilem alias variis codicibus diſperſam hoc unum opus continet, quæ magis uſu percipi, quam oratione indicari poſſunt. His accedunt variarum in omnibus linguis lectionum propoſita exempla, quæ quidem quot & quantos lectoribus fructus allaturi ſint, nemo facile æſtimare poteſt. Sunt præterea integra Hebraica Biblia novumque Teſtamentum Græcum cum Latinis ad verbum interpretationibus, majori quam unquam antea diligentia & ſedulitate elaboratis; quæ præterquam quod ad ſententiarum cognoſcenda myſteria plurimum adjumenti afferunt, Latinum hominem Hebraicam & Græcam; Græcum vero & Hebraicum Latinam linguam ſine præceptore ac nullo pene negotio docere poſſunt. Addita præterea ſunt opportunis locis difficiliorum verborum Hebraicorum, Græcorum & Syriacorum themata, quas radices Hebræi dicunt. Poſtremum vero & utiliſſimum illud Volumen adjungitur, quod, quia multarum & ad familiares divini verbi explicationes commodiſſimarum rerum copioſam ac multiplicem ſuppeditat materiam, ſacrorum librorum apparatum inſeripſimus, quo in opere dictionaria, obſervationes, arcanorum ſermonum interpretationes multaque alia cognitu digniſſima continentur. Atque hæc quidem omnia magnæ ſacrarum literarum ſtudioſis utilitati, magnoque uſui Catholicæ

eccleſiæ futura, à *Philippo* Catholico rege curata, ejusque tum auctoritate & dignitate, tum liberalitate regia expedita, & inſigni rerum omnium diverſitate ac elegantia inſignita, ad optimum & feliciſſimum exitum divinæ providentiæ ſummo beneficio tandem perducta ſunt. Etenim tantum opus, quod
pag. 118 maximos ſumtus, inſignem artificum diligentiam, exemplarium opportunam copiam, operarum frequentiam aſſiduam, multorumque judiciorum ſententias ex variis Europæ partibus collectas exigebat, ſine præſenti Dei numine & auxilio effici & abſolvi non potuit; adeo ut ipſam tot rerum & perſonarum unanimem, perpetuam & indefeſſam facultatem non tam hominum opera & ſtudio comparatam, quam divinitus oblatam & conceſſam fuiſſe palam ſit fatendum; opusque ipſum argumento & re plane divinum eſt, ita etiam ut hoc modo atque hoc tempore hujus regis tanto ſtudio ederetur, ex divino conſilio profectum fuiſſe dubitandum minime ſit: quod quidem vel ex eo conſtat, quod *Pius V*. P. M. qui hodierno die Catholicæ Eccleſiæ pro Chriſto ſanctiſſime præeſt, ubi hoc præclariſſimum & utiliſſimum opus regis ſtudio & ſumtu Antwerpiæ inſtitutum inchoatumque intellexiſſet, miſſo à ſe ad *Albanum* ducem Belgii præfectum gratulationis & honoris cauſa in tantæ victoriæ ab eo reportatæ gratiam, legato præter alia in mandatis dederit,

rit, ut opus ipſum operisque promotores omnes fauſto & grato Sanctitatis ſuæ nomine, nutu, aſſenſu atque auſpiciis, benedictione etiam adjuncta proſequeretur: qua quidem re nulla alia ſub cœlo vel regi ipſi gratior, vel regiis hominibus in eo opere continuis laboribus augendo & expoliendo incendendis aut aptior, aut magis accommodata eſſe potuit &c. Idem deinde *Arias Montanus*, totius ditionis Superintendens, ſummusque nomine regio præfectus, in altera præf. in qua de totius operis uſu, dignitate & apparatu & ordine diſſerit, lectorem non tantum ad multilinguos ſacri eloquii codices hoſce invitat, ſed etiam omnes illos, qui vel præſentes, vel abſentes hanc editionem juverint & procurarint, ediſſerit, quæ omnia hic etiam legi digna judico. *Hæc fere ſunt, Lector*, inquit, *quorum te admonitum volumus, ut apparatiſſimo atque ampliſſimo hoc opere, quod in totius Chriſtianæ reip. gratiam prodit, commodiſſime utaris. Neque enim de ejus utilitate nobis hoc loco pluribus propoſitum eſt dicere: quippe quod ejus præſtantiam ne eloquentiſſimus quidem orator, ut par eſt, copioſiſſima oratione conſequi poſſit. Sed quid in hac parte præſtitum ſit, ſi ei operam dabis, ex te ipſe vere cognoſces. Id enim bona omnium venia libere auſim affirmare, nullum unquam ex typographica arte tantum adeoque inſigne beneficium in Chriſtianam remp. fuiſſe collatum. Si enim operis ipſius magnitudinem, ſplendorem & dignitatem attente conſiderabis, lector,*

*quid prius, aut etiam, quid magis admirari debeas,
haud facile ſcias. Te enim tot idiomatum diverſi-
tas, fideles ubique interpretationes, characterum præ-
ſtantia, tabularum elegantia, ac denique totus hic
præſtantiſſimus apparatus ita oculos atque animum te-*
pag. *nebit tuum, ut vere dicas, tanti hujus muneris Deo*
119 *Opt. Max. cujus ope & auxilio inchoatum, ac deni-
que non ſine manifeſto ac ſummo ejus favore & ſin-
gulari beneficio ad optatiſſimum finem tandem ali-
quando perductum eſt, mox etiam doctiſſimis ac vi-
gilantiſſimis viris, quorum opera & induſtria tibi,
quale eſt, exhibetur, ingentes & nunquam intermo-
rituras gratias eſſe habendas.*

*Vos itaque architecti ponderum ac menſurarum pe-
riti arithmetici, Hebraica, Chaldæa, Græca, Syriaca
& Latina lingua ſtudioſi, vos denique eruditiſſimi
Theologi, quicquid in aureo ac plane divino hoc mu-
nere vobis exhibetur, id totum* Philippi *regis poten-
tiſſimi, ac de re literaria optime meriti, cujus man-
dato nos pro ejus erga literatos homines ſtudio ac amore
huic tanto operi præfuimus, inſigni pietati, flagranti
ſacrarum literarum deſiderio, magnificentiſſimis ſum-
tibus, ampliſſima munificentia, vereque principe ho-
mine digna liberalitati acceptum referte. Denique
ne ſolum literatorum turba, quæ hodierna die extat,
verum etiam poſteri tantorum laborum ac vigiliarum
ingenio præſtantibus & eruditione perfecta hominibus,
qui, quantum laboris & operæ in ſacratiſſimo hoc o-
pere impenderint, & res ipſa docet, & Chriſtiana
resp. abunde cognoſcit, debitum honorem ac optimo
jure debitas tanti beneficii gratias agant (nihil enim
ma-*

majori dignum & commendatione & memoria & ſempiterna gloria in infinita poſteritate ab illis expectari poterat) eorum nomine & cognomine perpetuum laboris, operæ, ſtudii, diligentiæ, eruditionis, doctrinæ animique ad Chriſtianam remp. pro viribus juvandam, admodum propenſi clarum & illuſtre teſtimonium hoc loco adſcribi curavimus.

Itaque ne quamplurimos Hiſpanos, Italos & Gallos, qui nos ſua ope & auxilio plurimum juverunt, hoc loco referamus: eos tantum recenſebimus, qui ab ipſo operis initio ad finem uſque, tum in eo parando, deſcribendo, vertendo, adornando, immutando aut corrigendo multum laboris, operæ ac diligentiæ adhibuerunt. Ex quorum numero Chriſtoph. Plantini, *viri de Typographica arte, qua cæteræ omnes illuſtrantur & vivunt, optime meriti ſummam ingenii dexteritatem, admirabilem prudentiam, ſedulam operam, infinitos labores, ac denique omnibus in rebus inſignem diligentiam nemo ſatis admirari, ac dignis laudibus extollere poteſt: nec eſt, Lector, quod pluribus hac de re tecum agam, res enim per ſe ipſa loquitur. Non enim ſolum infinita tum veterum, tum etiam recentiorum in omni artium & ſcientiarum genere volumina, quæ ab ejus prelo in totius Chriſtianæ reip. gratiam continuo prodeunt, quam mirifice is rem literariam augeat, amplificet & exornet, literatis omnibus fidem faciunt; verum etiam præſtan-* pag. 120 *tiſſimus hic SS. Theologiæ & antiquiſſimarum Linguarum Theſaurus, quoniam ille ſua induſtria & labore in adjuvanda republ. ſit animo, & hujus & futuri ſeculi hominibus luculentiſſimum erit teſtimonium.*

Maximam vero partem eorum, quæ hic diligenter correcta, exornata, perpolita & elaborata ſunt, Franc. Raphelengi, *quem ſibi generum* Plantinus *adſcivit, ſummæ induſtriæ, incredibili diligentiæ continuæ ſedulitati, perſpicaci ingenio & præſtanti judicio acceptam referre debes; te enim, lector, judicem appello, ut ex operis ipſius magnitudine, præſtantia ac dignitate tute æſtimes, quot & quales fuerint hujus viri labores, & quam inſignis antiquarum linguarum peritia, quæ meo quidem judicio nemini ſuo jure cedit. Ampliſſimus enim hic ſcientiarum & linguarum Theſaurus ſe hujus viri ope & induſtria ita, ut vides, correctiſſimum in lucem prodiiſſe, ſua raritate & excellentia aperte teſtatur.*

Guidonem Fabricium, *cujus ſupra meminimus, tum genere, tum ob præclaras animi dotes vere nobilem, atque inter præclariſſimos Galliæ Poëtas non immerito commemorandum, Catholicæ Eccleſiæ ac religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimum, Hebraici idiomatis peritiſſimum, atque adeo Syriacæ linguæ inſigni cognitione ornatum (quod quidem vel ex ipſa teſtamenti novi Syriaci latina interpretatione aperte cognoſci poteſt) non eſt quod meis verbis hoc loco commendem: ejus quippe inſignis eruditio & opera, quâ nos in hoc opere mirifice juvit, ipſa per ſe ſatis prædicant, à ſtudioſis omnibus huic viro plurimum deberi.*

Nicolaum Fabricium Guidonis *fratrem in antiquis, ac potiſſimum in Hebraica lingua non infeliciter verſatum, qui ſua diligentia & continuis laboribus in hoc opere transſcribendo, interpretando & corrigendo inter cæteros nobis etiam adjumento fuit, huic catalogo merito inſerendum duximus.* In-

Inprimis autem ſacrarum literarum ſtudioſi Auguſtino Hunnæo *&* Cornelio Goudano, *duobus Lovanienſis Gymnaſii luminibus, ſacræ Theologiæ Doctoribus & publicis Profeſſoribus, ac toti rei literariæ addictiſſimis ingentes habeant gratias: His enim propter inſignem eruditionem & ſacrarum linguarum non vulgarem cognitionem optimi regis mandato hoc opus evolvendum ac diligenter examinandum à Lovanienſi Academia commiſſum eſt. Qui quidem, quo ſunt felici ingenio & maturo, & ad graviſſimas quasque res apto judicio (adhibito ad eam rem* Joanne Harlemio, *ſacræ Theologiæ Licentiato, in omni linguarum genere exercitatiſſimo, S. Scripturæ & Hebr. linguæ apud Lovanienſes in Soc. Jeſu Profeſſore) ſuo munere, ut à tantis viris exſpectari poterat, cum ſumma laude perfuncti ſunt: atque hac quidem in parte ipſorum decretum, pro ea, quam obtinet, auctoritate interpoſitum eſt.* pag. 121

De me autem, ac de meo labore & induſtria (quantulacunque ea eſt) nihil profiteor. Hoc tamen unum non reticebo: me ſcil. continuo immortales Deo gratias agere, quod decem idiomatum cognitionem pro ſua clementia atque benignitate mihi impertitus ſit. Quorum idiomatum gratia (cum ſapientiſſimo & potentiſſimo Regi noſtro, ejusque à conſilio ampliſſimis viris ingratus non ſim) dum plerique graviſſimi ac doctiſſimi viri in Hiſpania publicis muneribus pro ſua quisque doctrina & ſapientia funguntur: mihi in hac mea peregrinatione tantum munus demandatum eſt. In quo quidem, qua ratione ſim verſatus, aliorum eſto judicium.

 At

At ne erga eos, qui in tranſmittendis ad nos correctiſſimis exemplaribus, aut etiam nobis ſuo conſilio, ope & induſtria in hoc opere adfuerunt, ingrati animi vitio laborare videamur: atque ut tuo, lector, deſiderio hac etiam in parte abunde ſatisfaciamus, nomina præſtantiſſimorum quorundam virorum, qui egregiam operam nobiſcum conſumpſerunt, & quibus non parum debent ſacrarum literarum ſtudioſi, hoc loco cæteris adjecimus. Inter quos Cardinali Spinoſæ, *regii in Hiſpaniis ſummi conſilii & ſanctæ Inquiſitionis Præſidi ampliſſimo, non parvæ ſunt habendæ gratiæ: ejus enim conſilio & favore, convocatis etiam ad eam rem præſtantiſſimis viris Regique à conſiliis Rex noſter optimus & ſapientiſſimus præſtantiſſima hæc Biblia inchoari & ad finem perduci voluit.*

Complutenſi Academiæ multum debent literati homines: Illa enim, duobus & quadraginta Theologiæ Doctoribus undique collectis, ſuo ſuffragio regis inſtitutum velut ſanctiſſimum comprobavit.

Nec vero Granvellanus *Cardinalis ampliſſimus hoc loco nobis defuit: pro eo enim, quo erga rem literariam, ac potiſſimum Sacroſanctæ Theologiæ ſtudia eſt propenſo animo, Bibliorum Græcorum exemplaria, ſuis impenſis ad Vaticanorum fidem deſcripta ac diligentiſſime collata ad nos opportune tranſmiſit.*

Nec poſſum, Lector, Sirleti *etiam Cardinalis operam, induſtriam ac doctrinam prope ſingularem tibi non vehementer commendare. Is enim præter graviſſimas occupationes, quibus ampliſſimus & ſacratiſſimus Cardinalium ordo diſtineri ſolet, animum ad ſacrarum literarum ſtudia ita convertit, ut jam*

Theo-

Theologorum labor in perquirendis ſacrorum voluminum variis lectionibus magna ex parte ſit ſublevatus: tanta enim induſtria & judicio eas collegit, & quas pag. 122 *ſequi, & quas rejicere oporteat, ita docte admonuit, ut merito tanti beneficii immortales gratias ampliſſimo huic viro habere debeas.*

Joannes Regla *feliciſſimæ memoriæ* Caroli V. *Cæſaris invictiſſimi Confeſſor (quem vocant) inſtituti Hieronymiani apud Hiſpanos ſuam hac etiam in parte præſtitit operam.*

Petrus Serranus, *Cordubenſis, in Complutenſi Academia Theologiæ Doctor,* F. Ludov. Strada, *Theologus Abulenſis,* Ambroſius Morus, *Cordubenſis, omni diſciplinarum genere ornatus, &* Gabr. Zayas, *regiorum (quas vocant) ſtatuum à ſecretis ſuis votis & diligenti procuratione, ut hoc opus, quale eſt, in lucem prodiret, pro viribus effecerunt.*

Ab Andr. Maſio, *viro à Conſiliis, & ſecretis Ducis Cliviæ, plerisque valde doctis annotationibus, & Chaldaica paraphraſi in priores Prophetas, Pſalmos, Eccleſiaſten & Ruth, ope Hiſpani exemplaris, à ſe Romæ inventi, &, quod maximum eſt, Dictionario Syriaco cum ejusdem idiomatis doctiſſima Grammatica aucti ſumus, ſummam certe commendationem præſtantiſſimus & antiquarum linguarum peritiſſimus hic vir apud omnes ſtudioſos meretur.*

Eſt etiam nobis à Clemente Anglo, *Philoſophiæ & Medic. Doctore, qui in hiſce regionibus propter Chriſtianam religionem exulat, exhibitum Pentateuchi græci ex* Thomæ Mori *Bibliotheca elegantiſſimum exemplar.*

His autem omnibus addo Guiliel. Canterum, *virum præter generis nobilitatem, & rei familiaris amplitudinem in Græcis & Latinis literis feliciter verſatum, reique publicæ ſtudioſiſſimum, atque adeo de hoc opere omni ex parte bene-meritum.*

Detulimus & nos ex Complutenſi Bibliotheca poſteriorum Prophetarum paraphraſin Latinam ex Chaldaica factam: atque adeo ex noſtra antiquiſſimum exemplar poſteriorum Prophetarum Hebraice & Chaldaice ſcriptum.

Chriſtoph. Plantinus *habuit penes ſe Complutenſia Bibliorum exemplaria excuſa. Præterea Veneta, Hebraica, Chaldaica & Græca, & Germanica Hebræa, & alia ſuis typis alias impreſſa; deinde Græca omnia, quæ quidem in Galliis & Germania extant celeberrima.*

Daniel Bombergus, *pius & doctus vir, & partim tum nominis, tum ingenii hæres, Novi Teſtam. antiquiſſimum exemplar Syriacum Coloniâ Agrippinâ ad nos attulit, quod quidem magno nobis fuit uſui & commodo. Id enim contulimus cum iis noſtris, quæ* Ferdi-
pag. nandi *optimi ac piiſſimi Imperatoris beneficio paucos*
123 *ante annos cum Latina eccleſia communicata fuerant.*

Itaque jam ex te ipſo, Lector, facile potes conjicere, quale & quantum munus tibi offeratur, cum ad id parandum tot & tam inſignium virorum induſtria & ſingularis, quâ prædicti ſunt, doctrina acceſſerint &c. Scripſit autem illa *Arias* an. 1571. 10. Kal. Sextilis.

Cæterum ipſum opus hoc Biblicum Quinquelingue quod attinet, diſtinguitur id in Tomos

mos

mos quinque, quibus deinde apparatus Biblicus tribus Tomis accedit.

Hactenus relata in principio primi Regiorum Bibliorum Tomi leguntur. Dolendum autem fuit, magnam partem hujus primariæ editionis Biblicæ exemplarium, dum in Hiſpaniam vehuntur, abſorpta à tempeſtatum vehementia navi, in aquis periiſſe.

De Plantino & ejus Antwerpienſi Officina addo etiam, relato jam *Guicciardino*, *Carolum Scribanium* in Antwerpia, titulo: Ars typographica, p. 43. ita ſcribentem.

Hanc vitam à Plantiniano prelo quanti acceperunt? perierant æterna inſculpti oblivioni; aut tanquam anima nunquam conlata, aut tanquam univerſim erepta, jacebant proſtrati in perenni quodam ignaveſcentes ſopore; ni ab hoc afflatore nova redanimatione rediiſſent in vitam. Scio in omni prope gente floruiſſe in hac arte nobiles; novi è Latio Manutios, *è Germania* Frobenios, *è Gallia* Stephanos. *At vos unius* Plantini *nomine omnium tenebraſtis nomina. Si ſidera illi Regnis ſuis, ſol veſter fuit; non urbi huic, non Belgio, ſed orbi, qua patet. Et ut omnia hujus magna, nihil majus fuit Bibliis regiis, quæ quicunque è Latio, Græcia, Palæſtina, Chaldæa, Syria intuebitur, non exclamet, viciſti: Octavum orbi miraculum hic eſt? & non tanti machinatorem operis, alte ſublatum, per quicquid eſt orbis ſicco devehant pede viridique*

- - advelent victricia tempora lauro,

quot-

quotquot nobiliſſima hujus & æternatura artis cultores, Regna & Imperia fovent?

pag. 124 Placet etiam *Chriſtoph. Mylæi* locum adſcribere è librorum ejus doctiſſimorum vereque aureorum, de univerſali rerum hiſtoria ſcribenda, ſecundo. (pag. 93. ſq. Baſil. 1551. fol.) Is enim non tantum œconomiam & commoditates Typographici artificii eleganter explicat, ſed etiam contra ac ab aliis factum, qui inter Mechanicas illi principatum concedunt, inter liberales artes recipi dignum cenſet.

Habuere olim librarios diverſi generis, qui ingeniorum monumenta ſcite & venuſte exarabant: horum profeſſio maxima ex parte hodie relicta, introducto novo & laudabili, ad omnem Scripturæ celeritatem, ſuperioris memoriæ invento. Typographiæ nomen ei arti dedimus, quæ ipſa plumbeis characteribus pro literarum atque notarum numero ingenioſe fuſis, & in cellulas ſui cujusque generis aptiſſime diſtinctis, ad eandem, qua ſcribimus, rationem typos expedite ſeligunt, componunt invicem, quaſique colligant, ut paginæ totæ æqualibus inter ſe verſibus compleantur. Has marginibus ferreis arcte, ne dilabi poſſint, concludunt & diligenter emendant. Poſt atramento, quo hæreat, parato, duabus ſemipilis mollibus ad convenientem reſperſionem utentes prælo ſubjiciunt ac fortiter comprimunt. Itaque juſto paginarum numero expreſſo, iidem typi diſſolvuntur, ac in ſuas cellulas reponuntur, ut reliquis totius in-

inſtituti operis partibus effingendis, rurſus atque iterum, pro verborum ſerie coagmentari poſſint. Repetitis inde frequenter utraque ex parte ejusmodi, quas vocant, formis, ſcriptores diverſarum linguarum, perinde ac ſigillo cera impreſſo, quodam numeroſo partu in multa exemplaria celerrime tranſcribuntur: quorum ut eſt commoditas, venuſtas & elegantia major, ita, laborioſa & longa Scriptura ratione habita, precium longe minimum. Nam ſcriptores unius libri pluris olim venire ſolebant, quam hodie tota prope Bibliotheca: ut privatus libris non minus abundanter ſeſe poſſit inſtruere, quam tum maximis ſumtibus Respublica & principes viri comparare potuiſſent. Effectum etiam illud eſt hac induſtria, ut ſtudioſi homines in omni genere Scriptorum maximos progreſſus habeant: quandoquidem omnia, quæ oppreſſa diutiſſime latuerant, in lucem ad communem uſum jam proferuntur; ut ſemel editi libri non perinde posſint deinceps oblivione poſteritatis extingui. Digna profecto ars, quæ de juſtis cauſis, ſicut olim Pictura, propter maximum ſtudiorum uſum inter diſciplinas liberales adnumerari debeat.

De Officina Colonienſi Hieratina.

Notiſſimum eſt inter celebriores typographos *Ant. Hierati* nomen, is, ducta *Joannis Gymnici* heri ſui vidua, Typographicum negotium induſtrie, laborioſe exercuit Coloniæ Agrippinæ, ubi dignitate Senatoria & vitæ integritate conſpicuus vixit. Hujus offici- *Pag. 128*

ficina, etſi Plantinianæ paucisque aliis dignitate, magnificentia & fama fortaſſis inferior ſit, operum tamen & ingentium ab illo excuſorum Voluminum multitudine, licet in aliquibus *Joannem Gymnicum* privignum ſuum ſocium admiſerit, non dubitem illam prædictæ & quibuscunque aliis opponere: ac præterea perſuaſum mihi eſt, lectori non ingratum fore, ſi præcipuos, quibus rem literariam auxit & inſtruxit, libros hoc quoque in loco breviter indicem. Præſtitum hoc eſt à filiis ejus in ingreſſu magni Theatri Beierlingiani, quod octo Tomis ab hoc ipſo imprimi cœptum, à natis autem feliciter abſolutum eſt. Ut fatear, quod ſentio, ego quidem hactenus, licet harum rerum non incurioſus, non memini ſimile quid de quoquam comperiſſe. Et auget hujus rei miraculum, quod intra annos non admodum multos varia illa diverſorum auctorum opera, quæ maximam partem mox audies, reliquam alibi, ubi dixi, invenies, & numero multiplicia & mole ingentia feliciter impresſerit. Sunt autem ſequentia:

S. *Ambroſii*, S. *Auguſtini*, S. *Athanaſii*, S. *Baſilii* M. S. *Bernardi*.

S. *Cypriani*, S. *Epiphanii*, S. *Gregorii Thaumaturgi*, S. *Gregorii Nazianzeni*, S. *Gregorii Nyſſeni*, S. *Hieronymi*, S. *Hilarii*, S. *Hug. de S. Victore*.

S. *Theodoreti Cyrenſis*, S. *Iſidori Hiſpalenſis* ac *Tertulliani* Opera omnia.

A

Alphonſi Toſtati Epiſcopi Abulenſis opera, Tomis 12. cum Indice.

Alphonſi Salmeronis Soc. Jeſu Opera in Novum Teſtam. tom. 16.

Benedictus Pererius Soc. Jeſu in Geneſin & Danielem &c. tom. 5.

Jo. Lorini Soc. Jeſ. in Levit. Numeros, Pſalmos & Acta Apoſt. tom. 4.

Venerabilis *Beda* tom. 8.

S. *Bonaventura* tom. 7.

Rabani Mauri tom. 6.

Tomi omnium Conciliorum Græce aut Lat. editorum tom. 4.

Joannis Azorii Soc. Jeſu Inſtitutiones Morales, tom. 3.

Concluſiones Cardinalis *Tuſci* tom. 8.

Annales Cardinalis *Baronii*, tom. 12.

Jac. Saliani Annales, tom. 6.

Hiſtoria Soc. Jeſu, tom. 2.

Controverſiæ Cardinalis *Bellarmini*, tom. 4.

Chriſtoph. Clavii Opera, tom. 5.

Bibliotheca demum Patrum, tomis quindecim.

Atque hæc omnia in Folio, ut vocant, impreſſa ſunt, ac pleraque, quæ mole recenſitis inferiora minus admirationis habitura videntur, ſciens præterii.

AETERNITATI SACRVM.
QVOD TERRAE TEVTONICAE ET APOLLINEI
REGNI DECORA
IOANNES FAVSTVS MOGVNTINVS,
JOANNES GVTENBERGIVS ARGENTINAS,
PETRVS OPILIO SIVE SCHAEFERVS
GERNSHEIMENSIS,
VIRI INSIGNES, MEMORABILES, INCOMPARABILES,
REIP. LITERARIAE ILLVSTRANDAE, PROPAGANDAE, CONSERVANDAE
NATI DIVINITVSQVE DATI TRIVMVIRI
SEMPITERNAM AD OMNEM POSTERITATEM GLORIAM PROMERITI,
ARTEM TYPOGRAPHICAM,
QVA NON ALIA SVB SOLE MELIOR, VTILIOR, DIGNIOR, HONORATIOR,
PRIMITVS INVENERINT, PROMOVERINT, AVXERINT, EXCOLVERINT, PROPAGARINT, DILATARINT,
ORBEM CHRISTIANVM EATENVS INCONSPECTA ET INSPERATA LIBRORVM SVPELLECTILE
IMO VERO INAESTIMABILIBVS DIVINIORIS INVENTI THESAVRIS
MVSARVM ALVMNOS STVDIISQVE DEDITOS

SVA

SVA AC DISCIPVLORVM SVCCESSORVMQVE SVO-
RVM OPERA DITAVERINT, BEATOSQVE, SI VTI
NORINT, FECERINT:

SENATVS POPVLVSQVE LITERATO-
RVM

AC TOTA GERMANICI NOMINIS
VNIVERSITAS

IMMORTALIBVS PROTODAEDALIS,
QVI IPSIMET ARTE, ET LABORIOSA INDVSTRIA
SVA

AERE PERENNIVS ET INDEMOLIBILE MO-
NVMENTVM SIBI EREXERVNT,
IN GRATITVDINIS ET PROMERITAE LAVDIS
TESTIMONIVM

DIVIS HOMINIBVSQVE FAVENTIBVS ET
APPLAVDENTIBVS

ORBE TOTO VOLENTE, ADMIRANTE, OBSTVPE-
SCENTE

DONEC SPLENDIDIVS DIGNIVSQVE
PVBLICO NOMINE AC SVMPTV ERIGATVR
HOC QVALECVNQVE μνημεῖον, A PRIVATO
HOMINE PONI
PERMISERVNT ET APPROBARVNT.

Chronographicum
ANNVM, LOCVM ET INVEN-
TOREM

ARTIS TYPOGRA-
PHICAE

continens,
Anno. 1635 ante hac impreſſum.

VETVS ET CLARA
MOGVNTIA
INVENIT
CHARACTERES
FVSILES,
AVTORE

JOANNE { GVTENBERGIO.*
FAVSTO.

FINIS.

* Additiunculæ ſuis quæque locis inſerendæ, (quæ in altero hujus libri exemplo ſupra memorato non extant) in notis ſtellula indicatæ reperiuntur.

IN-

INDEX RERUM.

A.

Aedituus conſularis Harlemenſis, 51
Aereorum typorum inventio, 74. 80
Aerearum tabularum in typographia uſus, 102
Aereas tabulas incidendi artem quis invenerit? 103
Aldina officina, 91
Alphonſo Neapolitano regi an nota Typographia? 84
Angeli Rocchæ de Typographiæ abuſu querela, 105
106
Annus propalatæ Typographiæ, 14. 62. 78. 81
Andr. Schotti teſtimonium de Officina Wecheliana, 87
Argentinam qua occaſione Typographia devenerit? 77. 78
Argentinenſes Typographi, 85
Argentinenſes an invenerint Typographiam? 3. 70
Argumenta Moguntinorum contra Harlemenſes, 45
Atramenti impreſſorii inventio, 74. 80
Auguſta Vindelicorum an typographiam invenerit? 70. 71
Auguſtana primæva officina typographica, 88
S. Auguſtini opera quis primus impreſſerit? 85

B.

Baſileenſes typographi, 85
Batavia Hadr. Junii quando edita? 5
Biblia Latina cum gloſſa, ab Adolpho Ruſchio excuſa, 85
Biblia Germanica antiqua manuſcr. Auguſtana, 88
Biblia Germanica, ubi & à quibus antiquitus excuſa, 88

Bibliotheca Aldi jun. 98
Bibliopolia à quo tempore eſſe cœperint, 105
Bombardæ à Germanis inventæ, 10
Buslidianum trilingue Collegium, 91

C.

Calcographiæ Encomium Jo.Ant. Bergellani, 25.96
Carneadica eloquentia veritati minime neceſſaria, 51
Carolus V. Imp. Petri Apiani in Mathematicis diſcipulus, 14
Cathaitani an typographiæ inventores? 3.4.20
Catalogi librorum ſemeſtres Nundinarum Francofurtenſ. 105
Catalogi Officinarum, 95
Chinenſes an invenerint typographiam? 2 3.4 14.19.20
Chinenſis impreſſoria typographiæ affinis, 59
Chronicon Colonienſe non eſſe Moguntinis contrarium, 58.59
Colonienſes officinæ & typographi, 95
Coloniam quis typographiam primus detulerit? 58.82
Complutenſium Bibliorum editio, 89.99.110
Conciliorum decreta de officio typographorum, 107
Conradus Celtes, primus è Germanis coronatus poëta, 11
Controverſiæ typographicæ conciliatio Bertiana, 35 59. eadem ab Alſtedio tentata, 40. à Serario 46 à Boxhornio, 56. à Jo.Iſ. Pontáno, 40
Correctores aliquot celebriores, 96.97
Cornelius Bibliopegus, 30.57

D.

Daventrienſis vetus typographus, 88.89

Dia-

Dialogus Jo. Sureni de typographia Harlemi inventa, 50
Diſcordia inter Harlemicæ cauſæ propugnatores, 60
Diverſitas opinionum de anno & tempore inventæ typographiæ, unde originem habeat? 82

E.

Emblemata diverſorum typographorum, 104
Epiſtolæ Philologicæ Goldaſti, 105
Eraſmi ad Schurerium typographum epiſtola, 85
Eslingenſis typographus, 88

F.

Fagini cortices ad rem typographicam inepti, 51
Fauſtus an Gutenbergius typographiam invenerit? 73. 74 &c.
Fauſti cum Gutenbergio lis, 76
ejusdem in cauſa triumphus, ibid.
Francofurtenſ. Typographi, 68
Francofurtenſis mercatus librarius, 86. 87
Francofurtum Europæ umbilicus & centrum, 87
Florentinus typographus, 84

G.

Gallæci chartacearum officinarum Baſileæ propagatores, 31
Galli an invenerint typographiam? 3. 17
Germani æris tractandi peritiſſimi, 10
Germanis ſtudioſi debent ob inventam typographiam, 10. 14. 19. 21
Germania olim inculta, hodie ſtudiis florentiſſima, 13
Germani negligentiores in perpoliendis inventis ſuis 21

M.

M. Ant. Sabellici ætas, 12
Manuſcripti libri Themiſtanei, 21
Mariani Victorii error, 75
Matrices typorum à quo inventæ? 78. 80
Mariangelum Accurſium non eſſe Moguntinis contrarium, 58. 59
Mechanicarum artium præcipua calcographia, 13. 40
Mexicani ſive Themiſtiani an typographiam invenerint? 21
Mich. Rogerius, Soc. Jeſu, Chinæ inquilinus, 2
Miniatura primævis typographis familiaris, 102
Moguntini inventores typographiæ, 3. 7. & paſſim.
Monaſterienſis vetus Typographus, 88. 89. an typographiam invenerit? 74

N.

Neapolim quando & per quem typographia devenerit? 84
Nicolaus V. Papa, an Typographorum Mæcenas? 84
Nicolaus Galius Ludimagiſter, 30
Nicolaus Jenſon, Germanus, Gallus, an Danus fuerit? 12. 74. 83
Nicolai Perotti, Sipontini Præſulis, Epiſtola & querela de abuſu typographiæ, 17. 107
Nicolai Serarii, Soc. Jeſu, patria & domicilium, 56
Norimbergæ quis præcipue typographorum floruerit? 87

O.

Oenophora è typis commentitiis Harlemenſibus conflata, 29. 52

Ori-

Originibus rerum & populorum ſubinde fabuloſa quædam commixta eſſe, 5.48

P.

Papienſem Cardinalem non meminiſſe typographiæ, 84
Pariſienſes antiquiores typographi, 89
Patriæ cauſa an mentiri liceat? 51.58
Patrum veterum ſcripta ubi primum impreſſa? 100
Pauli Jovii de Germanis magnificum elogium, 19
Paulus Langius, Trithemii diſcipulus, 15
Petrus Aquilanus dictus Scotellus Spiræ impreſſus, 88
Petrus Opmeerus ubi vixerit & obierit? 41
Fauſtum facit typograph. inventorem, 41.50
Petrus Schœffer, inventor matricum & fuſilium typorum, 74.78.80
Idem atramentum typographicum reperit, 74
Pium II. non meminiſſe in Commentariis ſuis typographiæ, 84
Plantiniana officina, 95.101.114
Plinii hiſtoria naturalis, à Nic. Jenſon excuſa, 41
Privatorum typographi, 97
Privilegia de non recudendo, 104
Pſalterium Polyglotton Auguſtini Juſtiniani, 99
Pſalterium Latinum quintuplex Fabri Stapulenſis, 96

Ptolemæi Geographiæ editio primæva, 88

Q.

Quirinus Taleſius, Conſul Harlemenſis, 30. 57

R.

Rabbinicum teſtimonium Boxhornii exploditur, 72
Rationale divinorum officiorum Duranti Moguntiæ a. 1459. impreſſum, 67
Regiorum Bibliorum impreſſio, 94. 99. 115
Richardi de Burii, Epiſcopi Dunelmenſis, liber de amore librorum, 109
Romam quando & per quos typographia delata? 83. 84
Rudolphi Langii Poëmata, 89
Ruſſenburgi an typographia ſit inventa? 17. 70

S.

Saturnus an invenerit Typographiam? 2. 4. 9
Sebaſtiani Brant ætas, 11
Sebaſt. Munſterus ubi natus ſit et vixerit? 56
Senes à Junio teſtes producti examinantur, 57
Societas inter Fauſtum & Gutenbergium inita, 76
Societatum Typographicarum antiquitas, 86
Speculum ſalutis, liber Harlemi, ut volunt, impreſſus; 29. 52. 60. 71
Spitenſis tygographus, 88
Stannei typi, 44. 80

Sta-

Status controverſiæ in typographica lite, 62
Summa hiſtorialis S. Antonini à Koburgero impreſſa, 87
Summa Theologica S. Antonini à quibus impreſſa? 86

T.

Tabulas inciſas non eſſe vere Typographiam, 4
Tempus inventionis typographicæ, 71.72
Theodoricus Greſemund an typographiæ inventor? 75
Themiſtanei an invenerint Typographiam? 3.4.21
Tractatus Tractatuum Juris, 99
Turcis Typographia interdicta, 20.21.107
Typographia artibus liberalibus accerſenda, 124
Divinum donum eſt, 10.13.14.15.17
Maximam præſtat ſtudentibus commoditatem, 109
Typographia ſcriptorum veterum Palingeneſia, 13 14.15
An per Septentrionem ex Oriente ad Germanos delata? 19.43
Typographicæ artis tenuia principia fuerunt, 44
Typographiæ abuſus, 106
Defenſio, 106.107
Typographiæ hodiernæ politio et venuſtas, 101 & ſeq.
Typographiæ Encomium Eraſmicum, 109
Typi antiquiſſimi, qui Moguntiæ extiterunt, 65
Typi ex orichalco, 44.80
Typos fuſiles quis invenerit? 74.78

Typorum varietas & genera diverſa, 105
Typis ſuis oppugnari & infamari Fauſtum iniquiſſimum eſſe, 64.65

V.

Vaticana Pontificia typographia, 98
Veneti Typi, 82
Venetias quis primus typographiæ artem detulerit? 75.82
Vincentii Bellovacenſis Specula ab Antonio Kobургero impreſſa, 87
Vlmenſes Typographi, 88

W.

Wecheliana officina, 89
Wimphelingii de Gutenbergio error unde? 77.82

FINIS.

MARCI ZVERII BOXHORNII

DE

TYPOGRAPHICÆ ARTIS INVENTIONE ET INVENTORIBVS DISSERTATIO.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officina HIERONYMI de VOGEL,

CIↃ IↃ CXL.

AM-

l.3 AMPLISSIMO VIRO,

GVILIELMO GOESIO,

I. C.

Reipubl. Lugdunenſis Batavæ Senatori digniſſimo,

MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS

S. P. D.

Quam mihi à contentione omni averſus animus, tam ſtudioſus veritatis eſt, Vir ampliſſime. In quam, cum nec defuerint unquam, nec jam deſint, qui invehantur, ab iis ſemper diſſentiendum mihi exiſtimavi. Non ſane alium in finem, quam
l.4 ut cæteris exprimerem merito mihi perſuaſæ & ſatis aſſertæ veritatis confeſſionem. Quod à candidis ac cordatis facillime obtinetur. At ita animati ſunt hominum plerique, illi imprimis, quorum in eruendis rebus abſtruſis & à memoria noſtra longiſſime remotis curæ occupantur, ut prava ſemel opinione imbuti, plus in contumacia laudis ponant, quam confeſſione veritatis. Illa autem confirmati, cum nihil in ratione aut fide dignorum hominum auctoritate habeant præſidii, ne

ni-

nihil agere aut temere falſa amplexi videantur, ad cavillas & illiberales jocos, ſæpe etiam contumelias & convitia dilabuntur. Peſtis illa licet olim haud incognita hodie tamen neſcio quo fato latiſſime graſſatur. Qua qui aucupantur famam, inveniunt tantum apud ignaros & ſimiles ſibi, & mox cum ipſis, inter quos nata eſt, perit. Interim cum eo homine mihi in hac diſſertatione res eſt, qui dum à nobis diſſentit, majorem modeſtiæ rationem habuit, quam veritatis. Quorum illud, ut alias ejus virtutes, & eruditionem diligentiamque ſingularem, agnoſcimus libenter ac æſtimamus; hoc autem excuſare & ſilentio tranſmittere non licebat. Et mihi, poſt multas & majores curas, canicularium feriarum beneficio otium erat, cum liber ejus prodiret. De Typographica arte omnis hæc diſputatio inſtituitur: Cujus inventæ gloriam *Harlemenſibus*, non *Moguntinis*, ut olim, nunc denuo aſſertum imus. Tota facti quæſtio eſt, ut juris veſtri auctores loquuntur. Nec ex me cauſſam quæres, cur nomine tuo opellam hanc inſcribendam cenſuerim. Nam ea in te & juris & humaniorum literarum & rerum patriæ noſtræ

ſtræ exacta peritia, eaque judicii rectitudo eſt, ut ſicut ad alios omnes, gnaros veri & ſtudioſos, publico hoc ſcripto, ita primò loco ad te debuerim provocare. Et quæ virtus tua ac quanti ſit, patria tua non agnoſcit nunc tantum, cura ſui in te collata & ampliſſima dignitate, ſed etiam experitur. Quantum quoque ſingulari
p.6 tuæ humanitati, cujus ſuaviſſima conſuetudine per annos jam multos utor, deferrem; hic profiteri debebam; ut & ſtudia mea omnia ac vota meritis tuis dedicare. Quam animi mei de te ſententiam ſerio hic teſtor, & immotam tibi ac conſtantem addico. Qualis ſi in hac controverſia manſura ſit, ejus, cum quo hic contentio eſt, ejus ſaltim cauſſa poteram ſiluiſſe. Sed vel propter alios deſerendæ non erant partes veritatis. Tu interim hæc boni conſules, dum majora tibi deſtinamus. Vale, Vir ampliſſime, &, ut ſoles, me ama. Lugd. Bat. CIϽ IϽ CXL. Kal. Novemb.

MARCI ZVERII BOXHORNII
DE
TYPOGRAPHICÆ ARTIS INVENTIONE DISSERTATIO,

Qua *Bernardi Mallincrotii* V. Cl. rationes, quibus eam *Moguntinis*, non *Harlemenſibus*, deberi contendit, potiſſimum refelluntur.

Artium plerarumque omnium, quæ ad utilitatem humani generis, non uno ſeculo & diverſas inter gentes repertæ, ac progreſſu temporis magis magisque excultæ ſunt, origines fere & primi auctores ignorantur. De quibus haud inter veteres tantum, ſed noſtri quoque ſæculi eruditos, etiamnum contentio eſt. In cujus quidem rei cauſſam mihi, ut ſoleo, inquirenti non una offertur. Nam eadem de arte, una eademque tempeſtate, varias inter nationes, plures ſimul cogitare potuiſſe, haud difficile dictu eſt; & debitam gloriam inventarum rerum primis auctoribus, quorum impolita rudimenta, facile illi intercipere potuerint, qui eas poſtmodum perfecere. Sed & quorundam merita ex invidia aliquando, ſæpe ignorantia, nonnunquam illuſtrium ingeniorum defectu, litterarum monumentis non ita, ut oportet, celebrata ſunt.

p.1 Quod ut de aliis jam nihil dicam, Typographicæ artis nobiliſſimæ profectò utiliſſimæque, ante duo jam ſæcula repertæ, primo auctori eveniſſe, tanto magis mirari ſubit, quanto ſæpiùs mecum cogito, ejùs fere ſolius beneficio rerum ac temporum adeo omnium memoriam facillime conſervari. Quanquam non tam de eo nobis ambigendum, quam gloria ejus adverſus *Moguntinos*, qui ſuis eam continuo attribuunt, vendicanda ſit. Anni jam novem ſunt, cum in Hollandiæ urbibus rebusque deſcribendis qualemcunque induſtriam meam ac ſtudia admodum adhuc adoleſcens occuparem. Neque tunc, oblato inter alia *Harlemo*, oppido veteri hodieque florentiſſimo, *Laurentii Coſteri* haud meminiſſe licebat, quem ejus civem typographicæ artis primum auctorem poſt *Junium & Scriverium*, viros eruditiſſimos, qui ea de re plurima certiſſimaque prodiderant, merito agnoſcebam. Ac, quæ de eo tunc à nobis tradita, nemo in hunc diem refellere aggreſſus eſt. Nec quisquam poterat, poſt tot graviſſimas rationes nobis aliisque ſumma cum fide memoratas. Unus *Bernardus Mallincrotius*, Decanus Monaſterienſis, egregiæ cetera doctrinæ multæque vir diligentiæ, tandem repertus eſt, qui veri ignarus potius, quam hoſtis, de typographicæ artis ortu ac progreſſu vulgato nuper opere, in *Juniani* teſtimonii fidem inprimis

ac me invectus, ita Moguntinorum cauſſam agere aggreſſus eſt, ut ſi ipſius quidem de ſe teſtimonio habenda fides, nonniſi inania verba & vaniſſimæ voces ſint, quibus *Harlemenſium* gloriam & *Laurentii Coſteri* merita tuemur hactenus & æſtimamus. In quo quidem falli eum graviter, animus mihi eſt hac diſſertatione oſtendere. Nam & ferias nunc Syrii æſtus fecit, quibus ſeveriores curæ remittuntur, & in tam facili ac expedito argumento eſſe, quid hercle aliud eſt, quam ſuaviter otiari? Atque vel id inprimis nunc agendum nobis eſt, ut *Junium* cum *Mallincrotio*, quæque ab iſto quidem pro *Laurentio Coſtero* & *Harlemenſibus* aſſerta, ab hoc contra eos, & ad elevandam certiſſimi integerrimique teſtimonii fidem producuntur, inter ſeſe contendamus. Quæ ad eruendam & velut è latebris, in quas ab ignaris aut invidis conjecta eſt, extrahendam veritatem regia eſt via. Sed & eidem plus ſplendoris conciliatur, ſi poſtquam undicunque excuſſa, oppugnata, eadem adhuc tamen & infucata deprehendatur. At id interea teſtor omnes, me, momentis rationum utrimque cum cura excuſſis, ut oportet, non hæc ſcribere tantum, ut forſan alii, ſed ex animo ſentire. Nam diſputandi modo cauſſa cum aliis congredi & ſpecioſis tantum verbis diſſentire, non eſt noſtrum, qui, ut ſemper, ita hic quoque ſequimur ipſi & præferimus aliis ex-

ploratæ ſigna veritatis: cum velut certa tueri, de quibus dubites, nihil ſit aliud, quam legentium judicia circumvenire, quod impium eſt apud veri ſtudioſos. Sed & id tantum agunt laſcivi homines pariter ac otioſi. Id quoque in anteceſſum ſibi perſuadeant velim, qui hæc legent, non unius *Junii* teſtimonium, ſed nec illud ejus omnium primum eſſe, quo in hanc ſententiam, cum tot aliis, adducti ſumus; quod falſo ubique ab Adverſario inculcatur, non alia profecto de cauſſa, quam ut nos velut unius tantum & ſero teſtimonio inſtructos & à reliquis omnibus præſidiis defectos, deſertos, inter tot ampullas & declamationes eorum, qui pro *Moguntinis* agunt, apud incautos judices circumſcriberet ac debellaret. Equidem in *Juniana* illa aſſertione magnum ac illuſtre eſt, ſed non ſolum, nec princeps omnium cauſſæ noſtræ momentum; cum *Mariangelus Accurſius*, homo Italus, & *Colonienſium rerum auctor*, Germanus ipſe, multo ante præiverint, quorum argumenta ut inſpicere *Junio* haud licuit, ita auctores alios habuit, quos ſequeretur, auritos, quidquid obganniant adverſarii, & oculatos teſtes, ipſam denique totius Harlemenſium civitatis traditam ſenibus, & ab his continua ad poſteros ſerie propagatam & certiſſimis rei monumentis teſtatam de Typographica arte, apud ſe primum Europæos inter inventa, conſtantem hercle famam

mam ac opinionem. Et cum haud liceat nobis arceſſere huc ſepultos *Junii* manes, ultimas, ut ſic dixerim, viri tabulas inſpiciamus, quarum religio eo major ac ſanctior fides, quia velut in publico conditæ, & fiducia veritatis, omnium oculis objectæ, ipſa denique morte obſignatæ. Quarum ſequendum dictamen ſi præſcripſerint gentium omnium leges, etiam cum de unius agelli hæreditate erciſcunda & *Titii* ac *Mævii* infimi ſæpe ordinis hominum cauſſa agitur, multo magis quidem id amplectendum, ubi animi noſtri ſententiam ac fidem præſenti ſæculo poſteriſque teſtamur. Et interfuit Tua, *Coſtere Laurenti*, ne ille, hoc ſaltem ſui de te certiſſimique judicii reſpectu diſcederet inteſtatus, ne tantæ gloriæ poſſeſſio eſſet in incerto. Ad cujus adeundam hereditatem cum te velut poſtliminio & merito inſtituerit ac vocarit, nihil profecto *Gutenbergio, Fauſto*, aliiſque *Moguntinis* relictum eſt ad inſtituendam querelam inofficioſi. Quæ quidem ut mihi dictat tanti viri tantæque artis primi auctoris memoria, ita nihil quidem hac profeſſione pietatis meæ effecero, niſi vitioſam minime & ideo fruſtra ſugillatam *Juniani* teſtimonii fidem demonſtravero. Itaque tabellas bona fide, & qua religione olim D. *Auguſti* teſtamentum Veſtæ Virgines, dolo omni & partium ſtudio amotis, explicemus.

pag. 11-15. *Redeo ad urbem noſtram*, &c. (vid. ſupra pag. 232. ſqq.) Tabella recitata eſt. At vero nemo, niſi cui livore corruptum judicium eſt, aut tam luculentum teſtimonium temere rejecerit, aut in eo facile quid reprehenderit, aut luculentius merito deſideraverit. Quid enim? niſi oculis, niſi auribus, niſi ſuæ cuique conſcientiæ, niſi acceptis à majoribus & in publica dignitate poſitis, niſi horum omnium præſidiis ſuffulto & ab invidentia ac adulatione alieno ſcriptori ſit fides, fruſtra hanc, quæ, ut auctores juris loquuntur, facti eſt, quæſtionem pertractamus. Sed & laborat omnium Annalium fides, niſi iſtis veluti principiis innitatur. Quæ viderit, quæ audiverit ſe tradere, in præfatione ad cœleſtem hiſtoriam divinus ſcriptor teſtatur. Quis autem *Cornelium* illum *Tacitum*, quantum vero ſcriptorem, neſcit? Qui, *nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit.* Annal. XV. *Audire me memini ex ſenioribus* Annal. III. Et poſt paulo: *Neque occulere debui, narratum ab iis, qui ad noſtram juventam duraverunt.* Eſt enim id quaſi vivum et ſpirans quoddam Annalium genus, quod memoriæ ſenum infixum & ab his juventæ traditum fidem ſcribentium neceſſario inſtruit et antecedit. Atque ita inſtructum nemo in dubium vocat, niſi cui aut nulla ejusmodi rerum monumenta aut pro veris falſa tantum & incerta probantur. A qua men-

p. 16

te averſus eſt, quisquis ſanam habet. Sed
vis te audiam, *Mallincroti*? Agam id quidem
diligenter. *Fragile*, inquis, *id eſt veritatis fun-*
damentum. Quid audio? Quis unquam id in
dubium vocavit? Fragile veritatis fundamen-
tum eſt eos apud Scriptores, qui quamvis
famam ſequuntur; qui quidvis ſibi imponi 17
patiuntur; qui quidvis impoſitum ſine dele-
ctu aliis tradunt, qui inter credulos non di-
ſtinguunt & veraces; qui denique nunquam
dubitant, etiam cum accipiunt, quæ vel
nec evenire poſſunt, vel nunquam evenere,
vel quibus certe conſtat ex aliis alia & adver-
ſa eveniſſe. Cujusmodi hominum perver-
ſum ſtudium ævi medii hiſtoriam tot prodi-
giis fartam & in iis, quæ nunquam fieri potu-
erunt, maxime diſertam inprimis corrupit.
Quid enim crebrius (nam ita pergis) *fœdiusque*
omnium fere gentium antiquitates & hiſtoricos inqui-
navit, quam iſtiusmodi ab improbis callide, aut ru-
dibus ſtolide conficta, à reliquis temere credita de ur-
bium gentiumque originibus, de ſuperiorum tempo-
rum geſtis, inſtitutis, inventis impudentes & inſipi-
dæ fabulæ; quæ tamen multis in locis tam alte homi-
num perſuaſiones inſederunt, ut ſine diſcrimine ali-
cujus inquiſitionis ac capitis periculo vix in dubium
liceat revocare. Non equidem hæc nego ve-
ra, quæ non tam neceſſaria ſunt in præſens,
quam vera. Id enim maxime probandum
tibi venit, ſeriem illam hiſtoriæ *Junianæ* ad
anilium fabularum inſtar compoſitam & pro-

ditam eſſe. Quod aliis ante te aggreſſis ad
hunc usque diem tam male, quam nobis be-
ne ceſſit. Nam præter invidiam aut maligni-
tatem nihil quidem illi prodidere; apud nos
vero major indies effulſit ſplendor vexatæ &
ideo acrius defenſæ veritatis. Nec tota hac
diſſertatione tua aliud te effeciſſe, liquido
oſtendam. Quod tamen cum bona venia
tua ut fiat, rogo te, *Mallincroti.* Age igi-
tur, & ſi potes, oſtende, (nam id quidem
jam debes, niſi videri velis temere aggreſ-
ſus integerrimi viri accuſationem) vel *Lau-
rentium Coſterum* & *Iunianos* teſtes in rerum na-
tura aut nunquam, aut tunc non, aut alibi
potius quam *Harlemi* exſtitiſſe, aut nihil
illos aut alia vel contraria inter ſe teſta-
p. 18 tos; aut teſtari vel illos vel *Junium* non
potuiſſe, aut pretio vel ſpe corruptos
falſa teſtatos; aut teſtatos, quod fieri
non potuerit, aut quod ab aliis potius aut
alias factum ſit; aut contraria teſtatos alios,
qui plus fidei mereantur, & ejus generis
plura alia, quæ in foro, ubi facti quæſtio
eſt, ſolent pertractari. Quorum quædam
à te feliciter diſcuſſa eſſe ad ſubvertendam
ſententiam noſtram ſuffectura, tuum, non
meum, judicium eſt. An tui an mei vitio,
videamus. De teſtibus pariter ac teſti-
monio quærendum eſt. Nam utrumque vexa-
tur. Et quidem utriusque patrocinium vel
defenſum probe vel deſertum totius cauſæ
pon-

pondus eſt & momentum. Nullum quippe teſtimonium eſt, cujus improbi auctores deprehenduntur; & ex ipſius teſtimonii vero falſove argumento de auctoribus judicatur. Jam vero inter teſtes ſunt *Junius*, & quorum auctoritati ille inſiſtit. Hi velut infimi ordinis homines & è vulgo plebis, garruli tantum & rerum ignari, iſte tanquam qui primus, tanquam qui ſolus, tanquam qui longo poſt rem geſtam intervallo, tanquam qui, dubius ipſe & hærens animi, typographicæ artis inventæ gloriam *Harlemenſibus* aſſeruerit, velut indigni fide & rejiciendi in hujus cauſſæ cognitione, magna cum veritatis injuria traducuntur. In hac advocatione tecum mihi præcipue res eſt, *Mallincroti*. Igitur ordire: *Ac primo quidem*, inquis, *intutum mihi videtur & plusquam temerarium, tot ac tantis graviſſimis & fide digniſſimis relatis à me in longum ſcriptoribus, qui magnam partem vel ipſius typographicæ inventionis tempore, vel brevi poſt vixerunt, quibusque ipſimet inventores eorumve diſcipuli oculis viſi & familiariter cogniti fuerunt, aſſenſum denegare & Hollandicis iſtis congerronibus, quibus & hac & alia in Harlemenſis ſilvæ ambulatorio otio confingere proclive fuit, de re teſtatiſſima credere.* At p. 19 vero non admodum mihi ſudandum eſt in ſolvendo hoc, quod omnium primum eſt, argumento. Et tamen, quod mireris, hæc ſcribimus in ipſo Caniculæ æſtu. Quid enim, aut quare intutum nobis, quod tu tibi

tutiſſimum arbitraris? Quos quæſo alios hic crepas, quam quos ſub ipſa inventæ artis cunabula vixiſſe, quos principes ejus auctores familiariter noviſſe, cumque iis continuo verſatos *Moguntiæ* arbitraris? Id enim non tam probas, quam arbitraris. Quid aliud agit *Junius*? Et multo quidem, quam tu, certius. Retro flecte oculos, & niſi partium ſtudio occæcatus ſis, vide. *Laurentius Coſterus*, Harlemenſis, primus auctor nobiliſſimæ artis. Id aſſerit *Junius*. Quo teſte probavit? Id affirmaſſe ſibi ait *Nicolaum Galium*, pueritiæ ſuæ formatorem, hominem ferrea memoria & longa canitie venerabilem. Sed & *Quirinum Taleſium*, primæ virum dignitatis, & functum conſulatu. Unde autem & quomodo iſti? Ex ore *Cornelii* Bibliopegi. Quis vero iſte? Senio gravis, nec octogenario minor. Eadem igitur, qua *Laurentius*, floruit tempeſtate. Nec in ea ſola præſidium tam illuſtris cauſſæ. Quid igitur amplius? Domeſticus *Laurentii* fuit & familiaris, & inter operas ejus typographicas fidelis ſubminiſter. Sed & cum *Fauſto* lavernione per menſes aliquot eodem cubili & lectulo uſus. Igitur *Junius* ex *Galio* & *Taleſio*, altero erudito, altero primi inter ſuos loci, utroque venerabili ſene, hi ex *Cornelio* bibliopego, accepere. *Cornelius* autem inter artis cunabula omnium ſpectator. Non longa ſeries eſt, non longæ aut impeditæ ambages. Nec plebe-

beculæ hæc fama, aut commenta ſunt congerronum. Et profecto niſi ejusmodi teſtimoniis ſtandum ſit, nullis in poſterum erit locus. In his præſertim argumentis, in quibus hoc tantum pacto verum indagatur. Et ad elevandam iſtorum teſtium fidem nihil hactenus productum eſt, nihil, ſcio, producetur. Si invidiam igitur ſolam atque malignitatem exceperis, nihil equidem in cauſa eſt, quo minus illis credamus. Et effeciſſe me opinor, ut ne quidem credere debeas ipſi tibi. Sed adſenſum cohibebis, & id per me licet, donec ad cætera reſpondeam. Pergis igitur, & quod pauperis eſt, numeras rationes. *Secundo*, inquis, *tanto hoc inconſideratius foret, quod ex quamplurimis excellenti doctrinâ & probitate Batavici tractus eruditis viris, quotquot illorum poſt typographiam inventam ante* Junium *vixerunt, ne unus quidem hactenus repertus ſit, qui patriæ ſuæ hanc, aliis debitam, laudem arrogare auſus fuerit, qui tamen tacituri non fuerant, ſi quid ſalva veritate ea de re prodere potuiſſent. Maxime quod & domeſticarum rerum non minorem* Junio *notitiam habuerint, nec occaſio etiam illorum pleriſque defuerit, Batavicæ gentis decantatiſſimam hiſtoriarum monimentis gloriam adeo laudabili mantiſſa augmentandi. Certe aliqui eorum patriæ hiſtoriam ex profeſſo dataque opera poſteris tradebant, ac eadem illa, in qua typographica incunabula incurrunt, tempora ſub manibus habebant, ut ſine flagitio impietatis in patriam tacere, ſi quid iſta*

p. 20

de

de re compertum habuiſſent, non potuerint. Ex illorum numero Reinerus Snojus *&* Guilielmus Heda, *celebres Batavicorum Annalium conditores.* Néc hic admodum nobis laborandum. Nec hercle id nunc oportet. Feriæ enim ſunt, & otiamur. Quid iſthuc? quidam teſtati non ſunt, igitur alii teſtari non potuere. Igitur aliorum teſtimoniis non eſt habenda fides. Ridiculum, ne quid gravius dicam, argumentum. Quid ſi enim alii teſtari non potuerint? Nec tamen id de iis dixerim, quorum meminiſti. Sed quid ſi ignari fuerint, aut negligentes earum rerum, de quibus teſtari o-
p.21 portebat? Nec id raro ſummis ſæpe ingeniis contingit. Error igitur à negligentia eſt aut ignorantia cæterorum. In qua fruſtra tuæ præſidium cauſæ ponis. Nec diffiteri ipſe potes, etiam ſi velis. Non enim medius fidius dicendum hic tibi eſt, quod velis, ſed quod debes. Nunquid enim in tabulis inciſis libri expreſſi & earum beneficio exemplaria propagata ſunt ingenio Batavorum? Nunquid id magnum? Nunquid id primum inſtar Typographicæ artis fuiſſe ipſe fateris? Nunquid propterea dignum annalium memoria et poſterorum? Nunquid ejus rei peregrini auctores, de quibus mox dicam, meminere? Atqui tamen altum ea de re ſilentium eſt apud eos ſcriptores, quorum ſilentio cauſſam noſtram jugulandam exiſtimaſti. An ideo id factum negare potes?

tes? Nequaquam ſane. Nihil igitur detra-
ctum veritati negligentia aut inſcitia aliorum.
Et in quavis cauſa ſi non omnes ſint, cum o-
mnes eſſe vix poſſint, nec eſſe neceſſe ſit, ſuf-
ficiunt idonei teſtes, ut ſeptem probi in te-
ſtamento ex jure Quiritium Romano. Et
profecto idonei non numero tantum ſed &
perſona ſunt, qui pro *Harlemenſibus* hic te-
ſtantur, ex omnis fori lege et judicio omni-
um, qui ſtudioſi ſunt veritatis. Sed nec il-
lud omiſerim, multa eſſe in Græca antiqui-
tate & pariter Romana, quæ unius tantum
boni auctoris fide, etiam adverſum alios aut
ſilentibus aliis vulgata, ab omnibus haud
difficulter admittuntur. Quod ipſum à cor-
datis hic exſpectamus, qui non unius, ſed
plurium, ſed graviſſimorum teſtium ſuffra-
gio inſtructi ſumus. Hoc enim reſtat, *Malin-
kroti.* Sed inquis: *Si non movet illos, qui contra-
rium ſentiunt, illorum omnium, quos recenſui, ſilen-
tium, moveat illos & obmuteſcere faciat, quod tertium
contra illos argumentum eſſe cupio,* Eraſmi & Op-
meri, *uti domeſticorum, ita graviſſimorum teſtium
auctoritas; quorum alterum ſupra vidimus, alterum
per imprudentiam ſupra omiſſum referemus. Is igi-
tur* (Eraſmum *intelligo*) *in Commentariis ad* Hiero- p. 22
nymi *Epiſtolam IX. qua* Gerontiæ *ſeu* Ageruchiæ
ſcribitur, hæc habet: Huic urbi Moguntiæ *omnes
bonarum literarum ſtudioſi non parum debent ob egre-
gium illud ac pene divinum inventum ſtanneis typis
excudendi libros, quod illic natum affirmant.* Hoc,

quo

quo teneri nos putas, loco te ipſum miſere jugulaſti. Tam multa imprudentibus Scriptoribus eveniunt, non quidem præter meritum, ſed præter exſpectationem. Cur enim ſilentio non transmiſiſti, ad quæ vel ſilentio poteſt reſponderi? Reſpondeo tamen, ſed paucis, ut oportet; ne aut in re manifeſta prodigamus orationem, aut quod ſperas, obmutuiſſe nos arbitreris. Si enim ea *Eraſmi* ſententia non ſit, quam ei tu affingis, nihil egiſti. Atqui qui dicit, alios affirmare, (ita autem eſt loquutus,) aliorum potius judicium exponit, quam ſuum. Si & eadem cum *Eraſmo* me ſentire hic dicam, nondum viciſti. Stanneis typis *Moguntiæ* primo omnium libros excuſos eſſe, nunquam à me negatum eſt. Sed de omnium primis Typographicæ artis inſtrumentis, ad quorum inſtar cætera exornata, omnis hæc, niſi fallor, diſputatio inſtituitur. Quid ſi etiam ea primo omnium *Moguntiæ* reperta eſſe *Eraſmum* aſſerere, tibi concedamus? Ut enim veri tenaces ſumus, ita ſine periculo hic poſſumus eſſe liberales. Sed & virtus eſt, eſſe liberalem. Pro quo ut non aliud mihi beneficium rependas, te rogo, præter confeſſionem veritatis. Age igitur, ſenſerit *Eraſmus*, quod tu ſenſiſſe ipſum putas. Quod tamen mirum tibi videbitur, nondum viciſti. Id tamen verum eſt. Quo enim faciet illud novum & inauditum argumentandi genus?

nus? Apud quoſdam error ex ignorantia eſt, aut corrupta fama; igitur deſerendæ eorum *p.23* partes, qui compertis rerum teſtimoniis utuntur. *Mallincrotius*, haud aliter deceptus, nobiliſſimæ artis incunabula Moguntinis deberi tantum dicit; igitur illis non credendum, qui quæ pro Harlemenſibus adferunt, non dicunt tantum, ſed probant, & quod res clamat, tuentur veritatem. Nam tu quidem dicis tantum. *Eraſmus*, aliud agens, & vulgus Scriptorum ſequutus, eandem gloriam Moguntinis obiter attribuit, igitur *Iunius*, qui ex profeſſo ſuſcepit hujus cognitionem argumenti, qui ipſa artis primordia ſerio explicuit & cunas, qui omni exceptione majorum teſtium uſus eſt auctoritate, *Junius* inquam, mentitur. Namque ita diſſeruiſti, ex cujus dialecticæ præſcripto, neſcio, aut quorum exemplo. Si enim in diſquiſitione rerum ad ſubruendam veritatem ſufficiat, quorundam & alibi occupatorum verba opponere teſtatiſſimis & ſeriis aliorum argumentis, profecto, in exemplo tuo præſidium longe maximum habent, qui in falſæ, quam ſemel amplexi ſunt, ſententiæ defenſione contumaces perſiſtunt, ne aliorum rationibus convicti, erroris ſui confeſſione pœnas dent vaniſſimæ crudelitatis. Nunquam enim illis defuturi ſunt auctores cætera graviſſimi, qui in rebus ex profeſſo ad inſtitutum ſuum ſuasve curas non ſpectantibus vul-

gi

gi potius ſententiam, quam veritatis, utpote in quam ſtudio non quæſiverunt, plerumque ſequuntur. Nec tamen ideo quidquam decedit veritati. Nec id quiſquam admiſerit. Atque id *Eraſmo* hic evenerit, Viro ut id ſemel dicam, non fama, ut plerique alii, ſed vere maximo: ita tamen, ut à recto ſubinde deflectere potuerit in alieno, ut ſic dixerim, & non ſuo argumento. Et tui ſane de eo homine judicii rectitudinem, cui equidem ſubſcribo, quod in ipſo operis veſtibulo lectori tuo teſtatus ſis, amo te & laudo, cla-
p.24 riſſime *Mallincroti*, ſicut & curas tuas, quas in advocatione ejus ac commendanda poſteris memoria occupare te profiteris. In quo opere ut pergas ſerio, & ſi pateris, ut amicus, te rogo. Facilius enim eſt, ejus partes agere, quam *Moguntinorum*. Nec enim, quanquam hic à te diſſentire veritatis cauſſa ſit neceſſe, debitam tibi laudem abnuimus. Atque ea lege nunc pergamus. Nam flagitas attentionem. Togam igitur componamus. *Quarto*, inquis, *iidem attendant velim, an ex ipſis ſaltem Harlemenſibus ſuis, quos illis proximeque ſequentibus annis doctrina & literis floruiſſe* Boxhornius *tradit, vel unum nominare poſſint, qui patria & veritati hanc operam impenderit, &* Laurentio *iſti* Coſtero *hanc litterarum illuſtratarum gloriam aſſeruerit.* Simonem *dico &* Albertum *&* Joannem *Carmelitas*; Andream Noorthium *&* Nicolaum Hollandium, *Prædicatores*, Theodo-

dorum & Florentium *Harlemios Carthuſianos*, Petrum à Monfort, & Vincentium de Haerlem *cæterosque? Nam quis credat omnes illos fuiſſe tacituros, aut* Boxhornium, *ſi quid, quod ad rem faceret, illi ſcripſiſſent, non prolaturum fuiſſe?* Quid id monſtri eſt? Quare hoc quartum tibi argumentum, qui nullum hactenus produxiſti? Nos enim expendimus, quas tu putas rationes, non numeramus. Nec ſane hoc ſtrepitu opus erat. Ovum enim ovo non tam ſimile, quam hoc præcedentibus argumentum. Itaque ad eorundem repetendorum faſtidium me invitas, non ad adſenſum. Sed quid vis tandem, *Mallincrati?* An quia apud Batavos, & quidem *Harlemios*, qui doctrina & fama ante *Iunium* floruerint, de Typographica arte in patria urbe inventa altum ſilentium, de re certa & explorata *Iunium* nihil tradere debuiſſe? An quia ab illis prætermiſſa *Iunius* prodiderit, fidem ei haberi non oportere? Ego ſane quam certo qui- p. 25
dem ſcio, iniquiſſimum eſſe, id velle, & id volenti neminem cordatum poſſe adſentiri, tam neſcio, cur tu id velis. An igitur priorum negligentia ejusdem neceſſitatem imponet induſtriæ poſterorum? Iniqua hæc lex eſt, & quam, ſi te exceperis, nemo indixit. Sed ſi quid ejusmodi tunc factum, neſcire non debebant. Non nego. Nec diſſimulare licebat, ſine crimine impietatis; id quoque tibi facile conceſſerim. At enim,

quid tum porro? Impii per me ſint, ſi diſſimulaverint, ſecordes in exquirendis patriæ rebus; ſi neſciverint. Tanto autem *Junii* gloria major, cujus cura ac fide, cujus uberrimo teſtimonio factum eſt, ne rem geſtam ignoremus. Quo igitur aut quare ex vitio ſæculi deſumptum argumentum? Erat illa ætas, quod de ſua, quanquam cum hujus ſocordia ne quidem contendenda, alibi *Tacitus*, *ſuorum incurioſa*, & quod de Romanis idem aſſerit Annal.II. *Vetera plerique extollimus, recentiorum incurioſi*. De his enim cur meliora judicemus? quorum præpoſtera diligentia multa cum faſtidio legimus & incredibili ſocordia, quæ tum fatalis contagio ingeniorum erat, laudanda pleraque & profutura poſteris deſideramus. Quid quod eorum plerique in alio potius, quam in hoc argumento, fuerint verſati? Quod pro cauſa noſtra & ad tuam ſubvertendam inprimis hic facit. Quin vero etiam, cum quædam tantum eorum monumenta, & quorundam nulla in manus hominum & publicam lucem ſint producta, etiam atque etiam vide, ne aliquando pœnas des temerariæ adſeverationis. Nec tamen id nunc urgemus. Cæterum, quanquam à cauſſa deſertus, nondum tamen eam deſerere voluiſti. Itaque quæ contrahenda tibi erant, expandis vela, & velut ad portum delatus, exclamas: *Unus igitur* Ju-
p.26 nius *tandem repertus eſt, qui ſpretis tot exteris do-*
...

moeſticiisque contra ſe teſtibus, *vilipenſo tantorum*, *quibus Batavia æternum gloriabitur*, *auctorum perpetuo ſilentio*, *neglectis tot publicorum monumentorum ponderibus*, *unius famæ rumuſculos venari*, *populares nænias adtendere voluerit*. *Id certe vel ipſum rei geſtæ tempore plenum periculoſæ audaciæ fuiſſet*, *nedum ut integro demum ſeculo poſtea cum rerum fide & veritatis fiducia tentari quiverit*. Ne quid nimis, & bona verba, *Mallincroti*. Nam ſubverſa quidem omnia ſunt, quibus hæc innituntur. Quippe nec unus *Junius* eſt, tam multis pro hac cauſſa præſidiis inſtructus; nec ſpreti exteri teſtes, quos eadem fere aſſerentes mox daturi ſumus, aut domeſtici, qui ſane graviſſimi à *Junio* adducti, & aliorum ſilentium ipſa rei fide ſuperatum; nec adverſa ei publica quædam monumenta, nec à te aut aliis prolata; nec rumuſculi ſunt, ubi certa & conſtans fama; nec populares næniæ, quæ viſa partim, aut ex iis, qui viderunt, certo comperta ampliſſimi viri prodidere. Itaque longe à deſtinatione tua remotus es. Si enim verba hic ſuffecerint, quid vetat, quo minus quidvis aliis detractum aliis pro lubitu vindicemus? Quæ quis noſtrum hic dederit, judicent cordates & ſagaces viri, ad quos provocamus. Sed *integro demum ſeculo poſt* Junius *teſtatus eſt*. Quid tum vero? Nunquam ſera profeſſio eſt veritatis. Neque enim hic admittimus longi temporis præſcriptionem. Sed aut ſerum aut unius *Junii* id teſtimonium eſſe

non conceſſerim tibi. Qui enim id poſſim?
Sunt apud *Junium*, quos ſequitur, teſtes, qui
ſuis ſibi oculis uſurpata retulere. Cur aliud
teſtimonium hic deſideras aut quæris? Sed
fide ſunt indigni. Id hactenus nondum pro-
bas. Sed abjectæ conditionis. Id fateor, ſi
tales ſint, qui gerunt publicas dignitates. Sed
ignari. Atqui damus oculatos. Sed dome-
p.27 ſtici. Tanto proclivius illis, noſſe rei geſtæ
veritatem. Atqui tales ſuis, cum exterorum
injuria, fere blandiuntur. Id ab integerri-
mæ, & qualis illorum temporum erat, gentis
ſimplicitate abeſt quam longiſſime. Sed &
tibi id probandum erat. Atqui ſub finem
narrationis dubitat ipſe *Junius*. Fateor. Quid
ergo? Non eſt inſiſtendum veſtigiis hæren-
tis ac dubitantis. Sed me audi; dubitat *Ju-
nius*, an rem à ſe ex vero traditam pro vero
accepturi eſſetis tu & ſimiles tui, qui invete-
rato errore occœcati mingitis, quod in pro-
verbio eſt, adverſus ſolem. Non vero am-
bigit de rei geſtæ veritate. Et jam nos quo-
que, quam de ſententiæ noſtræ rectitudine
perſuaſi ſumus, tam de adſenſu tuo dubita-
mus. Plerique enim pertinaciam conjun-
gunt cum errore. Sed libet meliora de te
ſperare, in tanta luce veritatis. Interim te-
cum pergamus. Plura enim adhuc quæris.
Atqui, inquis, *ſi verum ſit, quod* Junius *tradit,
cur tot ante eum domeſtici Scriptores ſiluere?* Patia-
ris quæſo, ut te rogem, cur id quæras?

Nam

Nam ad cauſſam non facit. Sed debeone iterum reſpondere? Tamen reſpondebo, ne cæteris omnibus ſubverſis, concluſionem, ſi id Logicis placeat, videar intactam reliquiſſe. Quanquam profecto nihil tibi in ea præſidii, reliquis exuto. Id enim pueri è Dialectica diſcebamus. Quid ſi autem non alia hujus ſilentii ratio ſit, quam quod voluerint ſilere? Quis enim erat coacturus? Quid ſi rei ignari? Quam multi enim in patria hoſpites ſunt ac peregrini? Nec jam ante dicta repetemus. Atqui exteri ſaltem aliqui tantæ artis apud Batavos jacti fundamenti meminiſſe debebant. Etiam atque etiam vide, quid neges. Id per exiſtimationem tuam & veritatis cauſſa te rogo, optime *Mallincroti*. Quid ſi enim eorum teſtimonia liquido tibi ob oculos ponam? Videbis profecto quosdam eorum ante *Iunium* hujus rei meminiſſe. p. 28
Sed qui iſti quidam? Laudati olim nobis, & tibi non candide ſatis repetiti, aut non ſatis intellecti; *Annalium Colonenſium auctor* & *Mariangelus Accurſius*. At quales iſti & cujates? Alter Germanus, alter Italus, ambo peregrini. Proinde nullus apud eos gratiæ locus. Sed quid iſti? Primum omnium librorum in Hollandia excuſum. Quis iſte? *Donatus*. Quomodo? in tabula inciſa. Quid vero de *Moguntinis*? Hoc eos promovendæ artis unicum inſtar habuiſſe, id primum eos ſequutos rudimentum. Et hæc quidem tam eadem ac

concordi adſeveratione, ut quanquam alius alterius teſtimonii ignarus, alter alterum videatur quaſi interpretari. Et quod amplius eſt, hæc ab iis diſertim prodita ſunt ea tempeſtate, qua primum natam & excultam hanc artem fuiſſe à nemine dubitatur. Quid vero amplius merito flagitemus? O vim & magnum præſidium veritatis! cujus cauſſa hæc velut publica & venerandæ auctoritatis inſtrumenta inſcribimus huic loco, & veritati velut aram dedicamus. Ita igitur *Colonienſium rerum graviſſimus author*: *Ars hæc typographica* &c. (vid. ſupra pag. 623. ſq.) At-
p.29 que hæc quidem ex interpretatione tua ſunt, *Mallintroti*. Ante omnia vero gratias tibi noſtra & veritatis cauſſa ago, quod hoc teſtimonio tuo effeceris, ne de noſtra, qui hunc auctorem alias quoque laudavimus, aut *Scriverii* noſtri fide in poſterum poſſit dubitari. Enim vero unus *Gabriel Naudæus*, cætera elegantis ingenii vir, & non vulgaris doctrinæ, tandem repertus eſt, qui Colonienſium rerum illud Chronicon unquam condi-
p.30 tum, aut exſtare alicubi, perfricta fronte negare auderet. Quæ profecto audacia, an petulantia, veniam haud meretur. Nec enim ex Annianæ ſectæ inſtituto commenta magnorum hominum titulis in ſpeciem velata aut fingimus nobis ipſi, aut obtrudimus aliis, ubi inquirimus in veritatem. Et ejus operis non unum exemplar in Bataviæ Biblio-

the-

thecis oſtentamus. Et tu quoque, quoc
nobis hic res, ipſe vidiſti. Quod hercl
præſens ſuffecerit ad diluendum, temere
bis à *Naudæo* impactum, doli aut mend
crimen. Nec minus certum aut min
ponderis eſt *Mariangeli Accurſii* teſtimoni
quod ex *Angelo Roccha* alibi depromtum,
iterum inſtituti cauſa repetemus, qui e
remitarum S. Auguſtini ordine Theolo
Doctor ac dein Epiſcopus Tagaſtenſis
quinto Sixto Bibliothecam Vaticanam lucul
to opere vulgavit. Ita autem *Roccha*: *Ar*
pographica in Europa &c. usque ad verba:
ventionem præ ſe ferunt. (vid. ſupra pag. 298.
Certi iſti & omni exceptione majores te
ſunt; de mente tamen dubitatur. Quæ
certa, & pro cauſſa noſtra eſt, quam cert
& indubitatum, in ſcirpo nodum eos quær
voluiſſe, qui ſiniſtris & diſtortis & ab in
tuto auctorum alienis interpretationibus
tegritatem ejus vexare ſunt aggreſſi. Cu
nim aliud urges, *Mallincroti*? Vterque di
primos in Hollandia libros impreſſos, u
quitur *Mariangelus*, excuſos, ut ex interpr
tione tua *Scriptor Colonienſis*. Vterque me
nit *Donatorum*. Vterque ea in re Mogunti
poſtponit. Vterque addit, à Mogun
ex Hollandia petitum ejus artis primum
dimentum. Quidni igitur victas des ma
& uterque idem ſentiamus? Nam inter
landos ſolorum Harlemenſium, inter

 u

unius *Laurentii Coſteri* id decus, ea claritudo
eſt. Sed turpe eſt, ſe victum profiteri. I-
taque quamvis jam proſtratus, claſſicum ad-
huc canis, & *Boxhornium* provocas ad certamen.
Nec diffugio conditionem, certus, quod
dicebant olim Flavianarum partium Duces,
minorem eſſe apud victos animum, quan-
quam atrociter loquerentur. Tamen tubæ
concinuere. Adventant hoſtes. Prægre-
ditur *Mallincrotius*. Motum fremitumque
audiamus. Nam inſolentem eum victoria fe-
cit. *Iunius, Scriverius, Bertius* debellati ſunt.
Quid igitur reſtat ad gloriam illuſtriſſimi
triumphi? O me miſerum & internecioni
ſervatum! *Supereſt*, inquis, *Hollandici The-
atri conſtructor, cui tamen ſi* Junianum *è Batavia
textum, tum magnificas illas inſcriptiones, ac Rab-
binica denique ſomnia demas, reliqua, quæ ſuper-
ſunt, magis evertendis Harlemenſibus ſerviant,
p.33 quam ad Moguntinenſes oppugnandos valere poſſint,
adeo quidem, quod non ſine cauſa mireris, ut ea ipſa
quæ ſuam ad ſententiam confirmandam produxit te-
ſtimonia, contra ipſummet ejusque complices faciant.*
Ain tu, *Mallincroti*? Mecum etiam mihi pu-
gnandum eſt? Væ victis! Sed nondum ani-
mum deſpondemus. Namque addis: *Per-
ſuadet enim ſibi doctus ille vir, ſe* Mariangeli Ac-
curſii & Colonienſis Chronici *teſtimoniis corni-
cum oculos, ut in proverbio eſt, omnimodo confixiſſe, ac
Moguntinos omni, quod dicitur, ſtatu dejeciſſe. Quod
utrumque tamen Moguntinis æque ac imperitus & in-*

ſul.

ſaltus reliquorum, qui hoc negotium nequidquam contra illos tractarunt, Typographicæ artis inventionem intactam & illibatam relinquit. Scis quid mihi perſuaſerim? Nihil hic mihi à te poſſe perſuaderi. Præſidium mihi in ratione eſt; rationi in auctoritate etiam textus *Juniani*, quem à calumnijs tuis partim vindicavimus, partim in iis, quæ dicenda ſuperſunt, vindicamus. Inſcriptiones, ut ipſæ nihil probant, (nec eo, hercle, ſunt adductæ) ita refelli non poſſunt, quum vero innitantur. Quæ autem Rabbinica ſomnia? *Credat illis Judæus Apella, non ego:* Repete, quæ olim ſcribebamus. Erant enim iſta: *Circa annum* cIↃcccc xx. &c. usque ad verba: *inſpiciant, qui habent.* (vid. ſupra pag. 537. ſq.) Hæc jam olim profeſſi ſumus. p. 14
Et cur Judæorum magiſtro, ſi vera dixerit, non credendum? Non enim de religionis negotio hic diſceptamus. Et qui ſuaſit, an ideo etiam perſuaſit? Nemo id dixerit. Niſi quia, ut veritatem amplectaris, debitamque Harlemenſibus agnoſcas laudem, ſerio tibi hic ſuademus, neceſſario ſequatur, eam tibi eſſe perſuaſam. Quod vel tui cauſſa factum velim. Et in id curæ noſtræ ac ſtudia hoc ſcripto convertuntur. Sed vis auctorem, cujus fide *Ioſephi* iſtius teſtimonium laudabamus. Is eſt *Scaliger* (*Joſephus*) in confutatione ſcurrilis fabulæ Burdonianæ, ubi verba ejus ſunt: *De anno, quo Typographica ars inventa eſt, non convenit inter Scripto-*

 res.

res. *Ut quisque vetuſtum librum nactus eſt ante CXL annos impreſſum, eum putat primum omnium excuſum.* Volaterranus *in illam congeriem Commentariorum ſuorum multa temere & ſine delectu conjicere ſolet, in quibus illud: Auctores artis impreſſoria fratres duos homines Germanos edidiſſe Roma* Auguſtini *libros de Civitate Dei &* Lactantium, eosque primos omnium prodiiſſe anno M CCCC LXV. *quibus ſignificat ea anno natam typographiam, idque Roma. Alii producunt libros* Ciceronis *de officiis anno M CCCC LXVI. à* Johanne Fuſt *impreſſos; unde quidam ſomniant & ipſum* Fuſt *artis inventorem fuiſſe, & ante eos libros* Ciceronis *nullum fuiſſe typis excuſum. Alii ab eodem* Fuſt *primum omnium Moguntiaci impreſſum fuiſſe doctrinale* Alexandri Grammatici. *Omnium vetuſtiſſimum, cujus tamen nomen reticetur, Venetiis excuſum profert* Rabbi Joſeph *Sacerdos in Chronico ſuo, anno Iudaico 5188. Chriſtiano* M CCCC XXVIII, *quod nemo hactenus animadvertit, certe nemo indicavit. Unde ille Iudaus colligit artem imprimendi ab illo libro incepiſſe. Sed falluntur omnes. Nam opus* Ciceronis *de Officiis non eſt primus librorum, qui typis excuſi ſunt, ſed primus* Ciceronis *liber de Officiis. Idem de reliquis judicandum. At illi libri eodem modo, quo hodierni, impreſſi ſunt, ex plumbeis nimirum literis ſimul compoſitis & in formas quadratas ſtipatis. Atqui aliter rudimenta artis inchoata ſunt. Nam non ex diſcretis & ſingularibus typis inter ſe junctis, ut hodie fit, cœptum eſt imprimi, ſed in pagellis ligneis, quibus litera inciſa erant.

erant. Qui modus primus excudendi in noſtra Hollandia Harlemi *inventus fuit, ubi etiam hodie ades oſtenduntur, in quibus inventor artis eam primum periclitatus eſt. Harum pagellarum meminerat* Accurſius Mariangelus *in* Donato *ſuo in membranis excuſo, qui liber poſtea in poteſtatem venit* Aldi Manutii Junioris. *Verba* Mariangeli *poſt alia:* Impreſſus autem eſt hic Donatus & Confeſſionalia primum omnium anno 1450. Admonitus certe fuit ex Donato Hollandiæ primum impreſſo in Tabula inciſa. *Rudimenta igitur artis typographicæ ab editione* Donati *inceperunt in Hollandia, non ex typis, ſed ex tabula inciſa. In urbe vero Harlemienſi inventam teſtatur vir eruditiſſimus* Hadrianus Junius, *qui quum jure hanc patriæ ſuæ vindicarit, & non pauca digna cognitu de ejus incunabulis prodiderit, eam à tabulis inciſis & ab editione* Donati *cœpiſſe ignoravit. Illuſtriſſima* Veronica Ludronia *Horologium Beatæ* Mariæ *(vulgus vocat Matutinas horas) penes ſe habuit, pagellis ligneis inciſis impreſſum in membranis, litteris inter ſe colligatis & connexis, ut mos ſcribendi eſt mercatoribus & tabellionibus properantibus, præſertim Germanis & Belgis, ita ut Chirographum hominis Germani diceres; neque ſane quis facile primo intuitu dijudicare potuiſſet, niſi monitus, aut attentius in lectione immoratus. Locus ubi is liber & annus, quo excuſus fuerit, non additus erat.* a) Habes

a) *Locus ubi is liber & annus, quo excuſus fuerit, non* ap-

bes auctorem. At ſi verum ſit, quemadmodum id quidem eſt veriſſimum, nobiliſſimam artem à *Laurentio Coſtero* Harlemi eſſe primo inventam, idque trigeſimo, alii nonnulli qua-

appoſitus erat. Is oblonga forma erat, ligneo tegmine munitus, ſed cui extrinſecus operimentum ſerici villoſi jam uſu detriti adglutinatum eſſet, argenteis marginibus incluſum. Librum aperienti in averſa parte tegminis, quod ejus craſſitudinis erat, ut cavum modicæ profunditatis capere poſſet, inciſum erat loculamentum rotundum, cruſta cryſtallina obtectum, in quo Crucifixi, Mariæ Virginis, & Jo. Evangeliſtæ ſigilla ex argento incluſa erant. Infra non longe à pedibus Crucifixi hoc chirographum muliebre exſtabat: Veronica di Ludrone della Scala, *cum quibusdam literis germanicis peſſime deſignatis, quæ ejusmodi erant, ut in illis fœminæ manum facile agnoſceres; & quamvis longa tractatione obſoleverant, tamen neque ulla ex illis perierat, neque ita deformata erat, ut commode legi non poſſet. Hunc librum, quem XXXVI. annis poſt matris ſuæ obitum poſſederat* Julius Cæſar Scaliger, *à cane leporaria diſcerptum diu doluit, & magno illud damnum redemiſſet. Quæ omnia* Joſephus Scaliger, *quamvis tunc admodum puer eſſet, & vidit & meminit, & ut teſtatus eſt, ita ſumma fide retulimus; &* Silvius *ejus frater, qui millies hoc amicis retulit, ſi viveret, idem perhiberet.* Et lib. III. Epiſtol. *Ioſephi Scaligeri* ep. 273.

quadrageſimo milleſimi & quadringenteſimi
ſæculi anno factum aſſerant, quid obſtet, quo
minus decennio ante de uſu artis ac neceſſa- v. 36
riis ad eam inſtrumentis *Laurentium* cogitare
cœpiſſe credamus? Nam in re nova adeo &
difficili meditanda temporis tractu opus fuit.
Sed nec de tempore hic admodum conten-
di-

273. ad *Io: Caſelium* pag. 571. ſq. *Nos ipſius* Berenicæ Ludroniæ *horas matutinas vidimus, primum opus, quod typographia naſcente prodiit. Ea in membranis, non ſingulis literis junctis, ut fit hodie, excuſa, ſed in ſingulis paginis buxeis, iiſdem ductibus & connexionibus, quibus properantes ſolemus ſcribere, exſculpta fuerant, ita ut qui propius aciem oculorum non admoviſſet, vix, excuſane an ſcripta eſſent literæ, dignoſceret. Omnino eſſe manum hominis Germani putares. Eas horas matutinas plurimi faciebat pater meus, tum propter matrem, tum etiam quod ille primus typographiæ fœtus eſſet. Operculum etiam ligneum ſerico velatum erat, umbilicis & cornibus argenteis deauratis inſtructum. In interiore ſuperficie eorum profundum rotundum cum imagine crucifixi argentea, Mariæ virginis & Johannis Evangeliſtæ erat. Subter manu fœminina italico idiomate,* Berenica di Ludrone della Scala, *Berenica Ludronia Scaligera, & neſcio quid præterea germanice perſcriptum erat. Admodum enim pueri, antequam canis leporaria librum diſcerpſiſſet, eum vidimus. Hæc ita ſunt, ut ſcribimus.*

ditur. Nec id exacte adeo licet affirmare. Nec in eo ad amuſſim ejusdem anni omnes conveniunt, qui Moguntinorum meminere. Quod quidem ideo ſemel dicendum hic erat, ne quis exiſtimet, unius, quem produximus, Rabbini hac in re teſtimonium acceptum aut rejectum addere aut detrahere aliquid veritati. Sed & tua cauſſa, *Mallincroti*, ne quod videri tibi ais, in poſterum videatur, voluiſſe nimirum illos, qui hanc temporis anticipationem amplectuntur, Batavicæ cauſſæ colorem aliquem hoc circumſtantiarum penicillo illinire. Nam quid nobis hic cum fuco & pigmentis? Ubi enim, & à quibus, & quando præter propter in publicum primo uſum ars hæc perducta ſit, id vero illud eſt, quod in hac controverſia indagamus. Nos pro Harlemenſibus & *Laurentio Coſtero* hic ſtamus, *Junii* & productorum ab eo teſtium fide adverſus quosvis, qui in ſuperiori Germania deberi ſibi volunt ejus gloriæ celebritatem. Quippe jam ante eum natum ejus artis incunabula ad Hollandiam *Accurſius* & *Chronologus Colonienſium* retulere. Quorum cum eludere auctoritatem non poſſis, *Mallincroti*, ſententiam corrumpis aut pervertis. Quid enim illud eſt, quod poſt tantum apparatum verborum, quæ nec tegunt, nec vulnerant, (nam hactenus integri adhuc ſumus) tandem ais: Mariangelus *nihil amplius dicit, quam ex Donatis Hollandiæ* Joannem

nem Fauſtum, *qui typos æreos plumbeoſque* Mo-guntiæ *invenit, admonitum fuiſſe; ipſum autem imprimendi artem primum excogitaſſe, multaque ad artem poliendam; deinceps addidiſſe filium ejus* Petrum Schœfferum. Colonienſe *etiam* Chronicon, *etſi dicat primum hujus artis ſimulachrum* p. 37 *aut præludium ſeu præfigurationem (vorbildung) fuiſſe iſtos Hollandiæ* Donatos, *tamen verbis claris & apertis fatetur & teſtatur, omnium primo Moguntiæ ad Rhenum Typographiam inventam eſſe, ibidemque primos prodiiſſe, quos orbis occiduus vidit, impreſſos libros. Item* Donatos *illos Hollandicos non dicit Typographiæ initium fuiſſe, ſed ex illis initium ejus deſumptum eſſe. Quid clarius? Quid magis dilucidum? Annon hi ſoli teſtes* Boxhornio *&* Scriverio *refutandis ſufficiunt? quorum tela in alios contorta in ipſos productores retorquentur, eorumque jugulant prætenſionem.* Sed ſalva res eſt. Tantum abeſt, ut confoſſi ſimus. Nec tam declinamus ictum, quam non ſentimus. Quis autem futurum credidiſſet, ut poſt tot ſtrepitus & minas tam fœneæ eſſent *Mallincrotii* manus? ut adverſarii judicio proſtratus *Boxhornius* & confoſſus, ſed ſuo nondum læſus, adverſarium hic debellaret? Age igitur & ne mutire poſthac audeas, ferrum in os ac jugulum adigamus. Ac primo quidem ais, tradere *Mariangelum Accurſium*, imprimendi artem primum inveniſſe *Iohannem Fauſtum*. Candor quo abiiſti? Nam id falſum eſt. Dicis enim: Fauſtum *primum excogitaſſe imprimendi*

ar-

artem typis æreis. Et hoc verum eſt. Nec adverſum nos facit. Alia enim *Coſteri* fuere rudimenta, lignei typi & tabellæ inciſæ. Atque iis libros primus expreſſit. Sed & de æreis aut alterius metalli typis eum cogitaſſe ex *Iunio* conſtat, quos hero ſurreptos à ſe auctos deinceps & ornatos *Fauſtus* habuit. Atque ita hic æreis typis, horum reſpectu primus omnium, reſpectu ligneorum ſecundus expreſſit exemplaria librorum. Et quid ſi expuncta hic in gratiam tuam furti infamia, ſolius *Mariangeli* verbis inſiſtamus? Nonne futilem & iniquam eſſe interpretationem tuam

p. 38 omnibus liquido conſtabit? *Iohannes Fauſtus* primus excogitavit typos æreos. Qua occaſione? quo modo? Ad exemplar typorum ſeu inciſarum tabularum. Cujates iſtæ? In Hollandia primum inventæ. *Iohannes Fauſtus* primus impreſſit libros typis æreis. Quorum exemplo? *Donatorum*, qui jam ante in Hollandia impreſſi in tabula inciſa. Igitur primi typi, prima imprimendi miniſteria & inſtrumenta, quantumvis rudia & impolita, primi artis fructus, prima librorum exemplaria impreſſa, inventa ſunt & beneficia Hollandorum. Atque id dicit *Accurſius*. Quo quid clarius & magis pro nobis facturum deſideremus? Cæterum pergamus. Nam Colonienſis Chronici ſententia eadem arte oppugnatur. Quid ergo? *Etſi id teſtetur*, inquit *Mallincrotius*; *primum artis exemplar*

fuiſſe

fuiſſe Hollandiæ Donatos, *tamen apertis verbis fatetur, Moguntiæ ad Rhenum Typographiam inventam eſſe.* Sed an omnium primo, an omnium primam, ad cujus normam illa Moguntina adornata eſt? Id non dicit Author. Imo hoc illud eſt, quod diſertim negat. Et negabit ſemper & continuo tibi negamus. Diſtinguit enim typographiam & utriusque inventionem, alteram primam, alteram ſecundam; alteram ætatis ſuæ, alteram ſuperioris; alteram rudem & impolitam, alteram excultam magis & conſummatam. Alibi enim ars, alibi ornamenta artis ſunt inventa. Illa inter Hollandos, hæc inter Germaniæ Moguntinos. Quod quid contra nos, ut tu vis *Mallincroti*, aut quid non pro nobis facit? Hoc enim volebamus. Et merito quidem, quia verum eſt. Et legere non poſſum, ſi aliud elicis ex hoc loco. Quid quod Author *Donatos* Hollandiæ primum artis exemplar vocat? Ita enim latine reddimus Germanicam vocem. Quid autem exemplar? In quo quis præivit alii, quod exprimit alius ac imitatur. Et qui melius pulchriusque exprimit, tamen adhuc imitatur. p. 59 Quem autem quis ſequitur, neceſſario prior eo eſt, qui imitatur. Ut qui in via publica aut nova aliorum veſtigiis inſiſtit, neceſſario eos agnoſcit, qui præceſſere. Et ſi difficile, ſi utile & neceſſarium, quod quis exprimit ab alio prius inventum, plus laudis meretur, qui

præivit, quam qui imitatur. Sed nec parvam gloriam is meretur, qui id, quod alterius eſt, & primum eſt & ideo rude, aut nondum ſatis politum, pulchrius reddit ſtudio ac induſtria adſiduæ imitationis. Vides, quam candide cum Moguntinis agam, *Mallinerotis* ſed & verum eſſe, quod olim quoque tradebamus, Harlemum Typographiæ velut matrem, Moguntiam autem nutricem ejus fuiſſe & alumnam, ibi ſuperatum, quidquid in novæ rei exordiis impeditum, hic additam majorem arti ſpeciem & facilitatem. Et id voluit, qui Colonienſe Chronicon conſignavit. Sed & quæſtioni huic his quidem rationibus ſatisfactum eſt ac tibi. Sed quod fugitivi ſolent, latebras quæris. Addis enim, *Donator* illos Hollandiæ non Typographiæ initium fuiſſe, ſed ex illis initium ejus deſumptum eſſe. Quod quid ſibi velit, & quale diſcrimen ſit, equidem neſcio. Ne nimium acutus ſis, te quæſo. Videor tamen mihi intelligere, quid velis. Namque mutas quaſi mox controverſiæ ſtatum. *Nemo enim negabit*, inquis, *quando Typographica hæc quæſtio ventilatur, de ea Typographia loqui, qua etiam nunc utimur, quaque omnem jam Europam libris implevit. In hunc autem cenſum Harlemenſes non veniunt, niſi poſtquam à Moguntinis eruditi ſunt, quæ in re aut conſenſum eorum requirimus, aut impreſſa ab illis volumina exhiberi poſtulamus.* Paullo di-
p. 40 ſtinctius & modeſtius, te rogo. Nemo enim
di-

dixit Harlemenſium & Moguntinorum primam Typographiam, omnimodo & quavis ex parte, eandem fuiſſe aut æque conſummatam. Qui enim id fieri potuiſſet? Nam quod vetus ſcriptor inquit, & huc facit; nulla ars poteſt eſſe eadem excogitata ſimul & examinata: nec eſſe quidquam omnium, quod habeat & laudem diligentiæ ſimul & gratiam novitatis. Aliud igitur quæritur; nempe illud: An illius Typographicæ artis, quam primo apud ſe inventam jactant Moguntini, cujusque typis libros impreſſere, cujusque uſus hodieque eſt per omnem Europam, non prima, non magna, non præcipua, quibusque ad ornatum majorem & facilitatem pauca admodum adjicienda reſtabant, & cæteris inventis adjicere facile erat, apud Hollandos, interque eos Harlemenſes, jacta ſint fundamenta? Id tu negas. Nos aſſerimus, pari omnes conſenſu; & volumina, *Donatos* Hollandiæ & *Salutis ſpeculum*, oſtentamus. In quibus exprimendis quantum ad Typographicam, quæ etiam nunc in uſu eſt, artem excolendam promovendamque porro collatum ſit, reſtat, ut tibi liquido oſtendam. Igitur iſta quidem volumina apud Hollandos impreſſa ſunt. Quomodo? typis ligneis. Quales iſti? tabellis ligneis inciſi. Unde tabellas inciſas *Accurſius* appellavit. Quod *Melchior Adamus* Sileſius, in vitis Philoſophorum Germaniæ, ubi *Fauſti* & *Gutenbergii* meminit, his

verbis expreſſit: *Hoc quoque conſtat, ut omnium aliarum rerum, ita Typographicæ artis tenuia initio fuiſſe exordia, quæ progreſſu temporis magisque fuerunt aucta à diverſis & exculta. Nam integras paginas inciderunt primum in lignum, deinde chartis commiſerunt litteras ibidem inciſas, & litteræ primum è ligno facta ſunt, deinde ex orichalco, & tandem è ſtanno.* Primi igitur typi Hollandorum in eadem ta-
p.41 bella continui. Mox quo diverſis exemplaribus exprimendis inſervirent, ſingulares & diviſi, ex ligno primi, ſequentes ex ſtanno & orichalco. De quibus cogitare etiam cœpiſſe *Laurentium*, *Iunius* tradit. Typi igitur primi apud Hollandos inventi ſunt. Amplius quæro. An tabulæ inciſæ *Donatorum* ſine prælo exprimi potuere? Nemo id dixerit. Igitur præla etiam debentur ingeniis Hollandorum. Sed &, an ſine tenaci illo, & quod ſiccefcit facile, quali hodie typographorum omnium operæ utuntur, atramento? Ne id quidem fieri potuit. Igitur id quoque Hollandi excogitavere. Atqui typi, præla, illius, quod jam dixi, atramenti liquor hodieque ſunt & futura ſemper præcipua ac pene ſola typographorum inſtrumenta. Ex quo ſane ſequi, apud Hollandos magna & egregia hujus artis poſita & ad alios propagata, Moguntinos imprimis, eſſe fundamenta, cœcus eſt, qui non videt; malignus & veritatis hoſtis, qui videt & non credit. Et jam de omnibus tuis, quæ undiquaque

hic

hic conquiris, & non niſi magnificis verbis paſſim inſtruis, argumentis actum eſt, *Mallincroti.* Abi nunc & dic, ſi potes, glorioſas fabulas eſſe, quas recitamus; nobiliſſimam artem in Hollandia abortum infeliciter feciſſe, eamque ad Rheni demum flumen & ſub Germanico cœlo, Lucina magis propitia, legitimo & vitali partu prodiiſſe. Sed niſi proſtituere te decreveris, ex iis, quæ memorata nobis ſunt, accipies perpetui ſilentii legem. Nam præter *Donatos* iſtos Hollandiæ, quibus nihil equidem poteſt opponi, *Speculum Salutis* inſuper oſtentamus, venerandæ librum antiquitatis, & averſis tantum in paginis & ex tabulis inciſis, quæ plurimæ ſunt, excuſum. Sed fidem eorum, qui ejus meminere, in dubium vocas, & rejicis tanquam anile commentum. Quare ſodes? Quia *Junius* lingua vernacula, *Bertius* apud eruditiſ- *p.42* ſimum *Scriverium* exſtare latina conſcriptum lingua teſtatur. *Hæc*, inquis, *pugnantia ſunt, & proinde merito falſi ſuſpecta.* Quid ais? Videturne tibi aliquid obſtare, quo minus utraque lingua id opus potuerit vulgari. Sed male, ut fit, accepit ac retulit *Bertius.* Belgicum eſt illud *Scriverii* exemplar. *At*, pergis, *judicioſorum aſſenſum de iſto* Speculo *meritiſſime morari poſſe id videatur, quod intuitum publicum lucemque hactenus ſubterfugerit.* Verum quid id opus? Sed & an tale, quale ipſum eſt, poteſt vulgari? Et ex exemplaribus no-

ſtris novis tabulis expreſſum æque, atque ante, vobis incredulis ſuſpectum haberetur. At enim ſumptui parcamus. Veni huc, ſi vacat, & vide. Dedit *Scriverius* ſpecimen ejus, quantum licuit, in eo libro, quem de Typographia accuratiſſimum conſignavit. At vero aſſeris, eum videre te non potuiſſe. Paſſim tamen in Batavia legitur. Exſtat Latinum in Bibliotheca etiam mea ſimilis Speculi monumentum, ad cujus ſpectaculum totius Academiæ noſtræ & exterorum omnium ac tuos oculos nunc invito. Sed necdum tibi hic ſatisfactum eſt. Libenter enim dubitas, ſeu, ut mollius omnia accipiam, cupidus es veritatis. Qua in re ut voto tuo ſatisfaciam, mearum partium eſt, quia veritatis partes defendendas ſuſcepi. Quæris autem, unde ſciri poſſit, Speculum illud Salutis *Laurentii Coſteri*, non alterius, opus eſſe; quibus denique argumentis, indiciis, conjecturis, quæ aliquid fidei mereantur, vobis probari & perſuaderi poſſit, illud ipſum ſpeculum hodierna Typograpia prius & antiquius eſſe. Neſcio ſane quid vobis, qui adeo contumaces eſtis, poſſit perſuaderi. Scio interim veri ſtudioſis nullo id negotio poſſe probari. Ex tabulis nimirum inciſis. Ex iis enim hoc opus adornatum. Earum
p.43 vero primus inter Hollandos uſus fuit, in libris procudendis. Id *Mariangelus* teſtatur. Alibi autem terrarum in uſu non fuere. Con-

trarium enim nec probas, nec probabis. Igitur inventa Hollandorum inter Hollandos ſibi ſoli vendicant Harlemenſes, & nemine ex ea gente adverſante, quod apud *Iunium* videre eſt, probant. Inter Harlemenſes *Laurentius* ſolus ejus rei celebris author habetur. Cur enim, quod alias aut alibi ab aliis factum nunquam eſt, quod ſolum Laurentium tantum feciſſe conſtat, (quamvis de nomine ejus ex titulo nihil conſtet; ea illorum temporum ſimplicitas fuit) ſoli *Laurentio* non vendicemus? Quid enim cauſſæ eſt, aut quæ tandem ratio, cur alia ex aliis, certa ex certis & quæ ſe invicem neceſſario ſequuntur, qualia iſta ſunt, non colligamus? Et eodem argumento *Mariangeli* & *Colonienſis Chronici* Hollandicos *Donatos* merito referimus ad *Laurentium* auctorem. Si hæc cum faſtidio repeti quis exiſtimet, tua, non mea culpa eſt, *Mallincroti*. Jam vero ea, quæ paulo poſt hodieque obtinuit, Typographica arte prius eſſe & antiquius iſtius Speculi opus facillime vel ex eo quivis collegerit, quod ante ſingularios typos in uſu fuerint tabulæ inciſæ, quodque haud credibile videatur, quemquam, illis inventis, his uti voluiſſe, cum hæ & plus ſumtuum requirant, & plus habeant difficultatis. Agnoſcis haud dubie hic quoque abunde aſſertam *Juniani* teſtimonii veritatem. Quod cur in aliis etiam vellicares, nulla juſta cauſſa erat. Nihil enim præ-

ter ſales & illiberales jocos congeſſiſti, quæ ut nunquam admittimus, ita minus ferenda, multo minus excuſanda ſunt, cum inquirimus in veritatem. Ceterum ne cui hic verum videatur illud vulgatum: *Ridentem dicere verum, quid vetat?* quid equidem de aliorum judiciis ſperandum tibi ſit, videamus. Cur
p.44 enim monſtro tibi ſimilis *Laurentius* hic *Junii* ædituus conſularis? Ignoras profecto Batavicæ gentis & illorum temporum pietatem. Quam in tali viro etiam laudare debebas. Et ſi opus eſſet, votum ſanctiſſimi Regum huc conferrem. Et ſane monſtro mihi ſimilis eſt ignarus ſimpliciſſimæ pietatis Decanus Monaſterienſis & Canonicus Mindenſis, & ſi quid præterea tibi reſtat ſacrarum dignitatum. Quæris porro: *Cur* Laurentius *faginos ſibi potius cortices, quam quodvis aliud litteris efformandis lignum delegerit, eo quod tum ob fragilitatem, tum etiam curvaturam, convenientis denique craſſitiei defectum, iſtiusmodi cortices minus apti ſint? Et quare tandem, ſi fagina materia copiam habuit, cortices potius, quam ipſum lignum, huic novo commento ſuo delegerit?* Ante te natum pro me alius reſpondit. Mopſum illum Virgilianum Menalcam olim, nunc te, compellantem audi, ſi vacat. Sic ille:

- - - Viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina deſcripſi, & modulans alterna notavi,
Experiar.

Diceres eum *Laurentio Coſtero* hic præiviſſe. Et cur

eur alienum tibi videtur, aliud agendo, & dum in ſylva captatur frigus opacum, litteris cortici inſcriptis, earum figuram puerulos didiciſſe? Nec enim ignoras de gruibus olim tradita, quæ litterarum formam *Palamedem* docuere. Opilio quondam gregem & quieſcentis umbram, umbræque ductum in arena pedo ſequutus, pingendi artem adinvenit. Quæ difficillima, ludendo facillime, & ſæpe alibi potius, quam inter ferulas Chironis & virgas, prima præſertim ætate diſcuntur. Nec ex me hic quæres exempla, quæ nec deſunt, nec potes ignorare. Quæris etiam, qua ra- p.45 tione rem heri ſui clepſerit *Fauſtus*, qua furtum diſſimulaverit, qua denique extra urbem ſe proripuerit, choragio Typographici inſtrumenti onuſtus. Ne id operoſe adeo quæras, te rogo. De furto conſtat. Quibus in eo committendo artibus uſus ſit, ipſe, quod ſciam, nunquam prodidit. Nec id ab eo debebat exſpectari. Interim ſcio, etiamſi neſcire te profitearis, qua ratione ſcelus adminiſtratum ſit, non futuram inter bonos minorem induſtriæ tuæ ac ingenii famam. Mille ſunt nocendi artes, quas libenter ignoro. Quid ad nos, quomodo ſcelus patratum ſit? Ipſum apud nos in confeſſo, & graviſſimi teſtimonii fide confirmatum eſt. Sed ais: *Demus ſane* Fauſtum, *ſeu quemvis alium Harlemenſes typos intervertiſſe, num eo ipſo ars quoque ipſa ſimiles de novo fundendi aut efformandi* Laurentio

Hhh 5 *ſimul*

ſimul erepta fuit? Das profecto, quod verum eſt, & gratias agimus pro liberalitate. Sed quæris, quod quærere opus non eſt, & nimiam curioſitatem cum injuria veritatis conjunctam vix excuſamus. Quid ſi dicam, noluiſſe *Laurentium* aut generum ejus *Thomam Petri*, aut illius nepotes artem difficillimam hactenus ſibi ac improſperam exercere? At, inquis, omittere non debebant exercitium artis quæſtuoſæ. Cur de eo hic agis, quod factum non eſt? De eo enim, quod factum eſt, tantum diſputamus. Et omnem Typographicæ artis cultum neglexiſſe *Laurentium* & agnatos ejus & miniſtros, quis tibi affirmavit? Et id dicenti tibi modo cur credam? Sane illo ſæculo non ſiluiſſe, ut tu loqueris, Hollandiæ prælа, conſtat ex libris, quorum haud exigua in mea ac aliorum bibliothecis eſt copia, qui Trajecti ad Rhenum, Lugduni Batavorum, Delfis, Goudæ & in ei proximo Monaſterio Steinenſi, (ubi Typographicam artem olim Monachos exercuiſſe con-
p.46 ſtat mihi ex *Æſopi* & aliorum fabulis, quas ab iis excuſas habeo) editi ac impreſſi. Sed tamen *Laurentianis* typis omnes iſtos deſcriptos eſſe haud certe affirmavero. Neque id ad rem nunc facit. Conſtat interim mihi, artem eam, ut tu vis, non adeo ſub initium fuiſſe quæſtuoſam. Plerorumque Bibliothecis à MSS. Codicibus erat proſpectum. Nondum eruditio ac litteræ extulerant caput.

Bar-

Barbaries illorum temporum ſua tantum vitia æſtimabat. Libri excuſi emptores vix inveniebant. Typographi rebus ac fortunis ſuis exhauriebantur. Quæ res admonet, ut inſtituti cauſſa, & quia harum rerum, quod & laudo inprimis, curioſum te video, diligentiſſime *Mallincroti*, adtexam epiſtolam, quintæ parti annotationum *Nicolai Lyrani*, Brabanti, in Biblia editionis Romanæ anni cIↃ CCCC LXXII. à *Jo. Andrea* Alerienſi Epiſcopo præfixam, & *Xyſto* IV. ſummo Pontifici, nomine *Conradi Suveynhem* & *Arnoldi Pannarts*, in alma urbe Typographicam artem tunc exercentium, inſcriptam; quam mihi ut & plerisque hactenus non viſam, nec aliis, qui in hoc argumento verſati ſunt, ut nec tibi memoratam, ex Ultrajectinæ Bibliothecæ exemplari deſcripſit vir doctiſſimus & antiquitatis patriæ peritiſſimus, *Gisbertus Lappius* à Waveren, quaque eſt humanitate, nobiscum, dum hæc ſub prelo ſunt, libenter communicavit. Sic autem habet: * *Communis ac trita olim inter gentiles opinio fuit, Beatiſſime Pater,* Xyſte IIII. *Pontifex Maxime, cetera Diis, Deos ipſos, duodecim etiam illos principes, ſelectos & magnos appellatos, uni neceſſitati continuo paruiſſe. Eam enim inter numina omnia absque provocatione imperioſum exercuiſſe magiſtratum. Idne inter Chriſtianos quoque vere dici*

* Excerpta exſtant in *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. Vol. I. p. 48-51.

dici cenſeatur, tua potiſſimum ſapientia clementiaque occurri poteſt, & ut digneris miſericorditer occurrere, ſervuli tuæ ſanctitatis CONRADVS SVVEYNHEM & ARNOLDVS PANNARTS, impreſſores noſtri, ac utiliſſimæ hujus fictoriæ artis primi in Italia opifices, maximi in urbe operarii, ante ſanctiſſimos tuos pedes terram veſtigiis tuis impreſſam deoſculantes, implorant. Namque ego ipſe, creatura tua, cæteras epiſtolas proprio, hanc illorum nomine & deceſſoris, antea & poſtmodum tuo numini divino inſcripſi. Vox quidem impreſſorum ſub tanto jam chartarum faſce laborantium, & niſi tua liberalitas opituletur, deficientium, iſta eſt, Pater Beatiſſime: Nos de Germanis primi tanti commodi artem in Romanam Curiam tuam multo ſudore & impenſa, deceſſoris tui tempeſtate, deveximus. Nos opifices librarios ceteros, ut idem auderent, exemplo noſtro invitavimus. Nos reliquis propter impenſarum magnitudinem à tanto negotio vel omnino vel maxima ex parte quaſi in ſalebra hærentibus, recentiore animo viribusque geminatis cum ſumma difficultate reſtitimus. Jam tandem, defecti nervis & ſanguine, divinam opem tuam imploramus. Indicem ſi perlegeris impreſſorum à nobis operum, miraberis, tanta majeſtatis & Apoſtolici culminis Pater, vel chartas huic librorum copiæ potuiſſe vel linamenta ſufficere. Et ut perlegere valeas usque adeo curis pontificialibus diſtrictus, nihil aliud hæc epiſtola continebit. Nam auditis nominibus tantorum auctorum duntaxat, facere non poteris, ſi bene tuam pietatem novimus, quin ſtatim nobis ſubvenias; nec ulla rerum qualiumcunque

p. 47

occu-

occupatione difficultateve valebis deterreri. Impreſſi ſunt, Pater beatiſſime, noſtro ſtudio libri, qui in ſubjectis ſuo ordine tibi recenſebuntur:

Donati pro puerulis, ut inde principium dicendi ſumamus, unde imprimendi initium ſumpſimus, numero trecenti. CCC. p. 48

Lactantii Firmiani inſtitutionum contra gentiles & reliquorum ejus auctoris opuſculorum volumina octingenta viginti quinque. DCCCXXV.

Epiſtolarum familiarium *Ciceronis* volumina quingenta quinquaginta. DL.

Epiſtolarum *Ciceronis* ad Atticum volumina ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

Speculi humanæ vitæ volumina trecenta. CCC.

Divi *Auguſtini* de Civitate Dei volumina octingenta viginti quinque. DCCCXXV.

Divi *Hieronymi* Epiſtolarum & libellorum volumina mille & centum. MC.

M. T. *Ciceronis* de Oratore cum cæteris volumina quingenta quinquaginta. DL.

M. Tul. *Ciceronis* Operum omnium in Philoſophia Voll. quingenta quinquaginta. DL.

L. *Apuleji* Platonici cum *Alcinoo* Voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

A. Gellii noctium Atticarum Voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

C. Cæſaris Commentariorum Gallici & Civilis bellorum voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

De-

Defenſionis Divi *Platonis* voll. trecenta. CCC.

P. *Virgilii Maronis* Operum omnium Voll. quingenta quinquaginta. DL.

T. *Livii Patavini* cum Epitomate omnium Decadum Voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

Strabonis Geographi voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

M. *Annai Lucani*. Voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

p.49 C. *Plinii Veronenſis* de naturali hiſtoria voll. trecenta. CCC.

Caji Suetonii Tranquilli de duodecim Cæſaribus voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CC LXXV.

Divi Leonis Papæ Sermonum Voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

M. Fabii Quintiliani Inſtitutionum Oratoriarum voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CC LXXV.

Continui vel Catenæ aureæ Divi *Thomæ Aquinatis* Voll. quingenta quinquaginta. DL.

Divi *Cypriani* Epiſtolarum voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

Biblia cum Opuſculo *Ariſtea* voll. quingenta quinquaginta. DLXXV.

Silii Italici cum C. *Calpurnio* & *Heſiodo* voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

Orationum M. T. *Ciceronis* cum invectivis omnibus in Antonium, Verrem, Catilinam

&

& ceteros, Voll. ducenta ſeptuaginta quinque. CCLXXV.

P. *Ovidii Naſonis* Metamorphoſeos & Elegiarum omnium voll. quingenta quinquaginta. DL.

Nicolai de Lyra voll. mille centum. MC.

Horum omnium voluminum ſumma, ut tua pietas perſpicit, Pater beatiſſime, niſi fallimur, efficit Codices duodecies mille quadringentos ſeptuaginta quinque, acervum quidem ingentem & nobis, impreſſoribus tuis, ad ferendum, qua parte reſtat, intolerabilem, propter eam, quam in initio epiſtolæ poſuimus, neceſſitatem. Nam ingens ſumptus ad victum neceſſarius, ceſſantibus emptoribus, ferri amplius à nobis nequit. Et ementes non eſſe nullum eſt gravius teſtimonium, quam quod domus noſtra, ſatis magna, plena eſt quinternionum, inanis rerum neceſſariarum. In Te igitur, clementiſſime Pater, qui & ſapientiſſimus doctiſſimusque, ſpes p. 5
noſtra ſita eſt, in te ſubveniendi noſtræ neceſſitati eſt copia, ne pereamus. Da nobis ſubſidium de excelſo throno majeſtatis tuæ. Parati ſumus pro clementia tua arbitrio de noſtra merce, id eſt, de impreſſis quinternionibus noſtris, tibi tot tradere, quot volueris, & quibus volueris. Tua incredibilis manſuetudo ſubveniat nobis de aliquo officio, unde poſſimus nos & noſtros alere. Impenſa eſt facta in ſolius Nicolai de Lyra *à nobis voluminibus tanta, ut amplius nihil nobis ſuperſit ad vivendum. Si venderemus opera noſtra, non ſolum à tua pietate nihil peteremus, ſed ultro in præſentium temporum articulo, in quo te plurimum egere non neſcimus, ipſi noſtra offerremus. Faciemusque, quo-*

quotiens tuo adjumento fortuna nobiscum uſa videbitur fronte ſereniore. Interea, Pater Sancte, adjuvent nos miſerationes tuæ, qui pauperes facti ſumus nimis. Sis perpetuo ſoſpes & felix, Pater beatiſſime. Romæ XX. Martii MCCCCLXXII. Pontificatus tui clementiſſimi anno primo.

Hactenus Epiſcopus Alerienſis. Atque iſta legi repetique hoc loco non ingratum futurum etiam confido illis, qui in reſtituendis antiquis Scriptoribus occupati, non eos cum MSS. tantum, ſed & veterrimis primisque editionibus ex antiquiſſimis ſæpe optimisque codicibus adornatis utili inprimis opera conferre conſueverunt. Interim abunde tibi ſatisfactum opinor, *Mallincroti.* Quæ enim porro quæris, cur *Laurentius Coſterus* ejusque hæredes hæc aut iſta, à *Junio* tradita, egerint aut non egerint, quæ tu eos agere vel aliter agere debuiſſe arbitraris, profecto ejusmodi ſunt, ut vel tua cauſa tacere longe potius exiſtimem, quam ad ea reſpondere. Quæ enim in agendis nonnullis, quibusdam autem, quorum meminiſti, inter-
p.51 mittendis conſilia eorum fuerint ac rationes, tam ignoramus, quam typographicam artem Harlemi primo inventam eſſe certi ſumus. Quod jam ſatis ſuperque probaſſe nos exiſtimamus. Atque hæc ad publicum eruditi orbis tribunal lubenter deferimus, haud dubii, in iſta qualicunque commentatione modeſtiæ partes à nobis ſtetiſſe ac veritatis.

Nam

Nam minus penes eum gloriæ eſt, ſed & demereri ſibi aliorum judicia haud poteſt, qui cum contumelia adverſantium ac acerbitate quantumvis rectiſſimæ ſententiæ aggreſſus eſt defenſionem. Et ut forte inſcitia aberrantem, ſine omni calumniandi ſtudio inſtruit tantum ac docet, quisquis bonus pariter eſt & eruditus, ita qui cum ignorantia pertinaciam conjungit & libidinem obtrectandi, ne quidem veniam exſpectet. Quæ tamen vix cogitant plerique, qui cum aliorum judiciis diſſentiendo commiſſi, velut minores mentis, non tam ſcribunt fere, quam iraſcuntur. Tibi interea, *Laurenti Coſtere*, tantisque tuis adverſus aliorum livorem meritis agnoſcendis hoc pietatis noſtræ redhoſtimentum publico nomine ac privato debebatur. Tuum enim hic beneficium agnoſcimus, præſidio nobiliſſimæ, & quam ad utilitatem humani generis nulla ætas majorem dedit, nulla datura eſt, à te primum inventæ, deinde ab aliis excultæ tandem ac propagatæ artis conſervatam hactenus & conſervandam ſemper rerum omnium ac temporum æternitatem.

FINIS.

LVGDVNI BATAVORVM
TYPIS WILHELMI CHRISTIANI.
cIↄ Iↄ cXL.

Ex *Marci Zuerii Boxhornii* Hiſtoria Vniverſali Sacra & Profana pag. 946-952. Lugd. Bat. 1652. 4.

Si ulla inventorum gloria celebranda ſint tempora, profecto iſta ſunt, quorum res jam tradimus. Hæc enim peperiſſe veluti Artem typographicam, eruditionis omnis liberalem cuſtodem ac alumnam conſtat. Magnum tamen inter indagatores harum aliarumque ejusmodi originum de inventore certamen eſt, aliis eum Moguntinum, aliis Argentoratenſem, in ſuperiore Germania, aliis Harlemenſem Hollandum prodentibus. Ego omnibus partium ſtudiis, ut oportet, poſtpoſitis, pro Harlemenſi pronunciare & audeo & debeo, ſicut & ſingulari libro eximius amicus ille noſter & Polyhiſtor, *Petrus Scriverius*, jam pridem pronunciavit. Multos, ſcio ego, debita nobis compertæque hic veritati fides hoſtes habet, Moguntinos inprimis & Argentoratenſes in ſuperiore Germania; cæterum ea in medium non quidem multa, ſed tamen omni exceptione majora, quædam teſtimonia pro noſtra & aliorum idem ſentientium hac ſententia & prodidimus & jam prodemus, ut in eandem *non* poſſit non quivis concedere; niſi forte ſit, qui aut quævis à vero diverſa ab aliis, & magno numero, (nam plures plerumque ſunt, qui ut ipſi falluntur, & ſic quoque ipſi plures

res fallunt) tradita, ſtatim pro certo compertis habet, aut invita veritate, placere hominibus conſtituit; aut denique debitam optima fide, & de qua ambigere merito non licet, narratis rebus & quidem à fide digniſſimis, fidem non vult habere, adeoque falſa ſibi mavult, quam vera obtrudi.

Moguntinorum hac in re cauſam poſtremus omnium & poſt multos alios, ſed multo quam alii, & accuratius & diligentius, ſingulari elegantiſſimoque libro agere aggreſſus eſt *Bernhardus Mallincrotius*, Vir & rara generis ac imaginum nobilitate & virtute omni, incomparabili inprimis humanitate, qua & nos, etiam ex quo diſſentire in hac cauſſa cœpimus, merito devinctos ſibi habet, & rara eruditione illuſtris, omnique laude major. Ægre ego ab eo viro diſſentio; diſſentire tamen & hoc loco & hac in re ab eo audeo, cum habeam compertum, nihil æque ei curæ ac ſtudio eſſe, quam ex diſſentientium & doctiſſimos quosque ac accuratiſſimos facile circumvenientium tricis explicatam, neque ullo obſcuram fuco, agnoſcere veritatem. Diſſentire ergo hic à tanto & viro & amico non audeo tantum, ſed & debeo: neque tamen aliis, quam olim, indutus tectusque armis, quum adoleſcens admodum & pene puer Hollandiæ urbium deſcriptionem in vulgus darem. Adducendi ergo velut in campum hic quoque & do-

meſtici & externi, & ſinguli omni exceptione majores, teſtes ſunt. Primum *Hadrianus Junius* ſe offert, Hornanus Hollandus, adeoque auritus & prope oculatus rei geſtæ teſtis. Tali autem nemo in cauſæ ejusmodi, qualis hæc eſt, cognitione fidem denegat.

Verba ejus ſunt, ubi in Bataviæ veteris illa parte, quæ nunc Hollandia dicitur, celeberrimam non uno, ſed hoc potiſſimum, nomine civitatem *Harlemum* deſcribit, poſt ſingularem fidei in narrandis ſingulis ſignificationem. *Habitavit*, inquit, *ante annos centum duo detriginta Harlemi* &c. usque ad verba: *ad ſuſcipiendum odium paratior ſim ac promtior.* (vid. ſupra pag. 234-237.) *Tabella recitata eſt* &c. usque ad verba: *à qua mente averſus eſt, quisquis ſanam habet.* (vid. ſupra pag. 822.) Accedunt laudati olim nobis Annalium Colonienſium auctor & *Mariangelus Accurſius*; hic Italus, ille Germanus, uterque exterus Hollandis & peregrini. *Sed quid iſti?* &c. usque ad verba: *de bellis Romanorum cum Germanis.* (vid. ſupra pag. 837.) *Nec minus certum eſt* &c. usque ad verba: *id decus, ea claritudo eſt.* (vid. ſupra pag. 839.)

(o)

L. AN-

L. ANDREÆ RIVINI,
HALIS - SAXONIS,
PROFESSORIS LIPSIENSIS,
HECATOMBA LAVDVM ET GRATIARVM,
IN LVDIS ITERVM - SECVLARIBVS,
OB INVENTAM IN GERMANIA
ABHINC
ANNIS CC.
CHALCOGRAPHIAM,
AD ARAM SVPREMI NVMINIS,
ARTIS OMNIS DATORIS,
INQVE HONOREM PRIMOR. HVJVS
AVTHORVM,
NEC NON PERPETVAM REI
MEMORIAM,
PVBLICE PIEQVE IN TILIETO
AD PLISN.-ELISTRVM IMMOLATA:
CVM IN CARMINIBVS QVIBVSDAM ET
EPIGRAMMATIS, TVM VERO PRAECIPVE IN
DECLAMATIVNCVLA SOLENNI,
ARTIS
TYPOGRAPHICÆ
COMMENDATIONEM
A PRIMIS VSQVE CVNABVLIS IN DE-
CLIVEM PAVLATIM SENECTAM HI-
STORICE MAGIS QVAM RHETORICE E
VARIIS SCRIPTORIBVS CELE-
BRANTE.

LIPSIÆ,
ÆRA CIƆ IƆ CCXL. APUD TYPOGRAPHOS.

Typographis Lipſienſibus S.

Cum veſter, Amici dilecti, Senior nuper Odam quandam Germanicam, biſeculi memoria, ob artificium veſtrum anno M. CCCC. XL. adinventum, celebrandæ ergo conſcriptam, percenſendam mihi exhiberet, inibique Lapſum quendam mnemonicum de JVONE SCHOEFERO, quem, neſcio cujus, Typographici Anagnoſtæ Argentinenſis carmen inter primores Chalcographiæ authores retulerat, deprehenderem; Subjeci ipſi humaniſſime, me, ob ſingularem ejus artis amorem, ante biennium publice de ea, ſed paulo aliter diſſeruiſſe, & tam inventum atque incrementum, quam decrementum & detrimentum ejusdem levi quidem & brevi, faſtigia tamen ſumma perſtringente, & diverſa ſentientes conciliante Oratiuncula declaraſſe. Ibi ille orare, ut, quum parum alias, nec niſi ſparſim à variis ea de re perſcriptum eſſet, eam declamatiunculam, præſertim hoc ſeculari iterum anno, quo alias Typographi jubilæum quaſi quendam per aliquot dies in Germania feriaturi eſſent, publici juris facerem. Quam ad rem cum operam prælaque ſua & ſuorum liberaliter offerret, tam honeſtæ ejus petitioni, inque laudem præcipue DEI, & Majorum noſtrorum gloriam, pie vergenti nolui refragari, ſed lubens è Schediis meis Oratiunculam illam

lam ſubitariam, una cum auctariis quibusdam ad rem præſentem accommodatis, vobis impertire & communicare volui. Eoque magis, quod geminum quiddam in Academia Agrippinenſi occeptari perſpexiſſem. Commodum namque accidit, ut in verno Librorum Catalogo hujus anni, tractatus Nobilis cujusdam viri, BERNHARDI à MALLINKROTH, de ortu & progreſſu artis typographicæ, Coloniæ apud Johannem Kinckium in 4. prodiiſſe nunciaretur. Eum Librum, licet nondum videre, & utrum nobiscum conveniat vel diſſentiat, animadvertere contigiſſet; attamen ut eadem, qua ille forma impreſſus eſſet, hic etiam noſter excuderetur, quo invicem conferri & compingi poſſent, vos monere debui, & ſimul rogare volui, ut rem communem literariam ad commodum quoque aliorum, ſi qua ventura ſunt, ſeculorum ſedulo adjuvetis, & porro conatibus quoque honeſtis faveatis.

Veſtri

L. A. R.

HECATOMBA LAUDUM ET GRATIARUM.

I.

Q. HORATII CARMEN SÆCULARE ΠΡΟΣΕΥΚΤΙΚΟΝ,

Ad verum & unicum Chriſtianorum Numen, & præſentem quodammodo Statum (cum apud S. Imperii urbem Noribergam, pacificandi ſtudio Cæſareæ Majeſtatis, & Sereniſſimorum ac Reverendiſſimorum Dominorum Septemvirorum, aliorumque Principum Legati & deputati eſſent congregati) directum; & in Typographiæ præſertim ante duo ſæcula inventæ laudem, ſine ulla pene mutatione ita concinnatum.

CHRISTE, cunctorumque potens JEHOVA,
SPIRITUS SANCTI decus, o colende
Ternio ſemper, dato, quæ precamur
Tempore ſacro.
Quo Sibyllini micuere verſus,
Strangulandum hoſtem eſſe aliquando Chriſti
Lino, eum, ſeptem placuere colles
Cui Babylonque.
Quando de pannis laceris renata
Charta jam lucem, nitido typo uncta,
Promſit, haud quicquam licet urbe Roma
Viſere pejus.

Præ-

Præla maturos aperire partus
Viſa Aletheiæ: patuere larvæ:
Hinc FIDEI LUCINA TYPOGRAPHIA eſt,
Ceu Genitalis.
Diva producat ſubolem, ſitosque
Sedula in lucem revocet parentes,
Proſperans decreta ſuper novandis
Ære libellis.
VICIES DENOS ſapiens PER ANNOS
Orbis, ut cantus referatque ludos
Ter die claro totiesque grata
Nocte frequenteis.
Vosque veraces ceciniſſe chartæ,
Quod ſemel dictum eſt, ſtabilisque rerum
Terminus ſervat, meliora doctis
Fata rogate.
Fertilis frugum, pecorisque tellus
Spiceo donet Corydona ſerto;
Nutriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et levis aura.
Condito mitis placidusque telo
Supplices audi famulos, Triarcha.
Adſpice & clementi operas ocello
Chalcographorum.
Præla ſi vere tuum opus, typique,
Littus Hebræum quibus Atticumque
Juſſa pars mutare Lareis & Urbem
Soſpite curſu:
Cum per ardentem celebris Caminum
FAUSTUS inventor modo litterarum

Liberum munivit iter, daturus
Plura repertis.
Hinc probos mores docili juventæ,
Et ſenectuti placidæ quietem,
Teutonum genti Deus addis & rem
Et decus omne.
Dum nigræ liræ albo inarantur arvo,
TERTIUS pacem FRIDERICUS orbi
Imperat, bellante prior, jacentem
Lenis in hoſtem.
Jam mari terraque manus potenteis
Et characteres timet Aleманos
Exter: hinc reſponſa petunt ſuperbi
Et Scythæ & Indi.
Jam Fides & Pax & Honor, Pudorque
Priſcus, & neglecta redire virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.
Hoc micat fervente decorus ære
Phœbus, acceptusque novem Camœnis
Qui ſalutari levat arte feſſos
Corporis artus.
Si MOGUNTINAS Deus audit ARTEIS,
Remque Germanam, TILIETVM & ipſum,
Alterum in luſtrum, meliusque ſemper
Proroget ævum.
Ad PATRIS dextram aſſiduusque JESVS
NORICAS SEPTEM ille PRECES VIRORVM
Curet, & votis puerorum amicas
Applicet aureis.

Hæc

Hæc DEVM ſentire, ſacramque Trigam
Spem bonam, certamque domum reportet
Doctus & CHRISTI Chorus & JEHOVÆ
Dicere laudes.

L. AN. RIVINI EPIGRAMMATA DECEM DE Cattiterographia.

I. *Laus Deo ſemper.*

Qui primus digitis incidit nomina legum,
Non modo marmoribus, ſed quoq; pectoribus; Exod. 24, 31.
LAVS SIT EI PERPES, quod eam Majoribus artem
Prodidit, ut ſcribant pectore & ære ſimul.
Jam LAVS quando DEI commercia cætera SEMPER
Ornat, ea ars LAVDES ornat at VSQVE DEO.

II. *In contemptores Chalcographiæ & ea abutentes.*

Quod ſtollit humo reverenter Turca papyrum,
Poſſe putans illi nomen ineſſe DEI:
Quan-

nto Chriſticolæ tractent reverentius artem,
uæ toto verbum protulit orbe DEI.
a flagellabit quisquis, non nomine CHRISTI
ignus, at ut premat & Turca flagellet eum.

I. *E B. Anuli Galli Emblemate de Chalcographia.*

admus Agenorides præſtans facundia & armis,
ui jaculum atque omni mensjaculo melior.
erulas tulit Europæ, Phœnicibus ortas,
quibus humanæ circulus eſt Sophiæ.
rum quinque (aliis ſe collidentibus ultro)
ena vocales integritate manent.
erreſtribus has animis inſevit & artes;
iviles homines fecit & ex rudibus.
us ob hoc vigilis dentes ſparſiſſe Draconis,
xque ſatis natos dentibus eſſe viros.
ſe occiderunt per mutua vulnera, tantum
Poſt reliquos cæſos) quinque ſuperſtitibus.
quibus eſt hominum poſt multiplicata propago:
Qui primi Thebas incoluere novas.
us ad Archetypum, qui γράμματα ſparſit in Orbe,
are pari potuit dicere Chalcographus:

SEMINO SERPENTIS DENTES IN PALLADIS ARVO,
Utque homines ſapiant, perficio hoſce libris.

IV. *De inventoribus, ad typographos.*

Monte (1) bono, & (2) Regis, (3) paſcens,
(4) Fauſt, (5) Gallus & (6) Anſer:
Hic artem reperit Senio Chalcographûm:
(6) Anſeribus (5) gallisque (3) ovibusque Ars
(2) Regia (3) paſcat,
Cultoresque bono (1) monte falerna (4)
beent.

V. *De Fauſto primario artis authore & Sociis* J. Guttenberg *&* P. Schœffer.

Quondam Orbis reperit Dominos aliquando futuros
FAVSTVLVS, Heptalophi Regius Upilio:
Sed domitura Orbis Dominos cum præla reperta,
MONTE BONO FAVSTVS CVM PETRO AGEBAT OVES.
Quanto autem eſt major Dominis Ratio hoſce gubernans;
Tantò eſt præ FAVSTO FAVSTVLVS iſte
minor.

VI.

(1) Johannes *Guttenberg*, (2) Johannes Regiomontanus juxta Purbachii tab. & P. Ramum. (3) Petrus *Schœffer*. (4) Johann *Fauſt*. (5) Vlricus *Hahn*, qui Romæ & in Italia primus libros excudit. (6) Nicolaus *Genſon* Polyd. Virgilio, aliis *Genſefleiſch*, quos citat M. *Sachſe in der Keyſer Chron.*

VI. *In typographos, pontificum æmulos chymiſtas.*

Chalcographiam odit cur invida Roma? quod aurum
E plumbo aut ſtanno conflet & iſta ſuum.
Quoque hoc candidius, fit eo felicius Album
Inde, Rubrumve; iſtud lividiusque nigrat.
Utque auri minus Urbs faciat, facit Ars quoque; Roma
Tot res ut faciat, rem facere & nequeat.

VII. *De iisdem Jubilæo Romam triumphantibus.*

Cum JUBILÆUS rite QUINIS VICIES
Annis celebrandus foret;
VIGINTI & annis QUINQUE eundem ſingulis
Indicat Urbi Pontifex:
Hunc gratulor Chalcographis recurrere
DENIS ab annis VICIES.
Longævitate VICIT horum VICIES
Romæ novæ & priſcæ VICES.

VIII. *Ad eosdem, ob T. amiſſam.*

Vobis Typographi malam fixit crucem,
Hanc quisquis Arti eſt nixus illi tollere,
Dum dempta vobis primula Artis litera,
Typographi non eſtis, aſt ὑπόγραφοι,
Quæque UTILISSIMA ars fuit VILISSIMA eſt.

Juxta illud MELCHIORIS ADAMI in vita FAUSTI:

Ut in aliis etiam fit rebus, ita hodierna die, cum immenſa ſit librorum copia, ars hæc quoque utiliſſima vileſcit: & præter labores vix aliud Typothetis & Impreſſoribus relictum eſt, omni quæſtu ad officinarum Dominos ac Bibliopolas redundante.

IX.

IX. *In eosdem nunc non ita, ut olim, fauſtos & opulentos.*

Gryps, Draco, uterque ſuo cuſtos ferus incubat auro,
Quorum hic litterulas protulit, ille tegit.
Namque Draconinis è dentibus, auſpice Cadmo,
Illa ſeges nata eſt, Gryphes ei arma data:
Sed cur Chalcographos jam nec Gryps, nec Draco ditat?
Gryphe minus ſcribunt, plusque Dracone bibunt.

X. *In Cornutos ejus artis jam poſtulatos Tirones.*

Ceu Saxones vocare cornutos ſolent
Adulterarum conjuges Episcopos:
Pueros ita cornutos Typographi docent;
Sed hoſce quando Heri manu-audent-mittere,
Tum postulatos hos vocant Typographi,
Vt postulati ſunt vocati Episcopi.
Hi nempe, Illique, ubi eſſe deſiere Apostoli, Martyres.
Vtrique Postulati eo jam differunt:
Ponant quod hi, tollant ſed iſti cornua.

D. O. M.

QVOD ANTE BINA RETRO QVONDAM SÆCVLA.
AB ORBE CONDITO TOT SÆCULIS,
IMO INTEGRIS ÆVI USQ. MILLENARIIS,
IN ASIA, EUROPA, AFRICA,

ET

ET QUA PATEBANT POSTERORUM RO-
MULI
SCEPTRA ET TREMENDA INSIGNIA,
NUNQUAM AURIBUS FUIT, NEC USPIAM
PRIUS
OCULIS RECEPTUM AC COGNITUM,
QUIN NE QUIDEM ULLIBI COGITATUM
QVOD FUIT,
SCRIBATUR UT CALAMO SINE,
NOVA ARTE MIRA PLUSCULUM CELER-
RIME:
EJUS REI IN GERMANIA
MOGUNTIÆ à JOANNE FAUST, SCHOEFFER-
PETRO,
JANOQUE GUTTENBERGIO
(REGNI POTITO, FRIDERICO III.)
DEMUM REPERTÆ ÆRA QUATER-
CENTESIMA, TOTIES - DECIMA ET MILLE-
SIMA;
MONUMENTA QVÆDAM PUBLICA,
LUDIS VELUT VOTISQUE SÆCULARIBUS,
QUÆ VISAT HORVM NEMO BIS,
STATUERE AMANTES ARTIS IMPRESSORIÆ,
GRATI SUIS MAJORIBUS,
PIETATIS IN DEVM, VNICVM FONTEM BONI,
EXEMPLA DANTES POSTERIS.
QVISQVIS LEGIS, BENEDIC IIS AVTHORIBVS,
CVLTORIBVS, FAVTORIBVS,
PACEM PRECATVS IN SOLO HOC PACIS TVIS
TYPIS, DEI ET NOTARIIS
IN ALTERO REQVIEM BEATAM SÆCVLO
INTERMINANDIS SÆCVLIS.

AN-

ANDREÆ RIVINI,
P. L. & P. L.
PANEGYRICA DECLAMATIO,
QVA

ARTIS TYPOGRAPHICÆ INITIA, PROGRESSVS, NOBILITAS ET VTILITAS SVMMA CELEBRANTVR;

SCOPVLI ABVSIONVM DEVITANDI INDICANTVR, ATQVE IPSA GERMANIS SVIS AVTHORIBVS AB EXTERORVM CRIMINIBVS, ET SVORVM QVOQVE FALSARIORVM INJVRIIS IN INTEGRVM VINDICATVR:

Publice LIPSIÆ M. Martio Æræ Dionyſianæ cIↃ IↃ c IIXL. in ſolenni X. Batalariorum Philoſophiæ renunciatione habita:

Nunc vero

in gratiam hujus Artis Cultorum, una CVM NOTIS PARALLELIS edita, & ab iisdem ibidem divulgata.

Anno à prima ejus in Germania inventione iterum-Jubilæo vel bis-ſæculari.

à N. C. cIↃ IↃ c XL.

V. CL.
Peramplo & Juris ac æqui, publici & privati, Conſultiſſimo,

DN. BVRCHARDO BERLICHIO,
Sereniſſimo Saxoniæ Principi-Electori à Conſiliorum intimiorum Secretis &c.
Literarum Literatorumque præcipuo Favitori, Summo ſuo
D. D. D.

AVTHOR.

Cui dono egregiam novam libellos
Exſcribendi adeo cita manu Artem?
BERLICHI, *Tibi: namque tu ſolebas*
Typos hos Superûm eſſe munus ingens,
Ac tuas reputare margaritas,
Jam tum, cum auſus es unus Alemantis
Cuncta Jura tribus coacta chartis,
Doctis Juppiter, ære publicare.
Quare habe tibi, quicquid ejus artis,
Quantumque volat virûm per ora,
Plus uno remanere quodque ſeclo
Cernis: Tecum ea poſt anus perennet!

* * *

AD EVNDEM EPIGRAMMA.

MVLTI MVLTA TYPIS IMPRESSA DICARE: SED IPSA
DEDICAT ARS TIBI SE TOTA TYPOGRAPHICA.

AN-

p. 1

ANDREÆ RIVINI
DE
TYPOGRAPHIA
DECLAMATIO.

I. N. S. T. A.

Si quis unquam punctum aliquod retuliſſe dignus judicatus fuit, quod utiliſſimam potionem gratæ dulcedinis mixtione attemperans, convivarum ſe palatis accommodaſſet: ipſe certe non potero nullum penitus faventiæ mihi à vobis calculum promittere, Auditores, ſi non minus jucundum, quam vitæ idoneum vobis poculum propinavero. Novi etenim ſitim veſtram valde languidam, aut plane nullam, niſi vel acrimonia rerum inauditarum ſaliva excitetur, aut melligine verborum Sireniorum ineſcata retineatur, in nauſeam plerumque degenerare. Sed neutrum fortaſſis illorum, tam ſtimulantium, quam attrahentium, judex quispiam veſtrûm intempeſtivus à me expectandum cenſuerit: cui (quod mens vel bile, vel præconcepta ſiniſtra de me opinione ſuffuſa ſit) amara, quæ à me cunque proficiſcantur, videbuntur omnia. Faxo tamen cum Deo & die, ut iſti ſine ſuffragio Rhadamanti imaginariam hanc acerbitatem ſuo ipſorum corrupto guſtui verius, quam noſtræ culpæ, aut rei ipſius ſapori jure im-

pingant. Quamvis nihil equidem habeam, quod de me, & multo minus poſterius illud, ſeſamo ſcilicet & papavere ſparſam dictionem, auſim polliceri; hoc alii faciant, quos gloria vexat inanis, qui tot tantisque negotiis rite expediundis omnibus ſimul & ſemel ſufficiant, & quorum obſcura eloquentia æquis animis carere plane haud poſſumus. Alterum tamen illud in me præfiſcine recipiam, quod novi aliquid, aut ſaltem hoc loco nove, nec antea dicti in medium ſim prolaturus, quodque non minus cognitu ſuave,
p.4 quam ſcitu & factu utile literatis quidem ſit futurum; quodque nos omnes & hos quoque præſentes primæ laureæ Candidatos (quorum cauſa potisſimum inſtituta eſt hæc panegyris) in numerum eruditorum ut referri mereremur, unice fecit. Expectatis, opinor, quid iſtud tandem ſit futurum? hoc demum eſt, quod volo, expectate, & vel hiante ore pauliſper expectate; nec enim murem promiſſor hic parturiet. Occaſionem modo argumenti noſtri, ab ipſo tempore præſente petiti, à nobis narrantibus prius cognoſcite!

Cum nuper in Typographeo *Lanckiſiano* exſcriptioni theſium mearum de peſte vacarem, advolat Mercurius rerum ille in orbe geſtarum ſive tabellio, ſeu tabellarius, velut *à viſo* ſibimet ſtrategemate nobis referens, Hanoviam prope Francofurtum ad Mœni ri-

pam

pam è Gothorum manibus poſtliminio recuperatam; nemo profecto Mercurialium utrinque fuit, qui non manibus applauderet pariter, animisque certiſſime ſibi perſuaſis, fore, ut mercatus urbis illius imperialis in poſterum ſecurius, majorique frequentia à variis nationibus iterum colerentur, atque adeo

Nunc, cum verna novo miteſcunt tempora Sole,
Confluat omnigenis opibus vaga turba, ſuisque
Cuncta peregrinis fora mercibus expleat illic.
Nec minus ad certos quantum patet area fines,
Librorum omne genus paſſim per compita proſtent,
Plena laboratis habeas ut ſcrinia chartis.
Unde tibi dignum & manſurum condere nomen,
Et celebris poſſis præconia quærere famæ.

Ceu *Hugo Favolius* de hoc Emporio nobiliſſimo cecinit. Nam præter forum Mercurii, nundinalis quædam Muſarum inibi, *deſcribente ita Henrico Stephano*, Academia eſt, quæ ſub hunc ipſum temporis articulum eo, in certum quendam vicum deſtinatum, Typographos & Bibliopolas ex omni terrarum angulo convocat; eosque ſecum Poëtas, Oratores, Hiſtoricos, Philoſophos, Medicos, Juriſperitos & Theologos adducere jubet: Nec eos tantum, quos olim Græcia & Italia genuerunt, ſed & illos, quos gignunt quotidie, quæcunque ab his novem Sororibus viſuntur regiones, ut tot tamque doctorum ſcriptorum corona cinctus, non in ea Ger-

maniæ civitate, cui nomen eſt Francofordia, ſed in illa totius Græciæ olim florentiſſima & p.5 literarum ſtudiis atque conciliis celeberrima urbe, Athenis puta, verſari tibi videaris. Ad quam priſtinam, ſed jam, proh dolor! pene amiſſam Germaniæ noſtræ felicitatem cum animus triſti recordatione ſua ſponte ſuſpiraret, propterea quod ob temporum Marte infeſtorum injuriam plurimis nunc, iisque optimis auctoribus, ob commeatuum pariter, ipſorumque exemplarium, quæ nunc inopia ſeculi recudi nequeunt, defectum, carendum eſſet: Imagine ſaltem diviniſſimi muneris, cujus inventione prius usque adeo ditati gloriatique ſumus, me & totum hoc auditorium nunc quidem oblectare ſtatui. De CATTITEROGRAPHIA (ut uno verbo cum *Scaligero* appellitem) hoc eſt, de Arte artium conſervatrice, ſtudiorum altera matre & alma nutrice, notarum celeriore æmulatrice, Librariorum correctrice, Virtutum Palladio, & Muſarum præſidio, Bibliothecarum theſauraria liberaliſſima, Heroum & omnis ſeculi Scriptorum Prytaneo, & denique omnis diſciplinæ informatrice ſolertiſſima; brevius & apertius: de novo illo, nec ſeculis prioribus viſo vel audito ſcribendi genere, Germani ingenii plus quam Dædalea aut Cadmea ſagacitate adinvento & excogitato, pro & ex tempore dicturus.

Quod

Quod dum fecero, Auditores omnium ordinum honoratiſſimi, lectiſſimique, vobisque ortum & uſum tanti muneris, quem amplectamini, & decrementum atque detrimentum vel abuſum, quem refugiatis, non ſine omni, ceu ſpero, voluptate oſtendero; veſtræ viciſſim omnium dignitates mihi quoque uſuram benevolæ attentionis ſaltem ſemihorariam, quod opto, quodque amice rogo, non ibunt denegatum.

Quanta ergo typorum æneorum & characterum fuſilium ſit, non dicam, neceſſitas & nobilitas, ſed ſumma ſaltem utilitas, (ut ab eo, quod omnium animos hominum captat, & quodam quaſi hamo ducdtat, mea hinc proficiſcatur oratio) id vel ex oppoſito, ingentia iſta & horrenda incommoda ſuperiorum aliquòt retroſeculorum, ob illorum typorum abſentiam & defectum ſubnata, evincere potuerunt. Certe ſi ex uſu quondam papyri maxime humanitatem vitæ conſtare & memoriam judicarunt ſapientes, ut *Plin. l.* 13. *c.* 11. tum nil niſi meram & feram immanitatem ex abuſu, & omnium quaſi rerum oblivionem ex ejusdem inuſu ſuccreviſſe veriſſime concludemus. Unde namque tam craſſa tum barbaries & inſcitiæ rubigo? unde iſtæ plus quam Cimmeriæ tenebræ, omnibus literis ac diſciplinis incubantes? unde tot ac tanti in religione errores, ſuperſtitiones ac hæreſes? niſi quod hoſti-

 les

p.6 les Gothorum & Barbarorum irruptiones, tot loca exculta una cum Bibliothecis inſtructisſimis devaſtantes, hanc cladem fuerint antegreſſæ? quæ libros ſitu alias & pulvere obductos, blattisque ac tineis colluctantes non modo manibus hominum excuſſerunt, ſed & magnam partem exuſſerunt atque adoleverunt, imo ferme penitus aboleverunt; exindeque deplorandam illam, & alteram quaſi Babylonicam confuſionem, atque adeo neceſſario ſubſequentem illam animarum pariter, & linguarum diverſionem ac diſperſionem & depravationem invexerunt. Quamvis autem *Nicolai & Sixti cognomento Quintorum*, Pontificum Maximorum auſpiciis Vaticana Romæ Bibliotheca iterum erecta, & multis aureorum millibus inſumtis comparata auctaque fuerit, & *Medicea* quoque cumprimis familiæ liberalitate, aliorumque Principum magnificis, imo regalibus ſumptibus libri quidam denuo toto orbe conquirerentur, ut cum *Petrarcha*, *Danthe & Boccatio* literæ qualitercunque revixerint; poſt illos tamen oppido pauci reperti, qui ad eandem ingenii & induſtriæ gloriam eminus ſaltem aſpirarent; propterea quod non pariter, ut illi bibliothecis regiis eſſent inſtructi. Ut auſim jurare, omnem literaturam denuo intermorituram fuiſſe, absque divino tot librorum divulgatorum interventu fuiſſet? quo ipſo tot ingenia ab ignorantiæ Lethargo, quo erant ſepulta, ad ſtu-

dio-

dioſam animorum alacritatem & affectandam famæ perennitatem excitata, interque aſtra deveneratione ſeculorum ad inſtar Deorum conſecrata (*ſi Garcioni in Amphitheatro credimus*) fuerunt.

a) Certe Chalcographia inventio tam rara, ſtupenda, miraculoſa & poſt Deum ſola eſt, quæ cæcis aperuit oculos, & vel invitis ac tanti ſplendoris impatientibus obtruſit lumen. Eſt ea Lydius veluti lapis, aurum à plumbo, æra à lupinis, album ab atro, verum à falſo, bonum à malo diſcernens. Eſt Annulus quidam Angelicæ, cuncta veterum Philoſophorum, nube plerumque nugas

a) *Ea, quæ per 16. abhinc lineolas ſequuntur, fere omnia ex eodem ejusdem GARZONIS capite ſeu diſcurſu 129. Amphitheatri univerſalis Italici latine huc translata ſunt.* Quæ ipſa, atque hujus Panegyris alia, mire hæc illuſtrant:

Typographia tempori cuncta abligurienti & ſub mortalitatis jugum trahenti frenum injecit; illaque vere eſt ars memoriæ, & mors oblivionis, & ingeniorum aſylum, nec minus, quam Philonis alexipharmaca, Deorum manus & munus, imo ipſa, cum mortuos in vitam revocet, omnino Diva eſt. Germaniæ miraculum optimum maximum, quod toti orbi commune, viam ad virtutum & doctrinarum myſteria, ad Religionem, ad cœlum, ad Chriſtum ipſum Salvatorem noſtrum communiat. CL. TH. LANSIUS in Conſultatione.

ſuas obſcurantium, incantamenta revelans & confundens. Hæc ipſa vera eſt Fortunæ & Famæ officina, perſonis meritiſſimis nomen, dignitates, opes, immortalitatem, æternitatemque concilians; indignis & vitioſis ignominiam, contemptum, egeſtatem, obſcuritatem, & oblivionem, mortemque non modo civilem, ſed perpetuam objiciens, & in profundam terræ noctem eos penitus abjiciens. Hoſpitium ampliſſimum eſt admirandorum & divinorum ingeniorum; Receptus eſt Spirituum acutiſſimorum; Diverticulum eſt commune & perenne Senato-
p.7 rum, Theologorum, Philoſophorum, Medicorum, Hiſtoricorum, Academicorum, Scholaſticorum; breviter: Omnis boni & pulchri, quod in Urbe & Orbe reperiri poteſt, Pandocheum eſt, & *juxta ultimi Eliæ effatum*, ſummum & poſtremum Dei donum eſt. Cujus unius artis beneficio innumeræ nunc artes proſtant, conſervantur, illuſtrantur, propagantur, quibus priora ſecula infelicia minabantur interitum. Nunc enim vel mediocris fortunæ homo, vili pretio plurimis libris inſtructiſſimam Bibliothecam habere poteſt, qualis olim ne Regi aut Principi conceſſa fuit. *Uti poſt alios Joannes Walchius fab.9. diſſeruit.* Unde & *Sebaſtiani Brandt JCti* Epigramma in Typographiam olim emanavit:

Nuper ab ingenio &c. (vid. ſupra pag. 319)

La

Laterem igitur penitus lavat, veritate non recte examinata, *Guilielmus quidam Inſulanus*, qui in *ſtatera typographica* contra experientiam omnem & ſupra fidem perſuadere nobis fruſtra conatus eſt, multo plures ac præſtantiores extitiſſe Scriptores paulo ſupra tempus inventæ frequentatæque Chalcographiæ, quam per initia & incrementa ejusdem. Nam quos allegat, partim adeo incelebres ſunt, ut illorum nihil ad noſtram memoriam manumque devenerit, & vel ideo quoque ipſi prælum, ne intercidiſſent, deſideraſſe videntur; partim vero eo ipſo momento una cum arte typographica & per eam inclaruerunt. Vel unicus *Joannnes Antonius Campanus* teſtis ejus rei locupletiſſimus eſſe poterit, in cujus laudes tantopere habenas laxavit *Menapius ille Guilielmus*, ut poſt Ciceronem illi neminem ſtatuerit parem: hunc vero ante inventum typorum extitiſſe, ſui credo oblitus, ſomniavit; cum paucis ante pagellis ejusdem *Campani* Epiſcopi Aprutini Epigramma de Typographo, quem utique ille jam viderat, conſcriptum hoc modo præmiſiſſet:

Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno:
Nunc parvo doctus quilibet eſſe poteſt.

Quem verſum etiam *Bojorum Annalium Scriptor* p. 8 *lib.* 7. repetit; Illaque ipſa verba, tametſi non ligata, b) uſurpavit quoque *Polydorus Vergilius*

l. 2.

b) *Non modo unus & alter vitatarum, verum etiam*

l.2.c.7.de rer.invent. & *Sabellicus ennead.* 10. *l.*6.diſtichonque illud elegantiſſimum alio Gallico, nec minus eleganti, *Poëta Vaſco Bartaſsius à cive meo Nob. Tob. Hübnero Germanice verſus*, ita expreſſit, *in Columnis*:

L'imprimeur en un jour fera plus de volumes,
Que le ſubtil travail de mille doctes plumes.
Der Drucker in eim Tag der Bücher mehr wird drücken,
Als 1000. *Federn ſonſt ans Tagliecht können ſchicken.*

Vel ſi quis latina malit, *D. Samuelis Benedicti* metaphraſin audiat:

Luce libros una Chalcographus edet in hora,
Quam celer arte labor, calamis de mille petitus.

Cui conſonat & illud *Cardani*: Mira certe ars, in-

nemo fere non, quicunque de typographia inventione modo verba fecit. Sicuti & paulo poſt pag. 16. *in hac ipſa Oratione, linea ante - & penultima,* AVENTINVS annal. Boi. l. 7. *verbis ſolutis præſtitit, ut &* J. BOTERVS lib. 8. de politia Illuſtr. pag. 521. *Qui &* CARDANI *ſententiam* eadem 8. pagella *à nobis allegatam de bis mille chartis uno die confici ſolitis non tam improbavit, quam comprobavit: licet idem* Boterus *ter mille, & ſexcentas chartas, nonnunquam etiam quater mille in Germanorum typographiis ſub quolibet prælo ſingulis diebus imprimi (ab una ſcilicet ſaltem facie) commemoraſſet; nam* Cardanus *integre & ab omni parte abſolutas & confectas MM. chartas intellexit.*

inquit, qua M M. chartarum una die conficiuntur. Nec facile eſt judicare, an in tanta facilitate ac celeritate pulchritudo? an in tanta pulchritudine celeritas & facilitas ſit admirabilior? Certe *idem Polyhiſtor egregius alibi lib. 17. de artibus, artificioſisque rebus*, eandem admirandam typis excudendorum librorum artem, nulli alii, nec utilitate, nec dignitate, nec ſubtilitate ſecundam exiſtimavit; *Bodinus vero in Methodo hiſtor. c.* 7. etiam primam: utpote quæ una omnibus omnium veterum vel Muſarum quoque inventis, & rerum naturæ fere munificentiam ſuperet, nulli vitæ miraculo *juxta Forcatulum lib.* 4. *de Imperio & Philoſ. Gallorum* poſtponenda. Quemadmodum & *part.* XI. *Catalog. glor. mund. conſid.* 39. *D. Barthol. Caſſaneus* inter artifices præferri ſcripſit Chalcographos.

c) Gratulandum igitur potius, quam ullo modo cum iſto *Mida Menapio* condolendum fuerit de tanto Superorum munere, quod viri-

c) BOTERI eadem mens fuit loco jam laudato, ubi præter illa allata hoc modo diſſertavit: *Impreſſoria ars Scripturæ ſucceſſit, ejusque vicem obtinet, & orbi toti commodior, quando facile omnia ſcripta brevi intervallo temporis in univerſum Orbem diſſeminantur: magno ſtudioſorum commodo, ſi tamen res bonæ ſunt, quæ evulgantur, ſicut magna quoque pernicie accelerataque mortifera peſte, cum aut fal-*

ribus alias & alacritate defecto hoc mundi ſenio tot operas, ſumptus, labores, & tempus deſcribendis authoribus impendendum compendiſacere docuit, & quantum ætas hæc percocta priora ingenio & induſtria luxuriantia ſecula prudenti & matura inventione ſuperarit, ſatis ſuperque demonſtrare valuit; commodis uſque adeo luculentis, ut renaſcentis in Eccleſia ſincerioris doctrinæ & aliarum neceſſariarum artium ſtudia, prolatis in lucem è tenebris codicibus vetuſtis, inſtruerentur copioſa ſupellectile optimo-
p.9 rum Scriptorum, quorum fuit authoritas ἀξιόπιστος, & ſublevatur imbecillitas & ignavia hominum fatali languore torpeſcentium. *Sicuti Philippus Melanchton l. 5. Chron. ſub Friderico III reſcripſit.* Ut proinde ipſam Turcarum barbariem (qui Gogo ſuo, credo, metuentes nondum adduci potuerunt, ut libros typis excuderent, *ceu Busbequius Epiſt. 3 affirmat*) reſipiat iſtorum idololatrarum geminum plane ingeni-

falſa, aut turpia prona celeritate in omnes partes percurrunt. De autore artis impreſſoriæ hic non digladiabor. Summum id DEI beneficium grato animo nos ſedulo decet agnoſcere, quo factum eſt, ut omnes diſciplinæ brevi emicuerint, linguæ ipſæ omnes brevi innoteſcant, ac omnium ſcientiarum volumina etiam egenis ſtudioſis percommode ſuppetere poſſint: atque ita etiam fit, ut plurimorum auctorum Scripta ab interitu vindicata ſint.

genium, qui chalcographiæ usque adeo infenſi ipſam penitus extinctam cuperent; ne tam luce clara Veritatis nocturni eorundem oculi usque adeo perſtringantur, & tantum non excæcentur. Quod vel maxime *Typographi illius Witebergenſis, Johannes Lufft dicti*, qui primus Biblia Lutheri Germanica procuderat, exemplo fit manifeſtiſſimum. Is eam ob cauſam quotannis à Pontifice ipſo die Viridium inſcriptus papyro in ignem conjectus perhibetur cum imprecationibus & diris uſitatis; quas merito vir pius riſit, & eo ipſo die plerunque ſeſe hilarius ſolito invitans in hoc apophthegma erupit: Hodie ego vehementer Romæ in flamma deſudabo, proinde largiorem potum aſſumam, & illam reſtinguam, neceſſe eſt. Et hoc eſt, *quod Sleidanus ille ſpurius, L. Surius, in Comm. rer. in orbe geſtarum p.* 119. *&* 663. *quiritatur*, Typographos (cum Lutherus & complices primum incepiſſent nova dogmata ſpargere) illorum lucubrationes ſuis impenſis polite & emendate admodum; Catholicorum vero maligne & depravatiſſime alieniſque ſumptibus excudiſſe; atque ita brevi magnos habuiſſe progreſſus Lutheri doctrinam.

Nil igitur profecto mirum eſt, hominem iſtum *Inſulanum G. M.* amara veritate, tot libris editis toti orbi publicata, tantopere exacerbatum fuiſſe, ut papanis ſuis partibus, & Antichriſto ab illarum officinarum librariarum line,

lino, *juxta Sibyllinum vaticinium*, interitum præſagiens, manibus pedibusque usque adeo iisdem fuerit reluctatus. Cum alii quoque ejusdem commatis, præſertim Itali & Hiſpani Germanorum gloriæ hanc artem eant ereptum, & Indis potius, quam noſtris affictum. d) *Sic enim fabuloſus & venalis Jovius l. 14. hiſtor:* Quod maxime mirandum videtur, in India ſunt Typographi artifices, qui libros (in quibus hiſtoriæ & ſacrorum Ceremoniæ continentur) more noſtro imprimant, quorum longiſſima folia introrſus quadrata ſerie replicantur. Cui plures exteri, *Johannes Conſalvus Mendoza*, & *Garzias ab Horto*, nec non
p.10 *Johannes Petrus Maphæus*, una cum *Hermanno Hugone*, *Petro Gregorio Toloſate* (*l. 15. de Rep. c. 13.*) Et *Nicolao Trigaultio*, atque *B. Paludano* & *Guidone Pancirollo* ſuccenturiati artem hanc Typographicam Sinenſibus authoribus tribuerunt. Sicut

d) Loca illa P. Jovii, item Joh. Petri Maffæi, ut & Boteri in Chinæ deſcriptione, exſcripſit quoque Dn. Lansius orat. contra Germaniam, & in altera poſtrema pro eadem Germania etiam Jo. Consalvi Mendozæ geminum; *ubi pariter eos omnes ſuis ipſorum gladiis jugulavit.* Idem Conſultator Tubingenſis, *manifeſtiſſimis eos implicans contradictionibus: dum & ipſi Germanis hoc attribuêre, vel abſurde ſaltem aliud ſtatuêre. Quamobrem pag. 14. quoque eundem obiter & extremis digitis indicavimus.*

Sicut & *Busbequius* Cathainis. *Epiſt. IV.* & avorum jam tum memoria *Pomponius Lætus* Germanos hoc invento fraudare mala fide voluit. Tametſi *H. Hugo* ille tandem dubitarit, an à Sinenſibus ad Germanos hæc ars delata ſit; an forte (quod fieri potuerit) apud Germanos divina quadam ingeniorum ſimilitudine denuo ſit inventa?

Quanto melius iſtis calumniatoribus *Scaliger Pater exerc. 99. §. 1. Indis & Orienti inventionem ſcientiarum, & dictaturam artium detrahit, Europæis vel potius Germanis eam aſſignans: Cujus nationis inventum eſt Bombarda*, inquit, *Qui horologiorum momenta docuit? quis memoriæ ſtatuit æternitatem typis æneis? Bombarda Jovis iram imitati, horologiis temporum comites genuimus rotarum circumactiones, tempus ipſum librorum perpetuitate ſuperavimus; & audes pretioſiſſima quæque Indis adſcribere?* Eadem *idem* quoque *in Epitaphio Germanorum, qui ad Viennam bello Turcico ceciderunt*, repetiit. Nec celavit *Cœlius Calcagninus fol. 551: Multum profecto Germaniæ, illi maximæ orbis Chriſtiani parti ſine ulla ſuſpicione injuriæ debemus, quod eminentiſſima ad nos miſit ingenia, & ſeneſcenti quodammodo Italiæ laudi ſuccreſcat, ad omnem proventum optimarum artium feraciſſima. Sed & officinam impreſſoriam, typosque chalcographicos tam utiles ac neceſſarios rei literariæ, quorum adjumento Reipublicæ facta ſunt ingenia, atque per omnem late orbem propagata, prima exercuit, atque aliis accommodavit Germania. Nec ejus ſane culpa, ſi qui imperni-*

nicitm iis pariter, ut bombardis, abutantur: nec enim inventori hoc vitio verti poteſt, ſed utenti. Quando nihil eſt tam ſancte inſtitutum, quo ad noxam uti non poſſit improbitas. Quibus & tertius Italus *Chriſtophorus Mylaus in conſilio hiſtoriæ Univerſitatis ſcribendæ p. 169.* ſubſcribit: *Res literaria* (inquit) *magnum incrementum accepit, ſingulari characterum à Germanis uſu introducto, quo protinus librorum omnis generis maxima copia eſt proſeminata.* e) Ut proinde cum *Beroaldi* Hendecaſyllabis Patriæ noſtræ merito (*ex ejus opuſc. p.* 130.) ſic debeamus acclamare:

O Germania &c. (vid. ſupra pag. 173.)

p. 11 Qua in re inferioribus quoque Germanis aliquam laureolæ hujus partem non invideremus, ſed illos, per laminæ æreæ inciſarum imaginum vel etiam tabularum Grammaticarum typos, rudimentum quoddam & occaſionem arti præſtantiſſimæ ſuppeditaſſe, atque etiam fundamentum quaſi quoddam Harlemi præ-

e) Verba quoque Nicol. Vernulæi è diſſert. 4. de peregrinatione notabilia ibi viſa: *Omnium hæc eſt confeſſio, nuſquam gentium ingenioſiores machinas, nuſquam gentium excellentiora artificia, quam in Germania, reperiri. Non ignoratis, Typographiam inventum eſſe Germanorum. Quale vero ac quantum? Profecto non tam mortalibus hominibus, quam immortali DEO adſcribendum. Artificiorum omnium ut utiliſſimum, ita ingenioſiſſimum ſane eſt inventum.*

præjeciſſe, cum illis, quos in teſtimonium vocant, *Mariangelo Accurſio Italo, & Anonymo Chronici Colonienſis vernaculi authore*, ultro largiremur; modo nobis quoque vel hic pariter ſuperioribus Germanis veræ artis, uti nunc eſt, & inventionem & perfectionem *juxta prædictos authores* integram & inoppugnatam relinquerent, neque ſibi ſolis omnia pro innata ſua dominandi libidine & ambitione vindicarent. Ut enim effictas eorum fortaſſis hiſtorias & teſtimonia in propria cauſa domeſtica, *quæ Hadrianus Junius in Bataviæ hiſtoria c. 17. & Henricus Schorus apud Walchium Fab.* 9. uterque Belga protulerunt, tranſiliam; licet & ipſa nihil aliud probent, niſi quod initia quædam levidenſia Chalcographiæ inibi præſuppoſita fuerint, *Laurentii cujusdam Cuſtodis Harlemenſis* ſtudio, expreſſa ad imitationem iconum ſculptarum (der Kupffer-Stiche) in tabulis integris æneis ſcripturæ ſerie: Illos tantummodo duos pro noſtra ſententia firmius ſtatuminanda melius inſpexiſſe ſufficiat teſtes, quos *Petrus Scriverius, Harlemenſis, in peculiari Commentario*, civibus ſuis hanc artem divinam aſſerere cupiens, & poſt illum *Godofredus Hegenitius in itinere Hollandico*, pro ſua opinione firmanda, tantopere urgent, omnium inſtar æſtimatos, quod non Belgæ eſſent, & ſub ipſam Typographiæ infantiam hæc memoriæ prodidiſſent. *Sic autem Chronicon iſtud, Anno M. CCCC. XCIX. ſcriptum editumque, habere dicunt:*

Wie wail die Kunſt is vonden tzo Mentz ob die Wyſe, als dan nu gemeynlich gebruycht wirt, ſo is doch die eyrſte Vurbyldung vonden in Hollandt uyſs den Donaten, die daſelfſt vur der tzyt gedruckt ſyn. *Mariangelus* vero ſic ait: *Impreſſus eſt hic Donatus primum omnium anno* 1450. *&c. admonitus* (*eo*) *certe fuit* Johannes Fauſt, *civis Moguntinus, qui primus excogitavit artem typis æreis, ex Donato Hollandiæ prius impreſſo* (NB.) *in tabula inciſa.* Quibus verbis quid quæſo clarius, quid ad ſcopum noſtrum p. 12 paulo ante explicatum proferri potuiſſet accommodatius? Si namque verum eſt, *quod Plutarchus in libro περὶ τύχης docuit,* caſum & artem ſimul aliquid efficere poſſe; tunc illum Harlemenſi, hanc Moguntino aſſignarem, & artem multis paraſangis caſui antiſtare dicerem, cui tamen nonnihil lubens etiam permitterem; prout pleraque inventa emerſerunt ex propoſitis notis, *judice Scaligero Exerc.* 307. §. 5. *p.* 929. ubi artem Cattiterographiæ ex gemmarum ſigillis putat oriundam. *vid. huic gemina Hermanni Hugonis de prima ſcribendi origine p.* 210. *& Walchii fab.* 9. *p.* 182. *è Poëta Elegiaco.* Quemadmodum vero nec Cælatori hujusmodi gemmario, ita nec Sculptori ærario productum illud tertium jure tribuas, aut Chinenſi, vel Cataino, quia fortaſſe ſimile quid conati fuerint, quorum labores rudisſimos à Germanorum illis exquiſitiſſimis non terra ſaltem diviſa & maximo ſalo, ſed

toto

toto cœlo diſtare in propatulo eſt. Quam ipſam manifeſtiſſimam veritatem Δαδοῦχος quondam noſter *Cl. D. Bertius in Comment. rer. Germ. lib. 3. p. 613.* f) tametſi & ipſe Batavus, diffiteri amplius non potuit, ſed multis ſententiam noſtram confirmavit.

Riſum igitur, imo pœnam merito nobis debebunt Belgæ cæteri cum ſuis non tam libere, quam male dictis, nec ſine injuria noſtra prolatis, uti ſunt *Caſparis Barlei*, ſub perſona Urbis Harlemenſis, verſus:

Invidet excuſas populoſa Moguntia Muſas,
Quodque meum eſt, laudis jactitat eſſe ſua.

Quorſum etiam tendit iſta aureis literis ad exterius domus Coſterianæ in foro Harlemenſi extantis faſtigium non ita pridem appicta inſcriptio:

MEMORIÆ SACRUM. &c. (vid. ſupra pag. 502.)

Mirum vero, *Scriveri*, fuerit, quod non Deum feceris, aut Apollinem lauro delectatum, iſtum tuum Laurentium? Sed profecto falleris cum Patriotæ tui ἀποθεώσει; non enim p. 19
DEUS ille ſalutari meret, qui, ut alibi dicis, tantum æditiuus fuerit.

Lll 3 *Jam*

f) Verba ſic habent: *Inter prima urbis* (Moguntinæ) *decora* &c. (vid. ſupra pag. 193. not.) Haud abſimiliter diſſeruit *L. Guicciardinus* in Deſcriptione Harlemenſi: *In hac urbe, non publica tantum* &c. (vid. ſupra pag. 240.)

Jam (pergis) *veri Cuſtodis erat ſervare penates,*
Adfuit Avtolyci ſed ſcelerata manus.

Nequaquam vero *Cuſtos* ille major erat, aut plus juris habebat, quam *Myſta*; neque hunc ille à ſacris rejicere poterat; niſi fortaſſis, ut canis in præſepi pabulum, quo ipſe ſaturari neſciviſſet, aliis invidere, aut *Gryphis Indici* inſtar (*quem chalcographi pro inſigni habent*) homines auro uſuros ſtudioſe arcere debuiſſet. Sicuti nec furis aut plagiarii ſtigmate dignus, qui publicæ utilitatis cauſa rem injuſte detentam aliunde inceperit, eamque meliorem redditam libertate donaverit. Neque fortaſſis Alemannici Typographi usquequaque diſſimularunt, quid illi Cuſtodi deberent, quibus etiamnum ſyllabæ in infima paginæ parte ad dextram ſitæ, & principium ſequentis paginæ ſuggerentes, CUSTOS dicuntur; ut innuant, illum *Laurentium* quoque *Cuſtodem* aliquid ſyllabicum ſaltem & dimidiatum reperiſſe, ſed quod completioris artis poſtea & integrarum dictionum atque periodorum, adeoque librorum fuerit elementum. Potuiſſet igitur Harlemenſi illi ſatis fuiſſe, quod nomen & memoria ejus quotidie toties recurreret, & in cujuslibet *columnæ*, ceu vocant, librariæ fine, tamdiu quidem, quoad prælum fuerit, perpetuandum ſuperaret; *niſi* ille nusquam inferior, ſed omnibus etiam veris inventoribus, & Germanis quoque ſuperioribus, ſuperior eſſe maluiſſet.

Sed

Sed hæc barbaries Belgis valde ſolennis & hoc vitium inſectandi alios iis veluti peculiare eſt, quibus præter gentiles ſuos, aut cives & municipes cæteræ omnes ſordent nationes, uti *Caſ. Scaliger* de moribus ipſorum à ſe exploratis teſtatus, vel potius eos deteſtatus eſt, *Devbam. contra Eraſmum.* Quid? quod ea quæ *Junius & Scriverius* in gratiam ſuorum Harlemenſium, quorum hic civis, ille Medicus fuit, ſine fundamento ſufficiente protulerunt, (vulgarem enim eorundem Harlemenſium famam etiam *Guicciardinus in deſcriptione infer. Germ. dixit*) univerſa ea ac ſingula *D. Dan. Cramerus in concione funebri Davidis Rhati, Typographi Stetinenſis*, irrefutabiliter refutarit. Quorum ſummam *in Ὀρθοτυπογραφίας Hornſchuchianæ verſione Germanica Heydenreichianâ, hic excuſâ*, per aliquot pagellas reperire eſt. *p.* 14 Ab eodem *Cramero* & pluribus etiam Chinenſium vel Sinenſium illi Patroni debellati ſunt, non ſimplici ſaltem negatione *J. Roſini*, *uti quidam Garzionis Commentator ſcripſit*, (quamvis & ejus, ut hominis ingenui, & Germani inficiationi nudæ plus fidei orbis tribuat, quam æmulorum exterorum infirmis aſſertionibus) ſed & multiplici ratione *Th. Lanſii in orat. pro Germ.* qui ingens diſcrimen inter Germanorum & Chinenſium typographias ipſe quoque demonſtravit.

Quicquid autem ſit, hoc ſaltem inde evinci ſtatuit *Melch. Adamus*, verum eſſe illud *Ari-*

ſtotelis pronunciatum: *Nihil prohibet easdem artes à diverſis, vel eodem, vel etiam diverſo tempore, citra ullam communicationem, inveniri.* Deinde quoque hoc certum eſt, g) artem hanc tenuibus & exiguis, ut omnia, initiis affectam aliquandiu manſiſſe imperfectam, & (*ut eſt in Purbachii tabulis, & apud Sabellicum*) ſaltem tentatam; ejusque ſpecimen quale quale literis in aſſeres tabulasve tantum inſculptis, & integris paginis ligno inciſis chartæque commiſſis, initio fuiſſe exhibitum: donec *Officia Ciceronis* in membrana omnium primo, ut putatur, excuderentur, ſicuti exemplar *in Bibliotheca Auguſtana* aſſervatum, & quale *Petrus Ramus* quoque ſe habuiſſe gloriatur, hanc in fine continet inſcriptionem: *Præſens M. Tullii clariſſimum opus* &c. (vid. ſupra pag. 176.) A quo primo charactere, veterem ſcribendi modum Italicum imitante, etiamnum literarum apud Chalcographos nomen *antiquo - Ciceronianum* remanſit; eaque ſcriptura (quæ primo illo & rudi adhuc ſeculo inter literas fuit minima, antequam *Virginea*, & quæ *non parilem* habet, Gallicana elaboratæ eſſent) *antiqua prima*, addito nomine *Ciceronis*, fuit appellata. Ea paulo major *media antiqua*, & quæ hanc quoque ſuperaret, *tertia antiqua* fuit nuncupata. Cui altera totidem

g) *Scitum eſt illud magni Philoſophi: Τὰ ἐξ ἀρχῆς εὑρισκόμενα, &c.* (vid. ſupra pag. 194. not.)

dem gradibus oppoſita fuit, quæ à celeriore ſcribendi modo *curſiva & fracta* in officinis, *Garzoni Cancelareſca* audit.

Quod obiter occaſione ab opere Ciceroniano primitus impreſſo captata commemorare placuit. Quamvis ſupra citatus *Scharius*, *Præpoſitus Sarburgenſis*, Fauſtum illum S. Biblia primum impreſſiſſe, & Pariſios cum ſuis exemplaribus quæſtus cauſa contendiſſe affirmaverit; ibique cum prius unicum manu exaratum Bibliorum exemplar quadringentis aut quingentis coronatis veniſſet, Fauſtum ſexaginta ſaltem, magis tolerabili pretio, ſua ſingula coronatis vendidiſſe, pauloque poſt multo etiam minori, ut vendibiliora faceret, permiſiſſe, donec priores emptores repetundarum ipſum poſtulaſſent, & vel Moguntiam usque Lutetiá reverſum illic quoque urſiſſent, ut Argentinam tranſire neceſſe habuerit. Et certe laude & gratiis digniſſimum eſt, quod ſacræ imprimis literæ literis hiſce metallicis fuerint Orbi publicatæ. Nam & Auguſtæ *Joan. Bemler* Biblia Latina Anno 1466. *juxta Melch. Adamum* excudit. p. 15

Cæterum tanta eſt inter Scriptores in primo illo artis hujus Cadmeæ authore Germanico denominando varietas & diſcordia, ut hucusque de eo *Hiſtorici certent*, & *adhuc ſub judice lis ſit*. *Jacobus Wimphelingius in rerum Germanicarum Epitome c. 65.* *Et Polydorus Vergilius Urbinas de rerum Inventoribus lib. 2. c. 7.* item *Sabellicus l. 6.*

Enneade 10. quorum ætas paulo poſt tempus inventionis illius incidit, & ex his *Gilb. Genebrardus Pariſienſis l. 2. Chronographiæ p.* 233. ut & *Alexander Sardus de rerum inventoribus l.* 1. *p.* 5. *Melchior Guilandinus de papyro membr.* 26. & *Chaſſaneus in Catal. gloriæ mundi parte* 11. *conſiderat.* 39. *Thomas Garzonius in amphitheatro univerſali artium diſcurſ.* 129. *Serarius Mogunt. rer. lib.* 1. *c.* 38. *Thomas Lanſius Conſult Orat. prima & ult. &c. Johannem Gutenbergium*, Argentinenſem, equeſtri virum dignitate, excogitaſſe hanc imprimendarum literarum artem Anno 1440, & Moguntiæ compleviſſe volunt. Aliis fere omnibus *Joannes Fauſt* inventor hic nuncupatur, ut *Mariangelo Accurſio. loco cit.* atque *Aventino l.* 7. *annal.* item *Platinæ* & *Fulgoſo lib.* 8. *cap.* 11. atque *Melchiori Adamo in vita ejusd.* & ex parte *Hadriano Junio*, nec non *Petro Ramo l.* 2. *Proœmio Scholarum mathem. fol.* 64. Quo ipſo usque adeo incertus redditus fuit *Henricus Salmuthus*, ut dubitarit, utrum idem cum Fuſtio Guttenbergius, an diverſus ab eo fuerit? Sicut & *Polydorus* eundem vocavit Petrum Fauſtum, generi nomen cum ſoceri cognomine, hoc eſt Janum Fauſt cum Petro Schœffero confundens, quem *PETRUM à Gernsheim* alii de patria nuncuparunt, & eidem quoque tantæ rei in-
p.16 ventionem aſſeruerunt. In qua opinione *Joannes Walchius Schorndorffenſis*, ut & *Guil. Inſulanus in Diſſertat. de Chalcogr. p.* 281. nec non *Joannes Roſinus in antiquit. Roman. l.* 10. *vel Orat.* 4. *pag.* 599.

599. aliquando fuerunt. A quo *Petro* deinde ultra integrum ſeculum tam familia, quam typographia in urbe Moguntina fuit propagata. Nam, ut ex *Aventino* colligere licet, *Petrus* inde ſecundus, item *Joannes* & *Yvo Schœffer* deducti fuerunt: quod vel inſignia eorundem gentilitia communia luculenter poſſunt demonſtrare. Ita namque in calce Juris Canonici primum impreſſi legitur: *Anno MCCCCLXXIX. Sedem Apoſtolicam Sixto Quarto, Orbis monarchiam auſtralium Ducum ex antiqua familia Friderico III. Urbis quoque Moguntinæ Diethero de Yſenberg cum Principatu curam archipræſularem obtinentibus, apud prædictam urbem Decretales Gregorianæ feliciter finiuntur à Petro Schoiffer de Gernsheim, cujus armis ſignantur &c.* tribus ſcil. ſtellulis, quæ binis trabibus, fere in formam primæ literæ conjunctis, compinguntur. *Λ* *

Cujusmodi ſigno etiam longo tempore poſt anno MDXVIII. publicato inibi Livio, Joannes Schœffer, & æra MDLV. in eadem Archiepiſc. Sede Moguntina, excuſis Imperii S. Decretis & Criminalium proceſſu, Yvo quoque Schœffer uſus fuit, niſi quod Opilionem utricularium cum ovibus ſuis hic adjici curaverit. Quo minus recte huic *Yvoni*, qui integro ſeculo poſt vixit, affingi à nonnemine poterit hujus artis excogitatio.

Verum enimvero hæ omnes ἑναιϛιοφανεῖς ſententiæ nomini Germanico nihil derogant,

&

& quam optime *ex Aventini loco etiam à Zwingero fol. 3629. citato* conciliari, & ad concordiam deduci poterunt. Quem quod multa notabilia contineat, non pigebit integrum attexere. *Anno, qui eſt Chriſti, M CCCC L.* &c. (vid. ſupra pag. 330.)

p.17 Quod ſi verum eſt, uti de fide Germanici Hiſtorici, & qui de re Germanica, in ſibi finitima civitate paulo ante tempora ſua peracta, quam optime teſtimonium perhibere poteſt, nullus ambigo; præſertim cum & reliqui Scriptores huic vel in eo ſubſcribant, quod Guthenbergius Argentinas, aurifex nobilis, Moguntiæ demum artem hanc perfecte (à Fauſto ſcilicet apprehenſam) compleverit, & magnis ſuis ſumptibus Anno M CCCC XL. primum publicarit. *Sicuti poſt alios Sethus Calviſius Chronolog. f. 789. atteſtatur.* Nihil igitur mirum fuit, cur præ Fauſto illo Guthenbergius magis celebratus, illique inventio, quaſi ſoli & primo, in ſolidum fuerit vendicata. Utpote quod hic cum proditoribus complicibus, ſociis ambobus illis & civibus ſuis, *Ulrico Hahn*, ſive Gallo, & Xyſto Reiſio, ſeu, *ut Wimphelingius vocat*, Sixto Riſinger (qui omnes erant Argentinenſes) Romam & Neapolin, velut ad præcipuas Famæ & Fortunæ officinas, opera operasque ſuas & formas librarias, tanquam rem

p.18 inauditam, nec unquam Italis prius viſam primi transtuliſſent & ibidem ſtrenue exercuiſ-

cuiſſent, ingens decus & emolumentum illic conſecuti, *ut prolixe narrat Wimphelingius loco citato.*

E quo error non modo *Campani*, ſed & *Polydori*, primum impreſſorum apud Romanos *Gallicum* fuiſſe contendentium, diluitur refelliturque, quum id nominis non à Patria, ſed à familia, nec à *Galliis*, ſed à Gallis gallinaceis in Latinam linguam fuiſſet tranſſumptum. Unde Epigrammati *Campani*, *Aprutini Præſulis* (qui ad alterum *à Virgilio ſolo* allatum Cognomen *Genſon*, quaſi *Genſe Hohn*, i. e. *anſerum ludibrium & opprobrium*, reſpexerit) ſuum adhuc acumen, & quidem melius per æquivocationem ambiguam aſſeritur.

Anſer Tarpeji cuſtos Jovis; &c. (vid. ſupra pag. 175.)

Sic namque pene ſum perſuaſus, hunc *Ulricum Hahn*, ſeu Gallum Argentinenſem, eundem fuiſſe cum illo, quem *Polydorus* errato mnemonico appellarit Nicolaum Genſon Gallicum, qui a nemine propterea allegatur, ſicuti alter ille Ulricus Gallus ab *Alexandro* quoque *Sardo*, *Aventino*, *Wimphelingio*, *& aliis*: niſi quod *Thomas Garcio in Amphiteatro Catholico Diſſert.* 129. velit iſtum Nicolaum Genſonem Gallicum tempore Auguſtini Barbarici, Venetiarum Ducis, hanc artem in ea famigeratiſſima & inclyta urbe mirum in modum illuſtraſſe; ſed & hic è *Polydoro* tranſſcripſit.

Mel-

Melchior vero *Adamus* eundem Janſonem li-
brariam artem in Gallia excoluiſſe tradit.

Sic ergo poſtea factum, ut Germani hanc artem toto quaſi orbe Europæo, ductis typorum Typographorumque Coloniis, propagarint. Lugduni enim (quod vetuſtiſſimum Gallorum contubernium tantopere extollit *Eraſmus colloq.*) *M. Joan. Trechſel Alemannus*, artis impreſſoriæ, *teſte Jodoco Badio Aſcenſio*, ſtudioſiſſimus, in omnes fere terrarum angulos, pro adipiſcendis operibus, transmiſit, & inter alia anno Salutis noſtræ 14[illegible] M.Guilielmi de Occam deciſiones ſuper poteſtate ſummi Pontificis ibidem divulgavit: quem Venetiis & Vincentia,(ubi anno 148[illegible] Boccatii genealogias Deorum impreſſerat,) eo ſecutus fuit *Simon de Gabis, dictus Bevilaqua*
p.19 & alii. Per Germaniam cumprimis paſſim exercuerunt eam artem Auguſtæ *Joan. Bemler*, anno 1466. Eslingæ *Conradus Finer*, anno 1475. Argentinæ 1472. *Joannes Mentelin*, operibus ſuis brevi factus opulentiſſimus; Ulmæ circa eadem tempora *Joan. Zainer*, & *Conradus Denckmuht*, Coloniæ anno 1490. *Henricus Quentel*; Baſileæ eodem anno *Nic. Keſler*, Noribergæ *Antonius Koburger*, *teſte Melch. Adam Vit.*

Cum ergo longe lateque hæc ars utiliſſima diſſeminaretur, lucrumque & præmium inſigne inibi laborantibus manifeſte alluceſceret, & vero omnes ac ſinguli bene emenda-

tos

eos libros & cumprimis quoque eos, unde Latine multi, ſed ſemibarbare traductı eſſent, Græcos Authores typosque deſiderarent, ipſi Græci quoque hanc artem à Germanis didicerunt, & Venetiis primum ut & Romæ & Florentiæ exercuerunt. Inter quos *Zachariæ Callierguï Cretenſis*, *alius Cretenſis*, *Nicolai ſ. Blaſii*, *Etymologicum magnum* Venetiis anno. 1499. publicavit. Sicut & *M. Muſurus* atque *Janus Laſcaris*, in quibus Græcia reviviſcere cœpit, operam ſedulam corectioni librorum imprimendorum *juxta Heur. Stephanum in Querim. Typogr.* olim navarunt. Neque proinde facile quisquam ad has officinas admiſſus, qui non gradu aliquo eruditis ſe approbaſſet, atque adeo quoque illi ab initio plerumque in Academiis pro membris earundem habiti, & adhuc nonnullibi habentur, quamvis nullis titulis ornati. Quo magis il veniunt laudandi, qui teſtimoniis publicis, examine prævio acquiſitis, privilegiorum Academicorum ſe capaces reddiderunt. Quemadmodum Sanctorum Patrum Collationes XXIV. conſcriptæ ab Johanne Eremita, qui & Caſſianus dicitur, impreſſæ Baſileæ *per Magiſtrum Johannem Ammerbach*, anno Domini M. CCCC. LXXXXVII. ut & prædictus *M. Trechſell*, & alii atteſtantur. Ita Baſilii quædam & Athanaſii *Matthias Schürerius Schletſtadienſis artium Doctor*, (unde in hac & vicina Academia Bibliopolarum famigeratiſſimorum *Proſapia Schü-*

veriana, ut opinor, deſcendit) veluti primitias ex officina ſua impreſſoria Argentorati feliciter emiſit die 8 Junii Anno 1508. ut ibidem *Doctor Georgius Maxillus, alias Uebelin*, anno M D X dormientem Homerum æregraphia (ut in præfat. loquitur) ſua excitavit, ceu ante hunc *M. Joannes Grüninger* Virgilium Brandi anno M D I. pariter Argentinæ divulgavit.

p. 20 In hac cumprimis Urbe Lipſienſi Typographi vel Magiſtri, aut ſaltem Baccalaurei bonarum artium, eo tempore, quo primum typis libri hic impreſſi, fuerunt. Ut enim *M. Ernesti Vogelini* characteres elegantiſſimos, ceu poſteriores, ſilentio involvam; Anno jam tum M. CCCC. XCVI. *Wolfgangus Stöckel*, *Baccalaureus Erffurtenſis & tum Lipzenſis*, Priſcianum in duobus libris minoris voluminis feliciter hic edidit. Deinde *Baccalaureus Martinus Lantzberg Herbipolenſis*, & *Baccal. Wolffgangus Monacenſis*, anno Domini M D III. una hic vixerunt, & varia excuderunt.

Nemo tamen univerſo orbe characteres inventos ita excoluit, ut h) *Aldus*, e cujus off-

h) *Cognomento* Manutius *videlicet. Quem itaque Romanum & utraque lingua doctiſſimum virum ſumma cum diligentia & laboribus indefeſſis, nulla omnino ſumtuum & privati ſui incommodi, ſed* ha-

officina Græci ac Latini Scriptores tota Europa diffuſi ſunt. *Uti poſt Aventinum aliosque Mylaus in hiſtoria univerſitatis p. 270. ſ. ultima affirmat.* Et *Thuanus hiſt. l.* 59. eam ob rem de Manutiana familia honorificentiſſime ſenſit, *libro vero* 25. ei plus debere Chriſtianum Orbem cenſuit, quam cuiquam fortiſſimorum belli Ducum ob propagatos fineis patria unquam debere poſſit. Sicuti & *Beza in Juvenilibus*:

Aldum Manutium Deum vocavit,
Ipſis qui potuit ſuo labore
Vitam reddere mortuis Poëtis,
Qui vitam dare mortuis ſolebant.

Ibi enim in *Aldi* Academia (*uti Jul. Scaliger orat. contra Eraſmum vocat, & hac addit*) bona pars doctorum virorum inprimis verſabatur; qui nobiles & eloquentiſſimi emendandis typis librariis in eadem cum Eraſmo opera pernoctabant, cum hujus interdiu ſaltem locata videretur.

Ex quo ſatis liquere puto, licet librorum ſcriptores & deſcriptores eorundem venditoribus fuerint ſemper priores, & omnino

 di-

honoris tantum & publica utilitatis habita ratione, Typographiam omnibus numeris ſuis abſolviſſe voluit L. Guicciardinus, *ut eum primis ejus artis autoribus à* Polydoro *adjungendum cenſuerit, propterea quod nihil usquam præter typos Aldinos expeteretur: quia ſcilicet adeo nitidi, adeo elegantes,* &c. (vid. ſupra pag. 243. ſq. not.)

diſtincti, Typographos tamen in principio ſimul Bibliopolas extitiſſe, neutroſque illiteratos, uti nec Correctores quoque librorum imprimendorum, ignobiles, aut operam eorum plane ſervilem fuiſſe. Quo minus quenquam Studioſorum etiamnum pigere poterit, ſi & ipſe aliquandiu vitam ſuam hoc toti mundo utiliſſimo labore tolerare debeat: quamvis & nunc & antea Bibliopolis juxtim & Chalcographis tenacitas erga litteratos & SORDIDA OPULENTIA jure merito ſemper fuerit exprobrata. Quemadmodum hoc egregie præſtitit *Roterodamus in hujus nominis Dialogo feſtiviſſimo.* Quem qui perlegerit, & recte (quod hactenus vix ulli, aut paucisſimis contigiſſe crediderim) intellexerit, atque deinde cum eodem *Julii Cæſ. Scaligeri orationem illam contra Eraſmum* contulerit, is ſentiet profecto, cauſam huic defuiſſe, cur in illum canina eloquentia uſque adeo debacharetur. Quaſi Eraſmus ſemihominis ſaltem operam in Aldi officina legendo præſtitiſſet, potando autem tergemini Geryonis, quemque Itali in menſa ſocium, in acie vero deſertorem fuiſſent deteſtati. Ipſamet *Suada Belgica in Colloquio citato* illud quoque de ſe non diſſimulat, quod illic gulo quiſpiam & helluo viſus ſit; cauſam autem annectit, apparatum ſcil. tam tenuem & tractationem tam frigidam, tamque ſordidam, ut bulimia ipſa periclitandum, & fame fere pereundum

p. 21

undum fuerit, quum utique non tam ciborum exiguitate, quam corruptione offenderetur, datis pro vino fece vapida, pro pane argilla, pro obſonio conchis è latrina hauſtis, pro juſculo *mineſtra* Italica è caſeo bubalino cocta. Et ſane deſcribuntur ibidem Italorum, pecuniam magis, quam voluptatem expetentium, mores tam graphice, tamque venuſte, ut ipſa Venus non poſſit dici venuſtior: præcipue vero Venetorum, quos *Synodos*, quaſi convenas, & ipſarum Urbem, in quam ex omnibus viis Mercatores undique convenirent, *Synodium* obſcure quidem vocitavit, ſed tot circumſtantiis eam depinxit, ut naſo caruerint, qui, quid vellet, non perſenſerint. Culpam autem quodammodo ab *Orthrogono* (ita *Manutium*, quaſi *mane natum* indigitat) in ſocerum ejus è ſumma inopia evectum *Anthronium* velut *Antro-Trophonium* transfert, id est, in ANDREAM illum, qui vel ita ſimpliciter ſub finem Aldinorum librorum plerumque nuncupatur, vel addito cognomine ASULANI SOCERI. Quem Euclionem in tantis opibus usque adeo triparcum fuiſſe *Eraſmus in illa ſordida opulentia* ſtomachatur, ut in gratiam honeſtiſſimorum convivarum teruncium impendere gravaretur, cum juvenes filii interdum una nocte ſexaginta Ducatos alea perderent, prout perire ſolerent, quæ ſordibus corradantur; quibus ille cenſum ſuum ultra octoginta du-

catorum millia è Chalcographico Bibliopolio provexiſſet, quod nullus eſſet annus, quo non accederet lucrum mille Ducatorum. Id quod ſi illo proventuum feraciſſimo ævo & in principio rei Typographicæ jam tum contigit, quid hoc noſtro difficillimo tempore
p. 22
uſu venire cenſeatis? quum tam divinum beneficium qui recte agnoſcant, paucos hodie invenias, præſertim quos in eo tractando quotidie occupari contingat. Ipſos dico Typographos, quorum nonnullos in ſutrinis aut cerdonum tonſtrinis ætatem degere omnino ſatius foret, quam tam liberali præfectos eſſe artificio; ut qui lucri ſolummodo cauſa faciant omnia, & quæcunque ipſis imprimenda tradantur, ea deteriora & multiplicibus pudendisque mendis contaminata emittant, typis ſæpenumero adeo detritis obtuſisque, ut eorum exigua rudimenta in charta ſemiputri, terræque ἰσοχρόῳ, vel oculatiſſimo vix deprehendere liceat. Verum qui aliter evenire poſſit, cum eo avaritiæ venerint, ut ſumtuum in Correctores erogandorum ipſos pœniteat, cum ipſimet illorum vice fungantur, rudes, inſulſi, ingenio vacui, qui excepta illa, quam per nutrices olim ſuas edocti fuere, nullius linguæ cognitione ſunt inſtructi, ut ne voculæ quidem ET ſignificationem eos noſſe jurare poſſis. Atque hinc adeo, niſi Corrector quispiam Φιλόκαλος ſua ſponte & ſtudio bene

me-

merendi de re libraria, debitam adhibeat diligentiam, per Jovem! iſtorum Corydonum cauſa, gallinaceum illum (*quem ab Ulrico Hahn, primo Romanorum Typographo, ad illos deveniſſe argutari quis poſſet*) in libellis Alphabeticis alias poſtremum, in fronte primorum Elementorum loco collocatum dicerem te offenſurum. *Sicuti prolixe poſt D. Lutherum in præmonitione Bibliis Germanicis præmiſſa, conqueſtus fuit D. Hieronymus Hornſchuchius in* Ὀρθοτυπογραφία *ſua: & adhuc prolixius ante ipſum Typographus doctiſſimus,* i) *STE-*

 PHA-

i) *Quo in pretio apud Italos* Aldina, *eo apud Gallos* Stephanica *fuit Typographia, cujus prædicationem IOANNES AVRATVS,* Poëta & Profeſſor Regius Pariſienſis, Epiſt. quadam ad *Robertum Stephanum Typogr. nobiliſſimum* (ceu idem inſcripſit) *olim inſtituerat, quæ inter* varias philolog. Epiſt. *Melch. Goldaſti p.* 235. *extat, è qua ipſa Centuria nos ſequentes verſiculos excerpſimus:*

Inter tot, hac ætate belle qui typis
Cudunt minutulis libros,
Primas Roberte Stephane tu parteis tenes,
Reclamitante nemine.
Seu quis requirat literæ elegantiam,
Cæſis in æs è formulis
In plumbeas abire juſſam teſſeras,
Vulcania juvante vi;
Seu linearum nobilem ſymmetriam,
Oculos quod acreis plurimum

Juvat

PHANUS, *cujus extat Artis Typographicæ QUERIMONIA* de illiteratis quibusdam Typographis,

Juvet legentum, haud indecenter omnibus
Suum tenentibus locum,
Verſus ſpaciolis rite diſtinguentibus,
Parvis perinde ut areis,
Quas hinc & inde, ſusque deque continent,
Cohibentque certi margines.
Seu quis (quod ad rem pertinet vel maxime,
Quam quærimus) ſolertiam
Ac diligentiam ſagacem poſtulet,
In eluendis omnium
Nævis librorum, ne qua labes ſordium,
Doctorum operibus inſidens,
Obſtaculo ſit imperitioribus,
Doctisque bilem conciat.
Inuſitatam o hominis erga litteras
(Humaniores quas vocant)
Propenſionem mentis, o animum viri
Nullo ſilendum tempore!
Cui tanta ſe monimenta debent, atque tot,
Quæ priſca gens mortalium
Licet edidiſſet, nunc forent ut inedita,
Ni per laborem plurimum
Redintegraſſes tu, reſuſcitans ea,
Prope dixerim, intermortua,
ROBERTE, literariæ rei ſalus;
Tua taberna prodigens
Libros, heri qui diligentiam ſui
In corrigendis lapſibus

Vel

phis, propter quos illa in contemptum venit, *prout eam ipſam Epiſcopus Vulturarienſis, Simon Majolus, in variis vitæ generibus tom. 2. colloqu. 6. dier. Canic. maxima ex parte ſuis additamentis denuo incruſtavit.* Quæ quidem Querimonia (*ut addit Jacobus Verheydenius in elogiis Antichriſti oppugnatorum*) ſi unquam, hodie maxime locum habet. Tam indocte & illiberaliter hæc Ars liberalis à plurimis tractatur, ut ſpiritu Prophetico *Polydorus Vergilius loco toties laudato* auguratus videatur, quod hæc ars, ut ab initio non minore quæſtu, quam hominum admiratione, vulgari cœperit, ſic ob eam ipſam cauſam (nimiam ſcil. lucri quæſtuoſi ſitim) paulatim ſit futura vilior. Jam enim ipſorum Typographorum culpa facta eſt viliſſima. Ut quos non dormitare ſaltem in correctionibus aliquando pervideamus & querulemur *cum Garcione in Amphitheatro*; ſed plane veterno, ad mortem usque civilem, correptos pro depoſitis deplorare habeamus. Nam & ægrotantium deſperatorum more in vetitum ſemper nituntur, invitis multa authoribus cudunt & recudunt, in rebus nauci *p. 23*

Mmm 4 fere

Vel ore ab ipſo, ceu parentes liberi,
Teſtentur ac ſubindicent.
Quod dum aſſequaris, interim non ſumtibus
Parcis profuſioribus,
Plus publicæ rei, quam domeſticæ, gerens
Curæ atque ſollicitudinis. &c.

fere ſtudioſiſſimi, in utiliſſimis vero ſuperficiales plerumque & negligentes; in lucro captando Lynces, in operis fere Talpæ. Quanto rectius illi ipſi STEPHANI, & inter eos ROBERTUS, & CAROLUS frater, tum HENRICUS filius feciſſe exiſtimabuntur, quorum ille regius & Franciſco Rege dignus Typographus Pariſiis elegantiſſimos illos literarum præcipue Hebraicarum & Græcarum characteres, ab initio ſibi comparavit, quos nitoris elegantiæque ſtudioſi, ut hodie mirantur, ſic poſteritas ipſa olim admirabitur & obſtupeſcet. Sed præcipue docti ſummam illam curam & diligentiam in libris optimis & emendate admodum excuſis adhibitam prædicant atque commendant. Unde ille *TYPOGRAPHORUM GLORIA* dictus fuit, quod Typographos omnes, qui ſunt, qui fuerunt, quique futuri ſunt, ſuperaſſe videatur: ita, ut de palma contendentibus inter ſe Typographis, hic eandem ut Victor nactus, non nomine ſolum Stephani ſuo, verum etiam reipſa ϛέφανος, corona ſua, ut victores & reges ſolent, clarus magnusque evaſerit. *Quod Encomium prædictus Verheydenius imagini Roberti Stephani & plura alia ſubjecit, hoc diſticho laudes ejus concludens:*

ὅυτος θειογράφος καὶ ἡμᾶς τε τυπόγραφος
αὐτὸς,
Τὰς βιβλίων βίβλους, θεῖα τὰ δῶκε τύποις.

Hu-

Hujusmodi vero palmarem adoream nulli amplius, nec Bibliopolæ, neque Typographi, ſed lacus tantummodo Lucrinos ubique perſequuntur, parum ſoliciti, quam bene quid impreſſum, ſed quam multum inde ſit expreſſum. Quod virus operæ ipſæ quoque & pueri vel tyrones hujus artis imbiberunt, ut ad Subſtantiam corradendam propius putent accedere & prædicari τὸ πόσον, quam τὸ ποῖον. Inde ſolummodo ſoliciti articulis computant, *quantum* hebdomatim confecerint & lucrati ſint, non *quale* iſti opus, plerumque ſemiputatum, reliquerint. Cum perfunctoria manu, & ut cum *p. 24*
iisdem loquar, *curſiva* non modo litera, ſed & opera quodlibet perficiant, poſteriorem ſemper rationem artis ſuæ & laudis, quam pecuniæ habentes: uſque adeo vel hic quoque iſtud dominatur: VIRTUS POST NUMOS. Ut proinde jure quis illud *Jani Maumontii, ex ejus ad J. C. Scaligerum Epiſt.* 76. huc applicare poſſit: *Si quid errorum in libris tuis, cum erunt editi, reperies, crede, quod ſcio, credes, è typis, ubi operarii mercede dant operam, nihil unquam prodiiſſe emendatum abſolute.* Quo accedit, quod illi laborum librariorum ſocii, à primo hujus artis maxime tum præmioſæ momento corrupti, omnes poſtea in eodem ludo edoctos continua ſerie pariter corruperint. Ut quemadmodum *Janus* ille *Fauſtus* excuſo primo Ciceroniano opuſculo, *pueri* quoque *ſui* men-

tionem facere coactus fuit: Ita adhuc illi ipſi heris ſuis æquari, tenerrimeque & lautiſſime tractari volunt; ut ſæpe Maronis illud venerit in mentem: *Quid Domini faciant? audent cum talia fures?* Qualibus ſervis, *Eraſmi* jam tum ævo, ap. Germanos vix ſuffecit hora in jentaculum, tantundem in merendam, ſeſquihora in prandium, ac duæ horæ in cœnam; ubi Itali cibo capiendo vix ſemihoram impendiſſent toto die, ſordidiſſimam quoque tractationem ferentes, contra ac Germani iſti, quos, niſi affatim fuiſſent expleti elleganti vino, bonis carnibus & piſcibus, deſeruiſſe Patronum & fugiſſe in bellum, *idem confirmavit Roterodamus in ſordida opulentia, pag.* 645. Quod primæ concoctionis vitium in reliquis penitus incorrigibile fecit, ut prius illi omnem rem, quam tam pravam conſuetudinem decoxerint. Hinc tot poſcinumia & Harpyias in hiſce officinis reperias, ut niſi latris hiantibus eſcam ponas, fruſtra ad caveam tuam ſis pertracturus: ut qui illubentiſſimo animo quidlibet imprimant, humectandos eſſe typos toties clamitantes. Ita, ſemper e prælo ſuo torcular efficere ſatagunt, prout ex hoc illud primum effictum fuiſſe credibile eſt. Tam perverſum autem ipſorum typothetarum morem, moroſis ſuis querelis aures Authorum impudentiſſime obtundentium, ipſe ego frequentiſſime inter ipſos verſatus, immane quantum ſum ſemper averſatus,

ſatus, ſæpiſſime illis regerens; ut ſi modeſte hoc exigerent, præſertim ubi Authoris culpa labor ipſis intenderetur, neminem tam iniquum fore, qui non eorum diligentiam munuſculo quodam recompenſaret; quam gratiam nimia ſua procacitate plerumque ipſimet detererent atque deperderent. Quo nomine ipſorum albis epigramma quoddam rogatus inſcripſi, quod Germanice, ut iſti intelligerent, ſic ſonat: p. 25

Die Drucker gelten mehr gewiß, dann tauſend Schreiber,
Doch muß nicht trucken ſeyn die Schrifft, noch ihre Leiber;
Sonſt für die Bücher ſie den Author drucken wol,
So lang biß Geld und Bier macht Maul und Beutel voll.

Quo ipſo fit, ut Scriptores & Commentatores πολυγεάφυς arte hac divina alias vel maxime delectatos, & quos omnibus modis allicere potius debebant, inertia ſua ferina, & immani avaritia usque adeo à ſe avertant, ut literatus quiſpiam piſtrinum ſatius, quam ipſorum officinas intrare deſideret. Id vero annon exitio huic arti & ipſis chalcographis tandem ſit futurum, veſtris, auditores, judiciis conſiderandum relinquo. At illi viciſſim habent, quod nobis objiciant, cujusmodi querela eorum *ap. Famianum Stradam*

dam Romanum in Comitiis Patrum rei literariæ conſcriptorum his verbis fuit recitata.

SOCIETAS TYPOGRAPHORUM SENATUI POPULOQ. POETARUM S. D.

CReſcit indies magis magisque numerus eorum, qui noſtra opera in voluminibus edendis abutuntur. Id vitio potiſſimum fit veſtri generis hominum, qui quæ noctu ſomniant, hæc mane lucem videre illico geſtiunt, occaſionemque Iliadum & Æneidum undique venantur. Nullus hodie mortalium aut naſcitur, aut moritur, aut præliatur, aut ruſticatur; aut abit peregre, aut redit, aut nubit, aut eſt, aut non eſt, (nam etiam mortuo iſti canunt) cui non illi extemplo cudant Epicedia, Genethliaca, Protreptica, Panegyrica, Epithalamia, Vaticinia, Propemptica, Soteria, Parænetica, Nenias, nugas. Nulla eſt intemperantior hominum natio, nulla adverſum nos contumacior: ſi quid in verſu, quod non rarenter accidit, illis excidit, continuo in nos, pro ea, quam ſibi ſumunt, mentiendi licentia, confertur abunde culpa. Malum ſerpit quotidie latius: nos onere opprimimur, nullo (quod caput eſt) opera pretio. Edita enim horum pleraque vix in manus hominum veniunt, cum aut exploſ jam antea, nomen Scriptoris, aut prodigioſi veſtibulum operis ſtatim lectores abſterret, noſque, raro deinceps emptore, ad apinas & nugas, ne triobulo quidem venales, quoque poſſumus modo diſtrahendas, cogimur male properata volumina alio transferre,

ac

ac ſcombris involucra & tunicas dare, aut in vicum deferre

- - - - vendentem thus & odores

Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. p.26

Hac pauca de multis vobis indicare viſum eſt. Vos ordinis veſtri bono ac famæ conſulite, nobis tantum oneris detrahite, ac Valete.

Verum enimvero ipſemet *Typographorum Princeps Stephanus, in Querimonia artis ſuæ*, iſtud *Horatii* (unde argumentum Diſſertationi ſuæ petierat)

Scribimus indocti doctique poëmata paſſim:

non de iis ſaltem, qui γράφουσι, ſed multo juſtius de his, qui τυπογραφοῦσι carmina & alia aliorum quorumlibet ſcripta, uſurpari poſſe autumavit, ut tolerabilia iſta Verſificatorum jure cenſeas omnia, quod hæc ipſa nauci ſcripta etiam publicata pro non publicatis habeantur, & æterna cloacarum plerumque nocte condemnentur, nec cuiquam bilem facile in naribus concieant, aut innocentes magnopere offendant, prout libri quidam nemini præterquam Librariis utiles, famoſi aut laſcivi, & multa eriſtica. Nam ſi (*Poſſevino de cultura ingeniorum l.* 1. *c.* 51. *Judice*) cavendum, ne ornamenti loco exſculptæ literæ majuſculæ, vel alia cum imaginibus nudarum mulierum, aut etiam turpiorum rerum, capitibus præfigantur, quod avertant legentem ad ea, quæ Chriſtiana pectora dedecent: Quanto majori ſcandalo textus ipſi

&

& ſcripta integra erunt, quæ nihil aliud, quam animarum piarum ſcopulos contineant.

Hæc ipſa tamen quod plerumque ſint lucroſa, typographi quidam contra conſcientiam datamque fidem, k) ſine omni CENSURA, ſed non ſine perjurii nota numero impri-

k) *Cum ne Gry quidem ſine competente tam recenſione, quam correctione imprimere ipſis liceat, ut Decreti Viſitationis Electoralis Sax. 29. Maji anno* 1598. *& una magiſtratibus inſinuati* JVRAMENTI *hujus* TYPOGR.

Nachdem Chur-Fürſt CHRISTIANVS, hochlöblichſter, ſeliger und Chriſtmilder Gedächtniſs, im vorſchienenen 88 Jahr. an die Univerſitet und einem Erbarn Rath allergnädigſt Befehl ergehen laſſen, daſs Inhalts der Univerſitet Statuten hinfüro ohne Vorwiſſen vnd Bewilligung des Rectoris, vnd der vier Faculteten Decanen, auch der gantzen Facultet, darein die geſchriebene Materia gehörig, durchaus nichts gedruckt werden, vnd derowegen die Buchdrucker allhier des Druckens halber nicht allein dem Rath, ſondern auch der Univerſitet mit Pflichten zugethan vnd verwandt ſeyn ſollen: Als ſchwere ich N. N. daſs ich in künfftiger Zeit, ohne Vorwiſſen des Herrn Rectorn dieſer Univerſitet, vnd ausdrücklicher Nachlaſſung vnd Subſcription des Decani der Facultet, darein die Ma-
teria,

primunt. Quæ ſola medela morborum illorum indicationi alias à rerumpublicarum Archiatris rite præſcripta eſt. Ideoque jam à principio in Academiis, quibus *juxta Majolum dier. Canic. tom. 2. Colloq.* 6. nihil affinius, quam Typographus, jure jurando devinctæ fuerunt hujusmodi operæ, ne quid ſine convenienti inſpectione & approbatione in publicum emitterent: veluti *Johannes Parvus* Anno M D XVII. jam tum Almæ Univerſitatis Pariſienſis juratus Librarius S. Bernhardi

teria, ſo mir zu drucken übergeben werden möchte, gehörig, nichts drucken, noch meinem Geſinde, oder andern ſolches von meinetwegen in keinerley Weiſe oder Wege, wie das durch Menſchen-Liſt erdacht werden könte oder möchte, zu thun, wiſſentlich oder heimlich, noch öffentlich geſtatten, auch tüchtige Correctoren, ſo der Sprachen, in welcher die Materia geſchrieben, vnd zu drucken geſuchet, kündig vnd erfahren, verordnen wolle: Vnd ſolches alles weder vmb Gifft, Gabe, Neid, Freundſchafft oder Feindſchafft, noch einigerley Vrſachen willen anders halten, vnd mich ſonſten in meinem Drucken des Heil. Römiſchen Reichs vnd Chur-Fürſtl. Sächſ. Verordnung und Befehl gemäſs erzeigen wil, trewlich vnd ſonder Gefehrde, Als war mir GOTT helffe vnd ſein heiliges Wort, durch JEſum Chriſtum unſern HErrn, Amen.

di opera & alia cum hoc ſuo ellogio publi-
cavit. Nonnulli Typographi quoque Cæſa-
reæ majeſtati obſtricti Notarii fuere; quidam
etiam, perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicuti *Bono*
Locatellus Presbyter Venetiis Anno M D II li-
bros impreſſit: pariter ut primus apud Bel-
gas Typographus *Laurentius Johannes Ædi*
us profeſſione fuiſſe quibusdam perhibetur.
p. 27 Optandumque foret, ut hæc tam univerſ
orbi neceſſaria cura ab omnibus Magiſtra-
tibus pari alacritate & acritate ſuſciperetur,
deſignarenturque ubique certi viri recogni-
tioni edendorum librorum præfecti. Ut
que melius obſervari delinquentes, & in eos
animadverti poſſet gravius, non opus fore
tanta turba Typographorum, ſed minore eo-
rum, doctrina moribusque probatorum, &
ſic, uti ſunt fabri monetarum, privilegio im-
periali inauctoratorum numerus certus Ger-
maniæ ſufficeret. Cum pauci Chalcographi
univerſæ ſerviant Galliæ, pauciores Italiæ,
pauciſſimi Hiſpaniæ, & quibusdam natio-
bus etiam nulli, quæ ſaltem libris utuntur
aliunde importatis. Quod *Scriptoris ſtatera Ty-*
pographica conſilium, quamvis cætera non
usque qnaque reſpondeant, eo tamen mi-
puto aſpernandum, quo magis *communem Ger-*
maniæ Præceptorem idem in optatis habuiſſe com-
pertum eſt. *Utinam vero*, inquit, *tanto Dei*
munere grati uteremur, non ad obſcurandam, ſed
illuſtrandam Dei gloriam, non ad disjungendas, ſed
copulandas Eccleſias.
Quo

Quo colophone ſanctiſſimo ipſe quoque *cum Salmuthio* hic finio, annexo ſimili voto & monito, totius hujus Declamationis velut ἀνακεφαλαιώσει, ut quandoquidem ex peroratis illis omnibus ſatis ſuperque cognoveritis, Auditores honoratiſſimi & dilectiſſimi, tot tamque diverſos populos, ut Auctores, ſubtiliſſimi hujus inventi laude ornari voluiſſe, exinde *cum Hermanno Hugone in prima ſcribendi origine* hoc recte addiſcamus, oportere, ut omnes admirentur & exoſculentur hanc Artem, quam ſinguli velint ſuam fuiſſe filiam: Eamque ſi noſtratibus præcipue vindicare cupiamus, neceſſe eſſe, ut eandem ceu gnatam liberaliter & reverenter habeamus, nec impuris eam carminibus, aut famoſis libellis vel inanibus nugis inceſtemus; ſed ea rite & *fauſte* utentes, excuſis dignis libris, nos legitimos & dignos ejusdem filiæ parentes omnibus approbemus. Minime vero prædictorum pravorum Typographorum more, libidini ſaltem noſtræ & avaritiæ velificati, in id quoque incubuiſſe, & hoc modo reſpexiſſe videri velimus, quam multos libros, non quam bonos emiſerimus, noſtram famam, vel verius infamiam, juxta *Barclaji in Icone animorum* ſcomma, ex voluminum à nobis editorum numero aut magnitudine unice æſtimantes, docendi ſemper, quam diſcendi, & ſcribendi, quam legendi avidiores. DIXI.

Accurata expoſitio inventionis nobiliſſimæ pariter ac utiliſſimæ
ARTIS TYPOGRAPHICÆ,
ad conſervandam memoriam anni Jobelæi,
quem,
elapſis nunc duobus ſeculis,
ſolenni ritu celebrandum conſtituerunt artis noſtræ alumni Lipſienſes,
his ipſis dedicata in honorem iſtius artis
à *GIMELI BERGENII*,
olim in aula Seren. Electoris Saxoniæ Typographi,
poſteris,
qui pariter hanc artem profitentur,
auctore C. BREHMEN C.
additis virorum quorundam eruditorum, qui huic arti multum debent, carminibus.

Dresdæ excuſa an. 1640. latine reddita à JO. GERH. SUCKSDORFIO, Gymnaſii patrii cive ornatiſſimo.

Quum Deus, quem ſolum benignum, omnipotentem & clementem ſalutare fas eſt, plurimis maximis atque præſtantiſſimis beneficiis, quibus frueremur, per totum vitæ noſtræ curriculum cumulatiſſime nos affecerit; hujus omnipotenti Numini gratias pio ritu perſolvere, & hoc præſertim tempore gratæ mentis ſpecimina edere prorſus tenemur. Quoniam porro ſummum ac incomparabile beneficium reputandum eſt, quod animos hominum ad nobi-

bilisſimam utilisſimamque formis deſcribendi artem inveniendam deduxit, fuſiori paulo ſermone de eadem hoc loco diſſerendum fuerit.

Conſtat inter omnes, Harlemi, quæ eſt urbs celeberrima in Belgio, (ubi hanc artem an. 1420 inventam eſſe nonnulli falſo exiſtimant) Conſulem fuiſſe, qui interdum ingenioſis rebus indagandis nonnihil temporis impenderit, quod quidem Inſcriptiones in laudem ejus compoſitæ adhuc hodie teſtantur. Appellatus ille eſt *Laurentius Coſterus*, civis ſane optimus atque honeſtus, vir integræ famæ & acerrimi ingenii. Hic in ſylvula Harlemenſi ſe oblectans, omnia illa, quæ accuratam meditationem poſcebant, excogitare & diligentiſſime perpendere conſuevit. Amœnus quippe locus hominum menti excitandæ egregie inſervit, præſertim, ſi liberalibus artibus Poëſi & Muſica occupetur, ut non ſolum dimidius labor ſufficiat, ſed & tempori parcatur, atque meditatio mirandum in modum ſublevetur. Nonnullis igitur arboribus in hoc luco decorticatis, alium corticem duriorem, alium molliorem deprehendens, poſteriori unguibus digitisque figuras quasdam impreſſit, conjecturamque hinc fecit, ſi duriora corpora ejusmodi corticibus imprimerentur, fore, ut ea, quæ in illis expreſſa eſſent, luculentiſſime comparerent. Hoc ipſum itaque ope ligni effecit.

Quum autem multum temporis ea in re conſumendum eſſet, non aliud nec majus experimentum hujus rei cepit, quam brevia quædam epigrammata, amicis donata. Membranam tum temporis librarii adhibere conſueverant, quamobrem *Coſterus* ejusque gener (vel, ex *Meterani* ſententia, ejus privignus) *Thomas Petrus* id operam dederunt, ut atramentum quoddam literis in membrana depingendis aptum invenirent. Illorum conatus egregie promovit *Joh. Fauſtus*, ex Germania ſuperiore oriundus, quo tunc quidem famulo *Coſterus* utebatur. Hic enim ſummo ſtudii ardore in hanc rem intentus, duumviros iſtos in perpolienda arte typographica longe ſuperavit. Veritus autem, ne, ſi Harlemi hoc inventum ſuum proderet, ipſe merita laude fruſtraretur, atque omnes illud *Coſtero*, hero ſuo, acceptum referrent; inde profectus inventum hocce, ingenio adhuc reconditum, Saxoniæ ſuperioris incolis, ſuisque popularibus in Sacro Romano imperio, ceu ſtrenam ineunte anno offerre, atque hac ratione optime de iis mereri ſtuduit. Simulac ergo Moguntiam patriam intravit, alacri & indefeſſa diligentia in id incubuit, ut typos æneos metallicosque inveniret, quibus etiam nonnulla exprimere cœpit. Ac, licet *Emmanuel Meteranus* (cujus pater *Jacobus Meteranus* in eadem arte eruditus fuerat) tradat, ſua adhuc ætate Harlemi

li-

ibrum extitiſſe, qui titulum *Speculi Salutis noſtræ* præferret, & typis ligneis exſcriptus in una tantum pagina, foliis omnibus conglutinatis, ſcripturam exhiberet; facillime tamen quisque conjicere poterit, non ſine moleſtiſſimo labore hoc unicum exemplum ipſius *Coſteri* manibus confectum eſſe.

Mariangelus Accurſius in prima pagina *Donati*, qui omnium primus impreſſus eſt, hæc verba ſcripſit: *Joannes Fauſt*, civis &c. *usque ad verba*: ejus filius *Pet. Schæffer.* (vid. ſupra pag. 299.) *Polydorus Vergilius* teſtis eſt, *Joh. Guttenbergium*, natione Teutonicum, equeſtri virum dignitate, in illa arte excolenda perpoliendave ſedulum ſeſe an. 1442. præbuiſſe. Nobis interim, ne illis, qui Germaniam inferiorem incolunt, (Belgium enim revera Germania inferior eſt, quod ex eorum lingua aliisque argumentis apparet) omnem hujus rei gloriam præripiamus, ita fuerit ſtatuendum, quod *Laurentius Coſterus* prima quidem, ſed tenuia, hujus artis fundamenta poſuerit; quemadmodum nemo ab altera parte inficiari jure poterit, ſolos Germaniæ ſuperioris incolas illam perfeciſſe, & ad maturitatem perduxiſſe. Quamvis porro Harlemenſes defuncti *Coſteri* ædes hac inſcriptione exornaverint: *Memoriæ ſacrum* &c. (vid. ſupra pag. 502.) uti *Hadr. Junius* & *Boxhornius* teſtantur, nobis tamen vitio vertere non poterunt, ſi Moguntiaci eodem elogio, adjecta etiam

excultæ porro & perfectæ artis laude, *Jo*[...] *Fauſti* ædes honeſtemus. Certe ſupremus il-le ac perfectiſſimus omnium rerum artifex & conditor rude primum atque indigeſtum Chaos ex nihilo procreavit, ex quo dein omnes res ea, cujus capaces erant, perfe-ctione præditas prodire juſſit. Figuli eſt non argillam ſolum effodere, vel vaſa ela-to formare, ſed etiam illa ignis ardore exco-cta hominum uſibus adaptare. Ruſticus ligna cædit, quibus faber lignarius formam indu-cit. Qui ſerra arbores diſſecant, aſſeres conficiunt, quos ſcriniarius apta figura ex-ornat. Apparet vero, nec ruſticum, nec eum, qui aſſeres ſecat, ſeſe artis lignariæ in-ventores jactare poſſe. Qui calami crenam excogitavit, utilius quid præſtitit, quam qui illam acuminavit. Ingenia hominum in dies præſtantiora evadunt, artesque mirum-dum in modum efflorescunt, ei tamen in-ventionis laus uno omnium ore tribuitur, qui primus artem aliquam ad maturitatem per-duxit. Certum itaque eſt, quæ inferioris Germaniæ cives excogitarunt atque occepe-runt, ea incolarum Germaniæ ſuperioris in-genia & induſtriam excoluiſſe & perfeciſſe. Igitur hocce inventum totum Deo inprimis & Germanis debetur, quod in divini Nomi-nis gloriam noſtræque celeberrimæ nationis laudem hic oſtendendum eſſe exiſtimavi-mus.

Di-

Dicendi finem facturi, laudabile prorſus æquum & juſtum putamus, ut celebrium artis noſtræ cultorum Lipſienſium poſtulatis, quæ omnibus typographis placuerunt, annuentes, jobelæi anni diem feſtum, quem in DEI gloriam & in præſtantiſſimæ hujus artis honorem in S. Joannis Baptiſtæ natalitiis agere conſtituerunt, noſmet ipſi pio lætoque animo celebremus. Id igitur agentes, doctiſſimos & ſummo ingenii acumine præditos viros artisque noſtræ fautores exoravimus, ut carmina quædam in typographiæ laudem componerent, hisque ſubjungi paterentur. Atque illa juſto ordine ſeſe excipientia nunc exhibemus.

Divinæ Artis Typographicæ,
Anno reparatæ per Chriſtum Salutis
CIↃ CCCC XL.
inventæ,
Repetita Memoria Secularis,
Monumentum
erga
&
DEVM Opt. Max.
Pietatis,
&
Inventores Venerationis,
& Artem ipſam Devotionis.

In memoriam, & honorem inventæ,& per duo ſecula divinitus conſervatæ, artis Typographicæ.

CHALCOGRAPHIA, Dei magni prænobile donum,
Per duo ſecla, orbi, commoda mille tulit;
Excudens ſancti divina volumina verbi,
Dans & in innumeras Biblia ſacra manus.
Qualia Hebræorum, Latiorum, quæque Pelasgûm,
Et Germanorum patria lingua legit.
CHALCOGRAPHIA Patrum Veterum, ſimul atque novorum,
Exhibuit nobis ſcripta legenda pia.

Quin

Quin ars hæc Juris, Medicinæ, atque ampla Sophorum
Dogmata per mundi climata cuncta ferit.
O vivant! vigeant! pergant florere! periti
CHALCOGRAPHI, degunt quotquot in orbe * Boni!
Lipsia cumprimis, Witteberga, ac Jena celebres,
Et Lunæburgum, quos habet eximios:
Stellæ ** ubi præfulgent, ceu lucida ſidera cœli:
Quorum extare vides non ſine laude typos.
Da DEVS omnipotens gratiſſima tempora pacis!
Sic bene florebunt *CHALCOGRAPHI* atque *LIBRI*.

Singularis affectionis erga Typographos, de Eccleſia vera & Republica bene meritos, conteſtandæ ergo ſcripſit

MATTHIAS HOE ab HOENEGG,

SS. Theologiæ, per annos integros triginta ſex & ultra, Doctor: nec non Sereniſſ. Dn. Electoris Saxoniæ, pro tèmpore, Theologus Aulicus & Conſiliarius Eccleſiaſticus primarius.

Chalcographéa Dei quod ſint tutamine nobis
Vsque in præſentem præſtita ſalva diem,

Nnn 5 Non

* BONI, qui typis ſuis non blaſphemos, non impios, non ſpurcos, non maledicos ſpargunt libros.

** Herr Hans und Herr Heinrich, die Sternen.

Non opis eſt noſtræ, Tibi nos, Devs alme, ſed uni
 Pro tanto grates munere ferre decet.
Hinc etiam artifices peragunt ſolennia Feſta,
 Atque Tibi laudes poſt duo ſecla litant.
Daret ut Auguſtum monumen venerabilis artis,
 Atque inventori debitus extet honos.
Summe Deus, tanti nobis uſura perennet
 Doni, ſed peſſum cunctus abuſus eat!
Sive quis obſcœnis nugis turpaverit illud,
 Dogmate ſeu falſo contemerare velit.

Henricus Höpffnerus, D.

Sæpe à *diverſis* diverſo tempore *eandem*
 Artes profluere, eſt auctor *Ariſtoteles*.
Chalcographia rei eſt teſtis, *gens* ſemina cujus
 **Sinarum* ſparſit ſecla per alta retro.
Præterfluxerunt ſed jam vix *Secula bina*,
 Ars ubi *perfecte* tanta diem intuita eſt.

Quis

* Ita Osorius narrat, ſicut de ipſo Laurentius Beyerlinck in Theatr. ſub tit. Typographia fol. 235 refert, inquiens: Hieronymus Osorius lib. II. de rebus Emmanuelis, omnem de nimis in ſe patriamque ſuam amore ſuſpicionem removens, non Luſitaniæ ſuæ, neque genti aut populo, qui Luſitanico ſceptro pareat, ſed remotiſſimæ SINARUM nationi tam mirabilis inventi laudem, eamque non nuper natam, ſed perveruſtam, peneque canam tribuit. In libris, ait, deſcribendis & rerum memoria propagandâ, æneis formis uti ſolent SINAE, quarum uſus adeo antiquus apud illos eſt, ut, qui primus eam artem excogitârit, ignoretur.

Quis fando laudes cantaret carmina *Diva*,
Quæ libros mundi ſuppeditat populis?
Hæc vigeat poſthac, poſthac quoque ſerviat iſthæc
Et Christo & Themidi, tum Medicæ & Sophiæ.

Ananias Weber,
Theol. Doct. & P. P.

Artes dum multas invenit cana vetuſtas,
Commoda quæ nobis multa tulêre ſatis,
Mirum, Chalcographam quod non invenerit artem,
Libros immenſa quæ modo mole parit.
Scilicet hæc ſeris eſt debita gloria ſeclis,
Non ſine divini Numinis arbitrio.
Cœleſtis lucem, tenebris quæ merſa Papatûs,
Vt verbi toto ſpargeret orbe ſoli.
Artem conſervet divinam in ſecula, faxit,
Ipſius ut laudi velificetque, Deus.

David Auerbachius,
S. S. Theol. Doct. Superintend. Bornenſis.

F*auſte*, quod in lucem *Typicam*, qua nulla reperta
Ars melior, prodis, nomen & omen habes.
Ejus ope immenſo ſparſæ ſunt Orbe Camœnæ,
Quod Medicina, Themis, quod pietasque docet.

O do-

O donum rarum, divinum, quodque meretur
Ad ſuperum ferri, qua patet usque, polum.
Fauſte tuas celebret quis laudes? dignus ut ipſe;
Hic dum Orbis ſtabit, laus tua ubique viret.

Chriſtophorus Preibiſius,
Philoſophiæ & J. V. D. Profeſſor publicus, Facultatis Juridicæ Senior, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Aulæ & Palatii Imperialis Comes, Sacri Romani Imperii Exemtus.

Chalcographia licet fatali hoc turbine rerum
Vileſcat, queſtusque graves de pectore ducat:
Hanc tamen Omnipotens mundi Servator & Auctor,
Hoſtiles inter turmas bellique furores,
A clade incolumem præſenti numine præſtat:
Quin etiam in varias gentes, atque extera regna
Late diffundit. Quis non hæc digna putabit,
Pro quibus ex digno referatur gratia Jovæ?
Quis non ingeminet mecum: Pater optime, ſerva
Nobis hoc donum prænobile; ſuffice porro
Cultoresque bonos Artis fidosque Patronos:
Nam tibi ſic conſurget honos; ſic ſumma per Orbem
Majeſtas tua clareſcet; ſic pura vigebit
Relligio; & ſtabit ſua gloria ſalva Camœnis.

Honoris & boni ominis ergo f.

Tobias Heydenreich,
J. V. D. & Facult. Juridicæ Aſſeſſor.

In Artem Chalcographicam tertium ſuum ſeculum ingredientem.

Ars quæ manus munusque Divorum clues,
Ars artium benigna nutrix omnium:
Quæ non modo reperta & omne ſcibile
Sophorum in orbe doctiorum publicis
Communicas nobis typis, & hoſtis es
Oblivionis, ac aſylum Pallados:
Sed inſimul cor & voluntatem Dei,
Et Sacroſancta Bibliorum dogmata,
Cunctis per orbem ebuccinas mortalibus.
Ars, quam cadente literarum adoreâ
Moguntinus *Jan-Fauſtus* & *Gutbergius*,
*Petrus*que *Schoiffer*, in perenne Teutonum
Decus, tenebris eruerunt primitus,
Quorum * labores nulla delebit dies.

Ars

* In Bibliotheca publica Freibergenſi aſſeruatur liber 6. Decretalium BONIFACII VIII. Papæ, in charta pergamenâ, his verbis ad finem adjectis:

Præſens hujus Sexti Decretalium præclarum opus almâ in urbe Moguntia inclitæ nationis Germanicæ, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine, donoque gratuito, cæteris terrarum nationibus præferre illuſtrareque dignatus eſt, non atramentô, plumali cannâ, neque ærcâ, ſed artificioſâ quadam adinventione imprimendi ſeu characterizandi ſic effigiatum, & ad euſebiam Dei induſtriè eſt conſummatum per JOHANNEM FUST civem, & PETRUM SCHOIFFER de Gernsheim, Anno Domini 1465. d. 17. Decembr.

Habentur præterea inter alios in eadem Bibliothecâ GRATIANUS cum rubricis, ut vocant, Anno 1472; Decretales GREGORII, Anno 1473, Sextus Decretalium cum con-

Ars o decora, præſtans, utiliſſima!
Salve vigeque plurimum, ſalve diu,
Et auſpicare tertium nunc Seculum,
Summi ſub optatiſſimo ductu Dei!
Non hoſtis ullus, non tyrannis effera
Martis tuas unquam manus ſufflaminet!
Lux veritatis entheæ, lux artium,
Jubarque linguarum coruſcet & micet
Per te magis magisque, qua vi luminis
Phœbea fax emergit, & qua mergitur,
Nec ante ceſſet in ſolo munus tuum,
Quam ceſſet & moles ruat ſoli ac poli!
At artis hujus Curiones optimi,
qui vos bono donoque tanto redditis
dignos, & æratis typis in commoda
totius inſudatis orbis: Vos Deus,
Cui pſallitis jam corde & ore jubila,
ditet, ſuoque cœpta veſtra Numine
regat beetque, vindicetis ut decus
veſtrum, decusque totius Germaniæ.
O hoc novello Seculo tandem novam
certamque Pacem veſtra nobis pagina
prima omnium promulget, & lætiſſimo
nos patriamque nuncio felicitet!
Oremus, & votis DEVM caldiſſimis
precemur, ut favore clementiſſimus
hæc audiat, noſtrasque ſpes faxit ratas.

Vos

constitutionibus CLEMENTIS Papæ, Anno 1476 à ſolo PETRO SCHOIFFER de Gernsheim Moguntiæ excuſi & ſuo ſignati.

Vos interim fauſte valete & vivite
periculis damnisque cunctis liberi!
Beuthere cumprimis vale, qui tertius
Typographeo in urbe Freibergá praes,
lucemque noſtræ commodas Oreadi.
Te Jova complures in annos ſoſpitem
ſervet juvetque tertio hoc in ſeculo,
ut Anteceſſores tuos, * *Meirbeccium*
Georgiumque Hoffmannum, honore, gloriâ,
Succeſſibusque proſperis, & floridae
vitæ integro rigore multum præeas,
inſerviasque publico diu bono!

Freibergæ f.
Andr. Mollerus Pegavius,
Philoſ. & Medic. Doctor, Poët. Cæſar.

Sicut Salvator cum jam mittendus in orbem
effet, præconis vox ſtruit ante viam:
Sic præiens Lutherum, impreſſos ære libellos
quæ dedit, ars verbo molle paravit iter.
Vtraque præſentem Jesvm, credentis aſylum,
(hæc nempe in verbo, carne ſed illa) docet.
Ergo quisquis amas Jesvm tua gaudia feſto hoc
declarans arti proſpera cuncta vove.

Sic congrat. feſto Typographorum
L. Joh. Benedict. Carpzovv,
ad D. Thomæ Eccleſiaſtes.

AV-

---

* Indultu S. S. Electoris Freibergæ Hermundorum Wolfgangvs Meierbeccivs primus Typographeum erexit Anno 1550, obiit 1578. Hunc

AVGVSTVS BVCHNERVS
in artem Typographicam, cum tertium, ex quo reperta, Seculum ingrederetur.*

O munus ingens, ſerius terris quidem,
Sed ſingulari cognitum indultu Dei,
Divina quod reperta conſervas Virûm,
Latumque in orbem mille perſcribis libris,
Vt usque ſuperent, obligentque Poſteros,
Cum fruge multâ ſeculum implerunt ſuum,
Dura o perenne, dura, & invictum decus
Contende in aſtra, gemina cui nunc exiit,
Et tertia ætas intrat. Augurium bonum,
Omenque felix annuet Superûm favor,
Atque aderit auctor ipſemet dono ſuo:
Quo poſt acerbas tot cruces, tot poſt mala,
Quæ patitur orbis, dum ſuas culpas luit;
Tuque hactenus prope una (namque oracula
Scientiarum ** *electa* Muſarum cohors,
Perterrita armis, ſeculo ceſſat dare,
Pindumque mutum triſte juſtitium quatit)
Famulata noſtris lacrymis, ars ô ſacra,
Querimoniisque promis, ut ſerus nepos
Cavenda noſcat non ſuo prudens malô;
Mox ſancta pacis otia, & dulces dies,
Ac reſtitutum literis decus ſuum

Te-

Hunc ſecutus GEORGIVS HOFFMANNVS exercuit [illegible] operas Typographicas quinquaginta annos, & quoties currit. Obiit An. 1630. d. 29. Sept.

* Exſtat in AVG. BVCHNERI Poëmatibus Selectioribus Sect. XVI. in SYLVIS num. 15.

** in Poëmatum collectione legitur: *ut ante.*

Teſtere mundo, prela ubique dum calent,
Operæque ſudant* mille cudendis libris,
Sed fruge plenis uberi, & ſapientia
Dignis revolvi denuo, atque iterum legi:
Nec munus ante deſinat mundo tuum,
Quam mundus ipſe ** *deſiturus corruat.*

Encomiorum ſicubi gentium
aut nationum puncta quid obtinet,
Inventio TYPOGRAPHIÆ
omnimode reor obtinebit.
Æternitatis ſcilicet hæc parat
magmenta: mater hæc manet *Artium*:
Cultum propagat poſteriſque,
facta reſuſcitat *anteacta.*
Hæc *indicatrix* unica *pectorum*
Heroicorum: nobilis omnium
Magiſtra *Virtutum*: ſtupendum
hæc nitet ingenioſiorum
Inventionum gazophylacium:
Hæc format, ornat, ditat, alit, fovet
tot undiquaque *Diſciplinis*,
Terrigenûm genus univerſum.
Hanc omnis ergo, mentis acumine
qui præſtat, *artem* judicet *Artium*:
miraculum miraculorum
nuncupet, æſtimet, evehatque

Ooo ad

* legitur l. c. *usque.*
** legitur ibid. *deſinens cuncta opprimat.*

ad aſtra ſummis ſemper honoribus,
Deoque grates occinat intimas
hoc pro ſupremo maximoque
munere, Teutonicis popellis
tam gratioſe per duo ſecula
communicato. Jubilat hinc chorus
TYPOGRAPHORUM ſeculares
hinc iterat celebratque ludos.
Miraculoſam prorſus & utilem
hanc ſervet artem JOVAH: det inſuper,
hanc adjuvantes proſperentur
proſperitatibus æviternis.

M. Joſephus Clauderus, Sen.
P. L. C. & Eccleſ. Altenburg.
Diaconus.

Cattiterographica per ſecula bina quod Artem
Muſæus jam nunc gaudet ovatque chorus:
Res eſt, quam capiat non ſummi flamina; quam non
Digne pro meritis ille vel ille canat.
Res cedro digna eſt, res digna inſcribier auro:
Sculpi adamanteis res ea digna ſtylis.
Jubila, quæ ſatis hæc canat altera, carmine Suada
Sola triſeclifenis Neſtoris illa valet.

M. Michael Crellius,
Eccleſ. Altenburg.

In Divinæ Artis Impreſſoriæ Laudem & Memoriam.

Chalcographia fuit mea tunc *Nutricula*, primum
Succeſſi poſtquam Lipſidos Attegiis.
Officio functo mihi *Correctoris* ibidem
Fertile librorum contulit illa penu.
Queis uſque in tempus præſens fruor, hosque revolvens
Artis Chalcographiæ ſum memor inde tuæ.
Ergo grata DEO gratatus carmina dico,
Quod duo per ſecla hæc ſartaque tecta fuit.
Hanc ut ſervemus noctesque diesque, vocandus
(Namque bonum ingratis ſubtrahit omne) Deus.
Chalcographis animo, Preſſoribus atque Patronis
Chalcographûm faveo, fauſtaque cuncta precor.
Incidat in multos hæc ars divina popellos,
Atque Dei laudes ſemper ad aſtra vehat.
Officinis prelum, reprimat Turcæque Papæque,
Exprimat interitus Martis, & artis epos!
Sic tandem à CHRISTO referet benefacta verenda
Plebs & Doctorum, plebs quoque Chalcographûm.

appoſitum à
M. Andrea Anger,
Archidiacono Würzenæ.

Ooo 2 Ad

Ad

Dn. Georgium Beutherum,

Typographum Freibergenſem ſedulum & vere dædalum, Compatrem & Amicum ſuum impenſiſſime dilectum.

Dædale, dædaleam veſtram quid, Compater, artem
Poſcis dædaleis me decorare metris?
Dædalei reliqui, quid delaſſatis, amœnis
Hic alibique quibus Vatibus eſſe licet?
Dædala tuque cohors Vatum, quid Carminis orſu
Dædaleum hoc ſumis ferre ſub aſtra Decus?
Fruſtra omnes eſtis. *Hominum laudarier ore*
Tam dia haud poſſunt dia Reperta rei.
Si, niſi qui digne divinam hanc dixerit artem,
Dicere nemo poteſt, dicere nemo poteſt.

M. Gabriel Schleiffentagius,
Freibergæ-Hermundurorum ad S. Petri Eccleſiaſtes.

Biga Epigrammatum in artem Typographicam.

I.

Chalcographi certant, & adhuc ſub judice lis eſt,
Quis prior hoc Orbi panderit Artis opus?
FAVSTIVS his primus, ſed GVTTENBERGIVS illis
Auctor, LAVRENTI perplacet hiſce labor.

Vin

Vin dicam, noſtræ quæ ſit ſententia menti,
*Ritzschii? Dicam equidem: Munus id omne Dei eſt.

2.

Lutherus Latios proſtravit clade maniplos,
Clavam ne quæras, Chalcographia fuit.
Lufftius hoc patitur cottannis miſſus in ignem;
At chartæ inſcriptus ne vereare levi.
Scilicet hic primus Megalandri Biblia noſtri
Prodidit æratis, (res operoſa!) typis.
Hinc ille lacrymæ! Roma, en tibi Lufftius alter
**Sternius Iure, ignes ſpernit & iſte tuos.

Fauſtæ acclamationis ergo
ſcribeb. Lipſiæ
M. Lucas Pollio,
S. S. Theolog. Baccal. Colleg. Ducal. Collegiat. & verbi Divini ad S. Nicol. Miniſter.

Ars nova ſcribendi, multorum pauſa laborum,
Exſcribens varios ære loquace libros,
Luxit, Evangelicæ fax prodroma lucis, & artis
Omnigenæ docto fida miniſtra choro,
Et nunc in variis viguit duo ſecula terris.
Quis ſua non læta jubila voce daret?

* Typographorum Lipſienſium Senior.
** Vterque Dnn. *Johannes* & *Henricus*, celeberrimi Bibliorum Propagatores.

Ite viri, quos illa juvat, date veſtra, parati
Nos ſumus & noſtris, vota ſimulque damus:
Chriſte, tuum verbum, verbi famulasque fideles
Artes & linguas porro tuere bonas,
Da quoque Chalcographûm fixo ſtent pulpita vultu,
Donec Naturæ machina tota ruat.

M. Abraham Teller,
S. S. Theol. Baccal. ad D. Thom. Diacon.

Saxa Characterum primum ſignata figuris
Olim à Sethigenis fixa columna docet.
Suffecta his palmæ *folia*, & florentis olivæ:
Quin etiam *Florum* germina ſcripta legas.
Succeſſere leves Tiliarum è cortice *libri*,
Mox *Ebur* in *Tabulas* fiſſaque ligna novas.
Quæ deinde oppletæ *ceris*. Poſt *lintea* ſumta,
Ipſaque manſuris fuſa *Metalla* notis.
Donec depoſitis ſubiit *Membrana* capillis:
Atque è Niliadis lecta *papirus* aquis.
Sed quid *Saxa*, *Libri*, *Tabulæ*, *Folia* atque *Metalla*,
Chalcographûm ad *formas prelaque* ſacra? Nihil.
Diſce DEI felix *Germania* noſcere *munus*,
Ad quod *priſcorum* cuncta *reperta* nihil.
At tu macta hujus *Philuræ* *ſolennibus* eſto:
Accedant *ſeclis* porro ea *ſacra* tuis.

Secularibus Typographiæ ſacris
congratulab.
M. Joach. Meiſsner,
Scholæ Torg. R.

Pe-

Poetbiare donum *millenario* :
Primo DEUS primis dedit mortalibus;
Sanctis enim vitam longævam Patribus
Dedit, ſacrum verbum ſuis qui liberis
Annunciarent atque charis poſteris.
Tunc Lex Dei non mandabatur cortici,
Non marmori duro, aut ceræ molliſſimæ,
Mortalium: ſed cordibus Lex insita.
Apparuit * Deus potens ſæpiſſime,
Locutus eſt cum Patribus piiſſimis,
Cum Liberis eorum, cumque Poſteris.
Sed *tertio* donum ille *millenario*
Novum dedit: dedit Legem ſanctiſſimam,
Insculpta quæ ſaxis duris prius fuit,
Fidei atque *vitæ* ut eſſet *illa* Regula
Perennis: expreſſit voluntatem ſuam
Per hanc coloribus vivis: promiſſio
Iterata ſeminis Davidis. Natus est
Quarto ipſe Christus *Millenario* datam
Juxta Dei promiſſionem, ex Virgine
Caſtiſſima Maria, facta temporis
Impletione Scripturæque paſſus eſt,
Crucifixus atque mortuus, ſepultus eſt,
Reſuſcitatus eſt, adſcendit ad polos
Altiſſimos, inferni victor & necis,
Et Dæmonis, jam nunc ad dexteram DEI
Patris ſedet: non amplius miracula
Terris in his facit. Non eſt miraculis

* Euſebius l. 1. p. 3. hiſt. Eccleſiaſt. de Θεοφανείαις videatur & conſulatur.

Opus amplius: Doctrina confirmata jam
Miraculis Apoſtolorum maximis
Et ipſius *Chriſti*, *Salutis* unicus
Qui fons & auctor eſt: poſt hæc miracula
Miranda res eſt, ante ſecula ultima
Quæ contigit nobis in hac *GERMANIA*
Annis abhinc ducentis, *Millenario*
Hoc ultimo, Dei donum non ultimum,
TYPOGRAPHIA nempe *præſtantiſſima*,
Reperta quæ fuit prius *Moguntiæ*.
Invenit hanc *JOHANNES FAUSTUS* optimam
Artem: loco *huic* debemus incunabula.
Mox cœpit illa ſpargi per GERMANIÆ
Partes, & has & illas felici omine.
Adjuvit hunc JOHANNES GUTTENBERGIUS
PETRUSQUE SCHOEFFERUS: Certe non ultimus
Hos nominatos inter eſt ULRICUS HAHN,
Qui primus excudit quondam ROMÆ libros
Aliisque in partibus telluris *Itala*,
Quamvis id ipſum non *Gallo* ſed *Teutoni*
Tribuatur, appellatus qui CONRADUS eſt.
Mox NICOLAUS JENSON *Gallicus* modis
Auxiſſe miris dicitur: SCHURERIUS
Clarent & ANSHELMUS: nos ALDO plurimum
MANUTIO debemus *Romano* pio.
Magnum DEI MAGNI donum, GERMANIA,
Agnoſce quæſo: Tuque *Jena*, *Lipſia*,
Viteberga, *Lunæburgum*, *Dresda*, *Erphordia*,
Hala ſaxonum, *Francofurtum*, *Rintelium*,
Nutrixque noſtra quondam, nota flumine

Helm-

Holthemiâ, urbs ALBERTI, tuque JULIA
Urbs, *Gieſſa*, *Marpurgum*, *Hamburgum*, tuque
Lubeca, *Brema*, *Dantiſcum*, *Goslaria*, (*Hafniâ*,
Tubinga, *Magdeburga*, & tu *Vinaria*,
Vienna, *Praga*, *Noriberga*, *Leidaque*,
Et quotquot infelix tenet *Germania*.
Ingrata tellus Teutonum aures arrige,
Agnoſce grata mente, ſolve maximas
Grates DEO pro donis hiſce maximis,
Hoc ultimo quæ millenario dedit,
Et quæ pecunia penſare non potes.
Sis grata *Saxonum* tellus & *Miſnia*,
TYPOGRAPHIS FAVE, FOVE DOCTOS VIROS,
Quos enecat *fames*, premit penuria,
Et *Mars* ubique vexat crudeliſſimus:
Ne denega, quæ debes his *ſalaria*,
Quibus ſuam vitam trahant miſerrimam,
Niſi vis perire funditus SCHOLAS TUAS,
ACADEMIAS, ECCLESIAS, RESPUBLICAS:
Ne fiat hoc, da tu, DEUS ter optime,
Exuſcita nobis Patronos maximos,
Largire PACEM, dura MARTIS tempora
Aufer, TYPOGRAPHOS OMNES SERVA BONOS,
Servaque, qui præſunt SCHOLIS, ECCLESIIS,
ACADEMIIS, REBUSque PUBLICIS! Viris
Quod opto cum BONIS & DOCTIS OMNIBUS,
TYPOGRAPHISque cum NOSTRIS & EXTERIS,
Qui jam CARENT, DOLENT, JACENT, & EXULANT!

Singulari in Typographos noſtros & Exteros affectu
hæc adjeci

M. Georgius Cramer, Scholæ Thom.
Lipſ. Rector.

In

In raſæ Veteres pingebant cortice fagi,
Ni plumbum aut tabulas oblita cera daret.
Et ſic magnus erat labor olim ſcribere Libros.
Res facilis facta eſt, quæ gravis ante fuit.
Poſtquam divinam MOGUNTIA repperit artem,
Atque laborato finxit in ære TYPOS,
Quos manus ARTIFICIS rite ingenioſa coarctat,
Conjunctosque nigro docta colore linit
Compreſſuque facit momento mille figuras.
O dona! o ſummi dona colenda DEI!
Parrhaſii Tabulas ſuperantia! ſigna Myronis!
Organa Mentoreâ nobilitata manu!
Nunc via ad Aonidas facilis datur: endhea præbet
Fertile LIBRORUM CHALCOGRAPHIA penu.
Nunc ſtudia atque ARTES contemptas copia reddit,
Dum breviore viâ proficit arte rudis.
Aere carent Artes, mox Artibus æra carebunt,
Nauſea ſupplicium mox feret illa, famem
A nobis talem Clemens averte, TYPORUM
LIBRORUMque Dator, ſumme PATRONE DEUS!
Suffice, qui Doctis faveant, foveantque Camœnas,
Suffice, quique TYPOS, qui Decus Artis ament.

Chal-

CHALCOGRAPHIA vive, flore, bene; DIVINA in annos
Innumeros, celebrans munera FAUSTA DEI!
Nimirum hæc qui vide, quia ſunt quoque magna, putabit
Digna, DEO grates cur homo gratus agat.

M. Joh. Bohemus,
Poët. Cæſar. Dresd. Rector.

In Artem Typographicam Epigrammata.

I.

Ergo ſuo viguit nunc per duo Sæcula flore
Ars, digna æternos flore-vigere dies;
Ars, quæ Clarorum ſcripta ingenioſa virorum
Exprimit æratis commemoratque typis:
Ars ea ſera quidem, ſed valde ſeria, jure
Cunctaque cunctorum ſeria puncta merens.

II.

Chinenſes uſi jam longum hac ARTE feruntur:
Gens Batava inventum dicit & eſſe ſuum:
Nugæ! Solius GENS eſt quia TEUTONA munus
Hocce tuum; cedit laus ea tota tibi.
GUTTENBERGIADES Teuto quippe Auctor, & alter
FAUSTUS erat, *fauſto*, quis neget? *auſpicio*.

III.

Quare, Ars alma vige; quamquam vileſcis; ubique
Hoc ut vileſcit tempore quodque bonum!

Euge

Euge vige, augminibus quin porro creſce ſecundis:
In decus Immenſi creſce ſubinde Dei!
Hoc etenim ſi qua amplificat, næ tu facis iſtud:
Ad laudem imprimis hoc facit atque tuam.

L. Mque ſcripſit
M. A. Tülſnerus.

Numinis eſt almi bonitas, eſt gratia Jovæ,
Quod floret typicæ fauſtiter artis opus.
Floruit artis opus FAVSTI duo jubila ſecli:
Dante DEO vigeant jubila mille typi.
Millia *Chalcographi* videant ut jubila ſecli,
Quivis, qui probus eſt, omina fauſta ferat!

M. Johan. Preibiſius,
Collegii B. Virg. Collegiatus, & Facult. Phil. Aſſeſſor.

M. CHRISTOPH. CERYCII,
alias HEROLD, Peg. Miſn. P.C.
De
CASSITEROGRAPHIA,
ſive
ARTE EXCUSORIA,
a
Germanis inventa,
Acroſtichis
absque Eliſionibus.

Ad-

Adjuvat AVDENTES Fora. Haud INVENTIO rerum
Magnarum timidis eſt tribuenda viris.
Rimari fabricas MARTIS fuit auſus, & ARTIS
Quis primus? Primus ſanguine Teuto fuit.
Sanguine a) TEUTO fuit, cava qui SCLOPETA Gradivi
Invenit, b) ſancto CLERICVS ingenio.
TEUTO fuit, verum potiore beandus honore,
ARTIS, quam MARTIS, qui mage juvit opus:
Yψίςῳ JHOVÆ ſtimulo GVTEBERGIVS audax
Scribere litterulas cœpit, at ÆRIS ope.
Primus is hac fauſtus fuit arte, viamque paravit,
Pſeudotheum c) LINO perderet ut MONACHVS.
Ocyus expediit BONVS id MONS: ALBVS ad Albim
Mons AntiChriſtum prodidit, arte TYPI.
Gloria non d) CHINIS hinc orta, nec orta BATAVIS;
JVNONIS pullus fallitur, atque JOVIS,
Rideatur juxta e) PRISCVS VERRETIVS, Ædes
HARLEMI patrias extenebrare volens.
ARTE f) TYPOGRAPHICA, qua nil divinius, artes
Creverunt reliquæ, Relligioque ſimul:
Pura

a) Anno 1378. b) εἰρωνικῶς. c) Ex augurio Sibyllino. d) ἀναξιόπιστοι. Subintelliguntur JVNIVS & JOVIVS.

Pura FIDES robur capit Impreſſoris ab Arte:
Biblia mille, per hanc, mille dedere typis;
Hac pia GERMANI vivunt modulamina CY-
GNI,
Hac SOPHIE, THEMIDOS res, & HYGEA
virent.
Iubila promat ob id GERMANIA, JVBILA
promat,
Qui legit exſcriptos ære loquace libros.
CADMOSO celebrate novas in TEVTONIS
agro,
CADMORVM Natas o celebrate nigras.
Auſpicio ſurgant ſic TERTIA SECVLA fauſto!
Sic ARTIS proſint ARTIFICVMque Typis.

Ad LIPSIENSES hujus ævi Typographos.

Quod GVTTENBERGVS, FAVST, HAHN,
MENTELIVS olim,
SCHEFFERVSque, piis auſibus, auſus erat,
Auſus erat celebri quod & hac * VOEGLINVS
in Vrbe,
Qua PLISNÆ junctas miſcet ELISTER
aquas,

Ad

VIVS, qui contra veritatis fundum, Inventionem Typographiæ adſcribunt Belgis, ſive Batavis. e) PETRVS SCRIVERIVS per anagramma. f) PHILIP. MELANCHTH.

* ERN. VOEGLINVS, Typographus Lipſ. à ZWINGERO in Theatro Hiſt. laudatus.

& vos, CHALCOGRAPHI, nunc augmentatis opella
Conſimili: ſimilis vos decorabit Honos.

II.

GREGORIVS RITSCHE
Anagram.
RES CHORI SVGGERIT.
Item
RITSCHIVS,
ἀναγραμμα.
I. CHRISTIVS.

O RITZSCHI Senior, tua cura laborque fidelis
SVGGERIT Aonii RES ſtabilitque CHORI.
Imprimis utibiles, ad commoda publica, libros,
Hisque tuæ claras *PERVIGIL Artis opus.
I modo, fide DEO: CHRISTIVS dabit ipſe ſalutem,
Si non pro voto, pro bonitate tamen.

III.

JOANNES ALBERTVS MINTZELIVS,
per anagram.
EN, NITET ANIMVS ZELO SALVBRIS.

Vror amore tui, MENTZELI daedale, Prelum
Qui mira genii proſperitate juvas.

EN,

* Gregorius, i. e. Vigil.

EN, Artis ZELO Tibi tam flagrante SALV-
BRIS
Eſt ANIMVS, ſtudio qui vigilace NITET:
Chalcographi - ſtudio *ſtudiis* accedat ut augmen
Ingenuis, oleum ſæpe Cleanthis emis.

Aliud eidem:

JOANNES ALBERTVS MINCELIVS,

anagram.

ELVCENS ANIMVS, NOBILIS ARTE.

MINTZELIVM veneremur! Huic VIRTV-
TE ſub omni
ELVCENS ANIMVS, *NOBILIS ARTE,
viget.

III.

HENINGVS CöLERVS,

Anagram.

HEVS LVCRO INGENS.

item:

Heningus Köler,

Anagr.

Ein kluger Sohn.

HEVS! dotes, KOELERE, Tuas exponere
verſu
Quis vetet? Hic INGENS diceris eſſe LV-
CRO.
CARBO Tibi nomen dedit: Atricoloribus
ornas
Namque Typis doctæ docta reperta tribus;
Pal-

* Albert, idem quod Adelwerth.

Palladis ut * GNATVSCATVS, his lucraris HONOREM:
Hoc dement lucrum ſecula nulla TIBI.

IV.

TIMOTHEVS RITSCHIVS,
Anagr.
HIC TOTVS ERIT MVSIS.

De puero naſcente ſacer ſic dixit APOLLO:
HIC TOTVS MVSIS utilis auctor ERIT.
Non errat Cortina: Typis quia RITSCHIA virtus
Id facit æternum, quod periiſſet, opus.
Carmina nunc ludit, nunc carmina cudit: AMVSVS
Hunc qui ludificat, ludificatus abit.

V.

** FRIEDERICVS LANCKISCHIVS,
anagram.
(pro K uſitate legatur C)
CVRIS DIV FIS HICCE CLARENS.

Pollebas ſatis arte, tibi dum vita manebat:
Nemo tuos ſprevit, mi FRIDERICE, Typos.
HICCE DIV tantis, poſt funera triſtia, CVRIS
FIS CLARENS: Clarant Præla relicta *** ſitum.

* Reſpicitur ad Anagram. German.

** In honorificam tam defuncti memoriam, quam Hæredum gratiam.

*** Situm, i. e. mortuum, *Plaut*, Milit, Act. 2. Sc. 4. v. 20.

Vltimus haud fueras. Aſt ultima linea rerum
Te, meritis primum, truſit ad ima: Vale;
In Gnato, valeas, FRIDERICE renate, MAGISTRO;
Denato voveat quis meliora Tibi?

Appendicula
ſive
Decaſtichon Dactylo-Jambicum,
Ad Poſteritatem, ſi qua erit decurſo Seculi
Tertii ſpacio.

Hi ſunt, in TILIIS qui SECLI feſta SECVNDI
Piis colebant JVBILIS, CHALCOGRAPHI.
Quos ea POSTERITAS, ſeries ſi TERTIA SECLI
Iterare te FESTIVITATEM juſſerit,
E meritis requiem Prædeceſſoribus opta,
Hæc qui reliquerunt tibi MEMORACVLA.
Quin mea poſt CENTVM ſi carmina leges ANNOS,
QVIESCE, dic CADVCEATOR, dulciter.
CHALCOGRAPHIA Typo ſic, atque POETICA verſu
Felicitet vos, opto, CONSECRANEOS.

In laudem Artis Typographicæ.

Mira DEVS veteri ſub fœdere munera miſit,
Dicitur & populum mirificaſſe ſuum.

Haud

Haud majora novo deſunt miracula Pacto;
Vnde ſumus ſuperis mirificata cohors.
Scilicet ære libros conſcribere, Vera fateri
Verba DEI, Seclo * ſunt adaperta ſimul.
Denn obwol dieſe Kunſt, die viel gar wenig achten,
In groſſer Finſterniß die Päbſtler erſt erdachten:
Jedennoch iſt gewiß, daß deſſen groſſer Preis,
Der Sie erfunden hat, bis in das Paradeis
Hinauf ſich ſchwingen wird. Drümb thut ſie nicht verachten.

Hæc biga Epigrammatum, quorum utrumque numero literarum exhibet numerum Annorum, à quibus Nobilis hæc Typographica inventa eſt, eam ipſam condecorare voluit

M. Georgius Engeler.

Fauſte nunc agitur jam biscenteſimus annus,
Nobile quo FAVSTI floruit artis opus.
Artibus ex aliis *Ars impreſſoria* primas
(Quis dubitaret enim?) jure tenere poteſt.
Vix puto poſſe dari Linguam (quam noſſe juvabit)
Hujus quæ celebri deſtituatur ope.
Sis licet *Hebræus*, ſis *Syrus*, *Græcus*, *Arabsque*,
Vel ſis *Germanus*, ſive *Latinus*, idem eſt.
Sis *Paulus*, *Baldus*, vel ſis *Avicenna*, *Philippus*,
Sis *Opifex*, *Laicus*, ſis *Puer* atque *Senex*,

* Intellige reformationem *Huſſi*, quæ eodem ſæclo facta.

Ars ad opus quodvis *tibi* promta videbitur iſta
Innumerabilibus Commoda ferre modis.
Quantumvis habeas librum niſi Biblia nullum,
Ex digno grates nemo referre Deo eſt.
Gratulor ex animo *nobis*, quod ab *Hoſte* reliquit
Hanc ſartam tectam pro bonitate DEVS.
Ipſe JEHOVA velit ſtudium quo ferveat uſu,
Quot tellus annos eſt habitura, precor.

M. Gregorius Pütner,
SS. Th. Stud.

Annus

1640,

Qui eſt Typographis Lipſienſibus & Wittbergenſibus Jubilæus, ob inventam Moguntiæ, ante 200. annos, divinam

ARTEM CHALCOGRAPHICAM

Verſibus Arithmometricis incluſus, juxta Species Arithmeticæ.

I.

CALLIOPE,

per additionem.

IVbILa ChaLCographI proDVnt noVa
qVVr DIe hoC sVaVI 1440
QVotqVot VeL phILVra Vrbs sIbI, VeL
VVItIberga reſerVat? 200

1640

II.

II.

CLIO,

per additionem & ſubtractionem.

NesCIsne, qVæſo, CaLLIope? pIa 308

prægnansqVe peLLIt CaVſa typographos; - 211

LaVs neMpe ea eXCeLsI IehoVæ 1222

1741

Arte TypographICâ repertâ - 101

1640

III.

EVTERPE,

per additionem & multiplicationem.

CaVſa ſat prægnans, pIa ſat! bone aVtor 111

artIs Ignotæ prIVs, atqVe faVtor, - 18

Poſt & hanC ſerVes In honore, Vt ante, 111

240

qVæſo benIgne 6

1440

SerVo Ipſe, InsIgnI reſtItVoqVe ſtatV, 25

aIt & præſtabIt IöVa. 8

200

1440

1640

IV.

THALIA,

per additionem & diviſionem.

CeV LaVDabILIs ars; Ita aVtor hVIVs 729
Eſt LaVDabILIor: TypographorVM eX 1622
QVo LaVDabILIter faCIt, pIeqVe, 719
Gens, qVoD IVbILa IaM CeLebrat Ipſa, 1714
non CaVſa ſtoMaChI CIbIs repLenDI, 1859
ſeD grates sVpero Deo LItanDI 1557

8200

InsIgnI artIs gratIa 5

3
8200 (1640
5555

V.

ERATO,

per additionem & Regulam De-Tri.

Bene agVnt, pIe agVnt; præeVntes 16
ReLIqVIs pIetate CorVsCa - 263
VIX InVenere ſeqVentes; - 27
InDe Is hoC LaVDIs & VsVs - 1168

1458

VenIt: hos foVet Ipſe IehoVa. - 18

16 — 1458 — 18
18

11664
1458

26244

42
100
26244 (1640
16666
111

In Laudem Dei & Commendationem Artis Chalcographicæ, Typographorumq; Lipſienſium l.mq; fecit
Iſaacus Polmann, Neukircho-Variſcus,
Bon. art. & S. S. Theol. Stud. Typographiæ Colerianæ p. t. Corrector.

Ad

Ad Dn. Gregorium Ritzſchium, & reliquos Typographos Lipſienſes ſolertiſſimos.

Cuſtos & auctor litterariæ rei,
RITSCHI, novam qui das novem ſororibus
Subinde vitam multiformibus typis,
Præſtasque Cadmi filias ſuperſtites;
Tuque o caterva tota Lipſienſium
Typographorum, diligens Notaria
Accepti & expenſi in tablino Palladis:
Quæ laus ſat ampla vos manebit ſingulos,
Quod præmium pro tot bonis laboribus,
Queis promovetis ſummi honorem Numinis,
Et ſcripta præſtantum Virorum publica?
Nemo eruditos inter emori poteſt,
Hac arte veſtra nuncupatus poſteris.
Per vos adhuc ſuper viri ſunt plurimi,
Hoc incly ti quondam Lyceo Lipſico,
Sophosque docti qua profanum qua ſacrum,
Quos Atropos dudum ſepulchris condidit.
Quot Lipſidos fama vagante conciti
Typographea veſtra pulſant exteri,
Et ſede in ipſa Honoris inclareſcere
Volunt honore? Sed quid exteros loquor?
Sunt heic Viri, quorum labores publicos
Æternitati conſecrat Veſter labor.
HÖPFNERVS eſt uterque, qui duo emicant,
Ceu Phœbus ipſe, inter minora ſidera;
Eſt LANGIVS, Theologus exemplo gravis,
Urbisque fax ſerena FINCKELTHVSIVS,
Et alter Atlas ætheris MüLLERIDES.

Sunt cætera Vniverſitatis lumina,
Auguſta quorum anguſta charta hæc non capit
Præconia. Immo vosmet ipſi creſcitis
Rumore fauſto, quando jam revolvitis
Tempus biſeclum, quo ſuas origines
Ars veſtra duxit; Ars cedro ſublimior.
Quare ferendos vos trecentis laudibus,
Et munerandos liberali præmio
Jehova ab ipſo, jure qui ſummo cluet
Auctor datorque primus hujus muneris.
Vos ille ſervet, ac honorem Muſices
Contra maligni triſtitatem temporis
Defendat! ille vos bonis quam plurimis
Mactet ſuperne, ut arte tam laudabili
Veſtri nepotes ipſius laudes quoque
Augere poſſint, atque Muſarum decus.
Sic ominor, ſic & Jehovæ ſupplico.
Seros in annos vivite, o Chalcographi,
Per quos datur vitam celebrem vivere,
Et mortuum carere morte. Vivite!

Votivæ acclamationis ergo appendit
Godofredus Reis,
S.S. Theol. ſtud.

Deſine *Dædaleas*, homo, demirarier alas,
Queis per ſtelliferas auſus abire plagas.
Ecce ſtupenda magis *bene-fauſti* dextera *Fuſti*
Profert, & toto vulgat in orbe ſoli.
Scilicet annoſis pulcrum docet edere prælis,
Et parere egregios ære loquace libros.

O mirum inventum! quo non eſt mirius ullum,
Quod noſtri hæc mundi ſera ſenecta videt?
O Dium inventum! Sine quo ſi forte fuiſſet,
Peſſum cum Muſis iſſet Apollo ſuis?
Hujus enim officio tot-tanta volumina proſtant,
Ut quemvis minimum Bibliotheca beet.
Hujus & officio ſine cera quisque celebris
Doctus in Eois Heſperiisque plagis!
Hinc merito hanc artem fluidis præponimus alis,
Et quisque alterna talia voce vocet!
Eſto diu! atque bonis, Ars impreſſoria, fatis
Utere! non noceat noxa inimica tibi!
Creſce diu! tecumque diu Tibi-deditus-arti
Creſcat, & augmentum ſumat adusque novum!

Jeremias Weber,
S. Theol. Licent. & ad S. Nicol. Archi-Diac.

CARMINA SECULARIA
a) de TYPOGRAPHIA,
ante annos ipſos ducentos à Germanis inventa,

Curabat pariter atque imprimebat Georgius Baumann, Typographus Vratislavienſis, anno Chriſtiano 1640. 4.

a) His præfixa eſt Ge. Baumanni, Typographi, dedicatio germanice ſcripta ad Senatum Vratislavienſem, & interjecta ſunt carmina germanica Christoph. Schleglii, S. Th. Lic.

Inventum poſtquam eſt, idque haut ſine numine divum,
Cælato ſcriptos exprimere ære libros,
Doctrina & melior mox efflorescere cœpit,
Relligioque ſuas alma recluſit opes.
Donum utique eximium: quo nil magis utile genti
Humanæ poterat commodiusque dari
Donum, cui gemmæ cedant, cui cedat & aurum,
Vix liceat pretio quod trutinare ſuo.
Quali ſi priſcorum ætas ditata fuiſſet,
Letheas ſcriptor rarus adiſſet aquas.
Quas non penna tulit laudes ſcriptoria? de qua
Diſticha non nulli facta trecenta lego.
Scalpello quæ ſic affabre efficta: papyrum
Noverit ut nigris candidam arare notis.
Quæ nimirum olim libros ratio una parandi,
Magno ea cum ſumtu, cumque labore, fuit.
Longius humanæ progreſſa induſtria curæ:
Chalcographi laudis plus meruere typi.
Binorum dum nempe manus non pigra virorum
Una operis præſtat plus peragitque die:
Quan-

Lic. V. D. Min. & Prof. in Gymn. S. Eliſab. Vratislav. Chrysostomi Schvltzenii, Leorin. Sil. Gymnaſii Eliſab. apud Vratislav. Prof. Valent. Kleinwechteri, Svidnic. Sileſ. Scholæ Magdal. Conrectoris; M. Christoph. Schvltzii, Scholæ Magdal. Collegæ, & Andr. Tscherningii.

Quattuor integrum quondam præſtare per annum
  Scribendis operæ quam valuere libris.
Quemque locupletes multis emere talentis,
  Vili hodie paſſim venditur ære labor.
Id vero inventum haut alii, Germania mater,
  Quam tibi debetur; laus ea tota tua eſt.
Chinarum heic partes nullæ: urbsque Harlemia fruſtra,
  Quod noſtrum eſt, laudis jactat id eſſe ſuæ.
Invide, quid dubitas? Itali Gallique loquuntur:
  Tale ſibique dolent non peperiſſe decus.
Plaude Moguntiacum! nulli conſpecta priorum
  Munera cui primum tanta videre datum.
Macte o cum *Fauſto Guttenbergere!* repertis
  Macte o uterque typis, artificique manu!
Donec erunt libri, nunquam peritura per ora
  Gloria doctorum veſtra perennis erit.

Nicolaus Henelius, V. J. D:
Sacr. Cæſ. Majeſt. nec non Illuſtriſſ. Lignic. Ducis Conſiliarius, Ducatus Munſterbergici, ac Territorii Francoſteinienſis Procancellarius, inclitæque Wratiſlavienſis Reipubl. Syndicus.

Pro quarto Typographiæ Jobelæo celebrando.

Quod JEZIRA probat ſub Iſraelis
  Lingua, pro triplici Creationis

Fir-

Firmando genio; JeHoVialem
Scribendo, *numerando*, *nunciando*,
Res cunctas fabricaſſe MENTIS *Ignem*.
Id vel cernitur Artis in celebri
Totum mirificæ TYPOGRAPHEIO;
Qua *Verbum*, *Ratio*, *Manusque* junctim,
Ceu teſtes ANIMI probata ſacri
Promunt multifidis videnda formis.
An non hæc veterum *Tachygraphorum*
Ars artem ſuperat Notariorum?
Quum penſo ſimul & ſemel diurno
Mille & mille queant quaternionum
Exſcribi typicis ab ære *figlis*.
Inventrix ALEMANNIÆ fidelis
Solers cura; tui ſub auſpicatis
Regni, Tertie FRIEDERICE, habenis:
Spectaret notulas ſuæque Gentis
GVTTENBERGIVS ille cum *Sigillum*.
Quamvis fors alios benigmoris
Naturæ genios, puta ſagaces
CHINÆOS ſtatuant; vel Hunc & Illum
Ex EVROPI-genis; quibus pateſcit
Immenſi *radioſa Porta* SECLI.
Cum tanto *Sapientia* in theatro
Unum ſit facile invenire plures,
Aut recongredier duos in una.
Quin, hæc noſtra *dies diem* ſequentem
Quæ neſcit pote poſtſequens, *Docebit*.
Hoc unum modo ſubſequaciore
Diſcamus pede, (*ſaniora docti*)
Ludentes fugere & fugare CHARTAS,

Et

Et noſtræ Τύπον Ectypumque *Mentis*
VERBI vivifico ſacrare *Prelo*.
Sic nos certa QVIES manebit olim
Inſertos typico beatitatis
Æternæ LIBRO: & altiora *Cordis*
Preſſi ſub cruce *jubila* inſonabunt
Illud Τρισάγιον & Hallelu-IAH!

f. Vratiſlaviæ 15. Nov. A. 1640.
Abraham von Franckenberg.

Ille labentis moderator ævi
Phoebus, hinc atque hinc ſola firma coeli
Permeans, longo *duo* jam peregit
Secula curſu:
Cum Camenarum ſtudioſus orbis
Aere conflatis modulis typorum
Optimos prælis didicit premendo
Scribere libros.
Nemo nec dixit, neque comprehendit
Mente ſat, rectis ſtudiis per artem hanc
Quanta donarit placidus Supremi
Numinis ardor.
Nec tamen nobis ideo ſilendum eſt:
Quin dari partes potius videmus
Concelebrandi hæc animis & ore
Munera JOVÆ.
Numen, o gentis Pater eruditæ,
Artium, Numen, ſator optimarum,

Nu-

Numen o, a) *cujus bona fama floret,*
Sparſa per artes.
Pro tuo dono meditatur intus
Pectus, & plectrum modulatur oris,
Quam poteſt, non, quam tua promerentur
Nomina laudem.
Sæculis non hoc decore anteceſſis
Agmen humani populi beaſti:
Quo frui nobis licet hoc ſenentis
Margine mundi.
Theſtilis vendens olus atque poma
In foro lucem ſedet univerſam,
Dum cupit multo loculum referre
Aere gravatum.
Heſperum ſi jam videt ingruentem,
Plurima & venum ſupereſſe danda,
Pollicens plenis digitis ementi
Auctaria confert.
Sic, DEVS, quanquam a tenero orbis ipſo
Conditu, nobis tua dona conferre,
Ut notas divæ bonitatis omnis
Viderit ætas.
Attamen quædam quaſi largienda
Reſtitent, terris ea contuliſti.
Termino rerum properante grandem
Opprimere orbem.
Inter hæc ſedem facile obtinere
Principem quis non fateatur *artem*
Artium, libris quæ adhibet metalla
Rite premendis? Co-

a) Videatur *Plato* in Epinomide.

Codices quisnam numeret, virorum
Quos peritorum chorus e refertis
Scriniis mittit, bene litteratum
Viſere mundum?

Longa naſcatur ſeries, neceſſe eſt,
Si juvet cauſſa fidei, citare,
Quæ typis, hoc in ſtudio, atque in illo
Cuſa videmus.

Tu *facultates* animo univerſas,
Quas vocant, pendas, ſcio, id ore dices:
Omnibus præſtant operam miniſtram
Æra typique.

Aureo doctor venerandus ore b)
Clamet, *o cuncti mea ſeculares*
Verba ferventis: ſacra comparate
Biblia vobis.

Pharmacum præſens animæ iſta præſtant,
Hinc tibi ſi mors properans tuorum
Damna vel rerum fuerint dolori,
Sume levamen.

Clamet hoc, inquam. Quotus at futurus
Quisque, qui poſſit ſibi comparare
Hunc ſacrum librum, ſiquidem carendum
Arte typorum.

Cæſarum lauda gravia *ſtatuta,*
Scævolam, & gnomas cane *Juliani*;
Quicquid & paſſim reperitur omni
Corpore Juris.

Approbes *Coi*, & ſtudium *Galeni*,
Hisque, ſi forſan placet, adde *Muſam*, Et

b) *Chryſoſt.* homil. 9. in cap. 3. Coloſſ.

Et *Theophraſtum*, reliqua & medentis
Germina cœtus.
Hinc Ducem *Sectæ gradientis*, & qui
Major humano prope erat, *Platonem*,
Quique deſcendunt ab iis per annos
Ordine longo:
Marcus hos, *fabri* hunc ſoboles c) ſequatur:
Et *Maro, captuque oculis Poëta* d) &
Cæteri, quorum monumenta fulgent
Pulchrius aſtris.
Chartulis paucis potiemur horum,
Si Sophos ſacrum ſimul & profanum
Penna deſcribet, penitus latente
Arte typorum.
Sic fuit tempus, prope quando ſolis
Principum thecis latuere docti
Codices; namque his fuit haud emendis
Paupera gaza.
Ære nunc parvo veniunt paratum
Optimos libros inopes ephebi.
Unde nec viles hodie Camena
Reſpuit Iros.
Quid tuos nobis memoras, Vetuſtas,
Qui e) *ſenis linguam & celerem loquentis*
Vi

c) *Marc. Palingen.* in Tauro:
Fabri filius ille,
Attica quem tellus mirata eſt ſæpe loquentem.

d) *Homerus*, ut ferunt. De quo tamen *Vellejus Paterculus* lib. 1. Hiſtor. c. 5. *Quem ſi quis cæcum genitum putat, omnibus ſenſibus orbatus eſt.*

e) *Mar-*

Vicerint curſum, quibus una magnum
Littera verbum?
Mille vix ſcriptum hi dare, quod diurni
Vel decem poſſint ſpecie typorum.
Scilicet pennam ſubigi pepearem,
Vincere prælum.
O *characterum* peramica virtus!
Utile o cunctis ſtudiis repertum!
Perpetim o fama celebrandus, iſtam
Qui colit artem!
Nam quid huic oris noceat venenum?
Et typi pravos generant libellos,
Indidit juſtum quibus *improbata*
Lectio f) nomen.
Non nego: ſed quis bonus imputabit
Nobili & clara bonitatis arti,
Forte ſi accedant aliunde turpis
Nomina culpæ?
Expetit; nonne hoc bona in univerſa,
Ut trahant hæc ad vitioſa pravi?

Omne

e) *Manilius* lib. 4. v. 197.
Hic & ſcriptor erit felix, cui litera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis,
Excipiet longas nova per compendia voces.
Vide & *Auſon.* epigr. 137. *Joſ. Scaliger* lib. II. *Auſon.* Lection. cap. 13. *Lalium Biſciolam* Tom. II. Horar. Subſec. lib. II. c. 12.

f) *Ulpian.* l. 4. §. 1. ff. Famil. erciſcundæ.

Omne vis dicam? *uſus, habeto laudem,*
Crimen abuſus.
Cauſa ſed, quare vereamur, haud eſt,
Ne decus tantæ minuatur artis.
Stabit immotum decus, atque probra
Temnet iniqua.
Nec ſinet *tellus generoſa Nutrix*
Teutonum, laudem ſibi diſperire,
Quam ſibi *inventa* merito parari
Vidit *ab arte.*
Ora *Chinenſes* reprimunto vana,
Nec *premendorum* ſibi vindicare
Æreis formis decus hoc *librorum*
Audeat ullus.
Si quis hoc auſit blaterare, quanquam
Omnium g) *ſolos populorum in orbe*
Autumant, ſe rem ſolide intueri
Lumine utroque.
Hic tamen captos oculis vocare
Nullus horrebo. Fuit, eſto, quondam
Talis ars vobis. Eademne noſtræ?
Credat Apella.
Gloria ſola hac ſolide fruatur
Jam diu florens *Alemanna terra*,
Et putet claram magis hanc coruſcis
Cauta triumphis
Theſo-

g) Vid. Relatio *Friderici Achillis*, Ducis Wurtembergiæ, &c. de principatu provinc. Europ. apud *Th. Lanſium*. Et oratio *Nicolai Burgundhauſen* pro Germania, apud eundem.

Theſſali h) jactent populi caballos,
Fœminas monſtret Lacedæmonis gens:
Arcades dicant Siculique magna
Bella viroſque.

Nos fidem dicti retinentem *avorum;*
Nos manus *Patrum* creperis duellis
Inclutas dudum, ſatis ampla laudum
Eſſe putamus.

Sic tamen, magnum ut cumulum attuliſſe
Gloriis tantis, celebrem arbitremur
Lauream, *tellus Patria reperta hac.*
Quam tenet *artis.*

Vota, quod reſtat, faciunda duco.
Jova, cui debet merito lubensque,
Quicquid hoc famæ eſt, *Patria omnis*, orna
Culmen honoris.

Hoc diu ut poſſit reliquiſque donis
Perfrui, tandem miſeratus orbem
Chriſtianorum, placidæ redones
Commoda pacis.

Ecce vel cives acuere ferrum,
Quo graves Turcæ melius perirent:
Ecce bellorum populata flamma
Terruit orbem.

Præliis eſto modus & rapinis,
Atque tot clades hominum quieſcant.

Qqq 2 Dul-

h) Videatur *Nazianzenus* Invectiva I. in Julianum & ibi Commentatores, *Elias Cretenſis*, & *Jacobus Billius*. Item *Eraſmus* Chiliad. II, Cent. I. Proverb. 70.

Dulcis Irene redeat, ſevero
Marte repulſo.

Quo *typos* anno reperit *ſtupendos*
Seu *Godenbergius* memorandus ille,
Seu fuit *Fauſtini* bona prænotante
Nomine clarus.

Illo, ab Auguſto Procerum Senatu
Juſſus, incepit *Fridericus ille*
Tertio fulgens titulo, Imperi amplas
Flectere habenas.

Inde longævos imitans honores
Maximi *Auguſti*, potiens guberni
Dena vitai bene luſtra geſtæ, &
Amplius egit.

Omen hoc eſto. Vigeat perinde
Ars diu, *pulcris faciens nitere*
Codices formis, velut orta longæ
Sub *Duce* vitæ.

Omen hoc eſto: Vigeat perinde
Perdiu, qui nunc bene *Ferdinandus*
Tertio fulgens titulo, Imperi amplas
Flectit habenas.

O diu flectat, regat o beate
Subditos, pacis placidæ reducens
Gaudia, & Pacem PIETATE firmans
JUSTITIAQUE

Serus i) hinc cœlos adeat, diuque
Teutonum interſit *populo* verendus.
Ne Deus noſtris vitiis iniquus
Ocius ipſum

Tel-

i) Horat. Carmin. l. 2.

Tollat, Hic magnos potius triumphos
Hic amet dici *Pater atque Princeps*
Neu ſinant Turcos dominari inultos
Cæſaris arma.

M. Elias Major, P. L. C.
Gymnaſii Vratislavienſis Rector & Profeſſor, cæterarumque ibidem Scholarum Inſpector.

In actum ſecularem
Typographiæ, ante hos ducentos annos inventæ, laudes celebrantem.

Jubila grata Deo cum doctis pſallite cuncti
Chalcographi, ob veſtræ nobilis artis opus,
Quod GUTTENBERGER, Germanus, acumine miro
Invenit felix, FAUSTUS & expoliit.
Annus ut hinc abiit jam bis centeſimus orbi,
Ex quo impreſſorum copia nota librûm;
Ex quo doctorum ſunt nomina nota virorum,
Quæ ſuppreſſa forent, ni foret iſte labor.
Quo facili ſumptu monumenta perennia, lingua
In quacunque artis rite parantur ope.
Plaudite Doctores, & honores laude perenni
Ferte Deo, Artificum tollite & ingenium,
Qui veſtri ingenii partus ſervare perennes
Monſtrarunt, facili & multiplicare modo.
Plaudite diſcentes, parvo ſic ære poteſtis
Qui libris magna commoditate frui.

Omnes grata DEO jam ſolvite carmina, nos hoc
Germanos voluit quod decorare bono.
Quo bona multa omnem in terram velociter, orbis
In quascunque plagas, fuſa renata ſimul.
Inprimis artes Sophiæ, methodusque medendi,
Juris cognitio & Relligionis honos,
FRIDRICO Auſtriaco ſub Cæſare, tempore ab illo
Cœperunt multis quæ viruiſſe modis,
Auſtriaca & Sceptrum Imperii ſic Stirpe tenente
Creſcere, ut hæ poſt vix altius ire queant.
O vireant artes porro! vigeantque periti
Chalcographi, & celebrent munera tanta DEI!
Ingenioſa etiam vireat Germania, Pacem
Et tandem videat læta, juvante DEO.
AVSTRIACVS vivat, vireat, multosque per annos
FERNANDVS præſit TERTIVS Imperio.
Detque Ratisbonâ DEVS Hic AVGVSTVS in Vrbe
Conventum fauſtum jam celebrare queat,
Germanisque ſuis pacem ſine ſanguine gratam
Reddere; vincendo aut pellere bella procul.

JVSTITIÆque thronum ſtabilire hinc legibus æquis,
Moribus antiquis & recreare ſuos.

Thomas Schrœer, V. J. C.
Scabinatus & Judiciorum Vratisl. Secretarius.

In laudem Artis typographicæ.

Jam duo Teutonicam celebrarunt ſecula laudem,
Quam de chalcographis promeruere typis.
Invenit Teuto mirandam primitus artem,
Ac palmam cunctis præripuit populis.
Nec tamen invenit dextro ſine Numine; *Numen*
Fert, Bona cum nobis inveniuntur, opem.
O quantos Orbi tulit hæc inventio fructus!
Fructus, quos nulli ſat cecinere viri!
Quos nulli ſeris, qui forte ſequentur, in annis,
Subducta pretii pro ratione, canent.
Plurima, Dædalei nova per compendia preli,
Accipit exactos Bibliotheca libros;
Accipit & veteris millena parte valoris
Poſſeſtrix emptum grande volumen habet.
Utitur obſcuris haud dextra notaria ſiglis,
Unica non verbum litera ſæpe notat:
Omnia ſed plenis animantur ſenſa figuris,
Quæ poſſunt, nebuſa non remorante, legi.
Mittitur extremæ fortaſſis ad intima Chinæ
Compita Teutonicæ nobile gentis opus.
Et, quod non unum gerat Europæus ocellum,
Res, quam non prius hæc gens meditata, probat.

Næ

Næ gens luſca nimis Chinæ! Quod Teutonis ars hæc
Bis denis ſcriptum ſcit dare litterulis.
Id variabilium populi caligo Notarum
Nec poterit tota ſcribere myriade.
Scripturam videas, videas ſimulachra, popellus
Quæ gallinarum, cum ſcabit, ungue facit.
Fauſtior o centum numeris, Germane, triumpha,
Et quod habes, Artis cor reverenter habe.
Sunt tibi, qui doctos didicerunt ſcribere libros,
Sunt, qui formatis centuplicare typis.
O venerare tuos, minus hos, reverentius illos,
Et ſupereſſe vove valdius, Artifices.
Eſt magnum, paucis dare multa volumina formis,
Majus, ab ingenio progenerare, decus.
Ni ſint, qui ſcribant, nihil æra loquacia proſunt,
Laus maneat calami prima, ſecunda typi.

M. Henricus Cloſius,
Scholæ Magdalenecæ Moderator.

Quis ille, vires hujus orbis & dies,
Qui tam medullis eſſe pauperes crepat,
Proferre nil ut amplius poſſint novi,
Quod ante non fuiſſet, orbis & prior
Noſtro quod invidere ſeculo queat?
Anumque Naturam quaſi effœtam, nihil
Nunc parturire clamat integri aut boni?

Ævi

Ævi miſelle cenſor, aut boni arbiter,
Tenebroſa cujus larva pectus & caput
Opinionis faſcinavit artibus,
Annon ſuperbos hoſce bombardæ ſonos
Atque æmula hæc ſummi Tonantis fulmina
Horreſcis & taces? Prioris ullane
Mundi per orbis orbitam puppis (vias
Qua ſolis arguiſſet) invenit viam?
Ecquis loquaces norat horarum prius
Interpretesque temporum rotas? quis eſt,
Aquatiles qui tam ſagace olim manu
Locavit ad fluenta Najadum molas?
Hæc cuncta ſed muto ut premam ſilentio,
Attende, quos heic, Cenſor, adſpicis typos,
Et diſce, ſodes, quam recedant a tuis,
Laborioſa penna quos dedit, libris.
Annon ſtupeſcis Palladis novæ hoc novum
Atque invidendum ſeculis noſtris opus,
Ope cujus una præſtat hora plurimis
Veterum diebus, adjuvando literas?
Hoc terra, tu quam barbaram vocas, opus
Non barbarum ſub orbis ultima fere
Seſe rotantis protulit cataſtrophe,
Annosque rerum matris omnium ſenes
Hac prole pulchra vindicavit pulcrius.
I nunc, febriculoſe, dic medullitus,
Exeſa Natura eſt, anusque deſes eſt,
Nil parturit novi. Hoc o hoc ſi munere
Antiqua forte Cecropis quondam domus
Sagaxve Romuli negotium genus
Foecundioris ingeni foetus ſui

Mactare quiſſent, anne tu Didymum putas
Chalcenteron, nova protinus prioribus
Tribus ſupraque millibus fuiſſe tunc
Tria editurum adhuc librorum millia?
Platona, Varronemque Tulliumque quid?
Reliquosque facturos fuiſſe quid putas
Viros vetuſtioris arbitros Sophi?
Annon ſuis peritiores omnibus
Diis exſtitiſſent, proximi aut minimum Diis?
Apollo certe ſolus haut ſororibus
Præſes novenis imperaſſet Delius,
Heliconque, Cyrrha, Caſtalis, Pindus, ſacra
Tam montium juga, fontium quam littora,
Vix æqua tot tantis fuiſſent mentibus,
Sed doctioris quælibet viri caſa
Parnaſſus exſtitiſſet, atque Aganippides
Muſæa fontes imbricaſſent quælibet,
Deumque dixiſſent, vocare quem Sophum.
O ergo noſtra macte o Allemannia,
Illamque, quam largita Divorum eſt manus,
Tuere gloriam, nec altius pete,
Quis prima primus ex tuis fundamina
Artis premendi jecerit, formave qua
Excuſa prima litterarum ſit nota.
Quis & ubi tandem primus exſtiterit liber.
Germaniæ Germanus artis arbiter
Pro tanto honore ſufficit, ſeu Fauſtus is,
Seu forte Guttenbergius primus cluat,
Gliptesque ſeu prius quadratâ ligneâ
Junctim tabellâ literas exſculpſerit,
Seu ſingulas harum ſeorſim fuſili

Pa-

Paravit arte ſtanneas metallinas.
Ars ipſa noſtra, & author ipſe noſter eſt:
Hunc teſtibus probamus, illam tempore
Præſcripſimus, titulumque habemus & fidem.

Andreas Sanftleben,
Judiciorum Wratislavienſium Advocatus ordinarius & Iuratus.

Βιβλιοχαλκογραφομιμημεῖον in laudem

1) *Artis inventa.*

Attigit Artificum jam per duo ſecula culmen,
Quod libros mundo fœnerat, Artis opus.
Cedite Scriptores, quibus olim littera verbum,
Et linguam dextra vincere, ludus erat.
Teutonis haud usquam manus eſt velocior ære,
Quo facit elingues abdita ſenſa loqui.
Æra crepate, tuo quæ nobilis ære, Corinthus;
Et bona quæ Calabris, Tempſa, metalla dabas.
Biblographi ære typi non æs laudatius ullum
eſt:
Non æs Biblographi dignius ære typi.
Hoc homo præcellens hominis ſuperavit acumen,
Hoc ab inerte ſitu vendicat omne Sophos.
Hoc poſt fata viget virtus: hoc diſſita longe
Natio nec ſurdis irrita verba facit.
Fallor, an extremis inter miracula ſeclis
Numen id, extremum juſſit ut eſſet opus?

Æqua-

Æquari certe potuerunt cætera laude:
Hæc ars quid laudum majus agone gerit.
Mome, negas? talem qui non hanc duxerit artem,
Nec laudis quicquam, Mome, nec artis habet.
2) *Artificis inventoris.*
Singula Dædaleas dederant prope ſecula dextras:
Miſerat Artifices plurima terra ſuos.
Heraclea ſui laudarat Zeuxidis uvas,
Queis unca allapſæ roſtra feſellit avis.
Qui memoratur aves fallentem fallere velo,
Exulerant Epheſi mœnia Parrhaſium.
Peniculo celebrem Coos celebrarat Apellem,
Qui canibus viſam vivere pinxit equam.
Cœla Syracuſæ reputarant mira Myronis,
Cujus ab Aonia Bucula vivit aqua.
Praxitelen piſcoſa Gnidos mirata peritum
Sculpere, quod totus cerneret orbis opus.
Et ſua Callicraten tellus, cui ſcribere pronum
Integra ſeſamino diſticha ſeminio.
Sed qua non ſculpi, pingive; ſed æmula pictis
Æmula qua ſculptis cernimus ARTE ſeri:
Ut nova Germanæ provenit ab indole mentis,
Qua ſua dant Urbi nomina, ſtagna Mogi;
Alma tot Artificum nutrix, Gens omnis; & ipſi
Ore inceperunt talia ſante loqui.
Quam ſabrâ Noſtrûm ſibi quisq; paraverat arte,
Palmam Germano cedimus ingenio.

Pon. Publ. put.
Valentinus Kleinwechterus,
Suidnic. Sileſ. Scholæ Magdalen. Conrector.

Haud uni Natura parens dedit omnia ſeclo:
Diſtribuit dotes ingenioſa ſuas.
Admiranda quidem veterum ſibi vendicat ætas,
Nondum effœta tamen poſtuma, plura tulit.
Quis non celatam priſcos mirabitur artem,
Quæ palmam innumeris præripit una bonis?
Quæ breviore via libros ad ſera nepotum
Chalcographis docuit tradere ſecla typis?
Magnum olim fuerat, curaque ſtyloque libellum
Scripſiſſe, & longa compoſuiſſe mora.
Hoc operum tamen & famam tardavit & uſum,
Ne ſcripta exirent ſingula, culpa fuit.
Hinc adeo multa ingenii monumenta ſilenti
Nocte jacent, meriti gratiaque omnis abeſt.
Nunc quod prodit adhuc, noſtroſque ſuperſtes in uſus
Reſtat, Chalcographus ſervat ab interitu.
Errat, qui ſeptem mundi miracula credit;
Octavum eſt, libros cudere poſſe typis.

Matthias Machnerus,
Reipubl. Vratiſlav. à Latinis expeditionibus,
& in Judicio Orphanorum Notarius.

Fauſtus homo fuit, & fauſto ſub ſidere natus,
In lucem princeps qui dedit artis opus:
Artis, quæ format non ore, ſed ære, loquelas,
Quas non auditus, ſed capiunt oculi.

Pan-

dit decurſu parvo tibi temporis ars hæc,
ntegra quæ quondam ſecula vix poterant
c, quæ mente Plato ſapuit, quæ Tullius ore
rotulit, & Cæſar geſſit ovante manu.
c, quid agat Celſus medicamine, dogmate Moſes,
Conſilio Baldus, quin quid hic Orbis agat;
ariis potis eſt, linguæ ſine munere, linguis
i cupias, parvo commemorare brevi.
c jam vel ſpreto degens ſub cæſpite noſcas,
Noſcere quæ quondam Regibus haud licuit.
icet hæc ars eſt, mundi quaſi fida columna,
Ne ruat, & fiat non-memor ipſe ſui.
mporis interpres vigil eſt & præco diſertus;
Quod fuit, eſt, & erit, panditur hujus ope.
is pro tantæ conceſſo munere, grates
ſitamur grata promere mente Deo.
Inventoris nomen laudesque colamus,
ſtius donec manſerit artis honos.
is fuerit, quæris? non Græcus, Celta, Latinus,
Fauſtus ab ingenii munere Teuto fuit.

M. Chriſtophorus Schultz,
Scholæ Magd. Collega.

uale Dei donum, patefacta metalli typorum,
Novit, qui novit, qualis in arte vigor.

Mul-

Multa dies calamo quod non expleret, id omne
Curſoris prælo perficit una dies.
Libera vulgatis puriſſima dogmata libris
Mens legit, & *ſacro Flamine* ducta capit.
Præſens vix ætas, vix poſtera ſufficit ætas
Ad decantandum nobilis artis opus.
Cujus ut inventum *de Tentone* venit in uſum;
Sic inſculpta cedris nomina *Tento* meret;
Ingenioſa typos celebri *Gens* macte honore,
Sed magis AVTOREM perpete laude DEVM.

In Omnipotentis Dei laudem & typographiæ honorem epigramma
Wolfgangi Stirii, Sil.

Laudes ſuas adoreamque ſat meret
Quæ ſulphur & ſal Mercuriique ſpiritus
Rei cuivis exprimit ſcientia,
Hac apparatus Perſicos, hac Attali
Triumfat; eruditus artem, laminas
Tagique Pactolique flumen, hac ſenis
Coi perennem adæmulatur gloriam,
Phoebeioque cedit haut Aſclepio.
Laudis manere Navitarum nec minus
Acum; negat negare plebes Protei
Seu dexterum, lævumve, ſive Jupiter
Vtrumque poſtulet volatilis pedem:
Et pulveri manere tormentario
Et excoquendo ſaccharo; & quæ pluria
Mortalium nullo extudit ſagacitas,

Prio-

Prioribus quæ nox profunda ſeculis
Abhinc ab Orbe condito ſecluſerat,
Fatemur omnes univerſi. Me tamen
Et ſola laudes unaque in ſuas rapit
Metallicarum literarum gloria,
Queis, artifex Baumanne, tot volumina
Tot ſcita & erudita, quæ mortalium
Nunc exſtupeſcit ſeculum, volumina
Tuque & tui ſimillimi reducitis
Obliviosæ pene per Proſerpinæ
Vias ad alta templa cœli priſtini.
Et pace Momi dixerim, multum viris
Debemus eruditioris ſeculi:
Plus eſt tamen, metallicis quod literis.
Multum profecto Sophroniſci pignori
Debemus, at plus, quem ſenex doctiſſimus
Tum fabricavit: namque dia dogmata,
Ni ſtirps Ariſtonis notaſſet, lividus
Oblivionis obruiſſet jam latex.
Velutque non lacæna ſola adulterum
Mirata, primus tela nec Cydonio
Direxit arcu Teucer, aut Neptuniam
Agamemno primus maceravit Ilion;
Sed deſtituti vate ſacro, plurimi
Tenebricoſam dormiunt caliginem,
Qui digna cedro perpetrare facinora:
Sic nec Platon æternus, aut Colophonius
Vates, Stagiræusve Doctor, aut cycnus
Dircæus, & quos fama porro candidis
Vehit quadrigis primum opus novenili
Sorore cælatum dedere. Plurimi

Non

Non uſitatò remigarunt alite
Per inclutum rumoris omnis æthera,
Quos ſeculorùm nùnc fuga pedibus trahit.
Cauſſam requiris? hi licet Rhamnuſii,
Vel Roſcii, vel quod Catones, æreis
Perenniora literis volumina
Exegerint, at deſtituti aheneis,
Hinc debuere tempori ludibrium.

Johannes Gebhardus,
Habelswerda Sileſius.

MANTISSA
Philomuſi Sileſii,
Divæ Typographiæ, Patronæ literarum
& ſuæ, Natalem ſecularem II. celebranti,
Devoti gratulatum,
Florem illum illibatum & perpetuitatem
apprecatum
ſero quidem, ſerio tamen
ad ritualem Secularis feſtivitatis aram accedentis.

AD DIVAM TYPOGRAPHIAM
Carmen Sæculare
CHRISTOPHORI COLERI.

Diva ſupremi Soboles Tonantis,
Cælitus porrecta manus lyceis,
Priſca ſervandi monumenta & orbis
Muſtea noſtri:
Aureum inventum ſequioris ævi,
Artis humanæ genus invidendum,

Ala Muſarum, monitrix Minervæ,
Vitaque Phœbi.
En revertuntur tibi ſeculares
Feriæ; cantemus, io, poetæ,
Queis luto finxit meliore largus
Pectora Titán.
De tuis cunis, Patre, deque matre
Belga Germano, ſed utrique fratri
Certat arcani retinens reperti
Incola Sinæ.
Jactet Harlemum Batavus ſatricem,
Et Patrem fortaſſis ab Æde dictum:
Jure Maguntum meliore laudet
Teuto parentem.
Jactet & diſcors Alemannus ipſe
Nominis Fauſtum ſatis ominoſi,
Vel Gutenbergum, potiore famæ
Ore probatum:
Summa ſed laudis, tribuant quod omne
Hoc opus nobis Beroaldus atque
Scaliger, Dictator Apollinaris
Aliger ille.
Litigent pauci, quibus eſt libido,
Teſtium fultus numero exterorum
Filiam, cunas, ſobolisque Patrem
Teuto probabit.
Quod vetuſtatis revocas ab umbris
Virbios libros genio typorum,
Te Deam vitæ facimus, polique in
Arce locamus.
Tempus hoc promit tibi Martiale
Copiæ cornu, ſeriem notandam Pe-

Poſteris rerum, bene turpiterve
Scena ſit acta.
Prode bellorum mala poſt-futuris,
Claſſici auctores, vitia atque mores;
Alea plenum licet hoc opus ſit
Auribus ævi.
Hoc tuum munus celebrabit olim
Partium nullo ſtudio laborans,
Et ſuum cuicunque decus rependens
Serior ætas.
Grex vovet terna vice ſecularis
Vir, ſenex, matrona, puer, puella:
Nata Germanis vigeas iisdem
Diva Perenna.

Ejusdem Epigramma.

Altera tranſacta eſt horno revolutio ſecli,
Quo tu *Diva typi* naſceris orta polo.
Quod natale ſolum tibi? quæ cunabula? quo ſis
Patre ſatus? lis ſub judice fervet anus.
Belga dat Harlemum; Maguntum Alemannia matrem:
Barbarus adſcribit, Sina remota, tibi.
Aſſerit Ædituum patrem Scriverius acer,
Sed Guttenbergum multiplicata fides.
Eſt, qui DONATI præcuſa elementa Batavis
Magunti Fauſto patre recuſa probat.
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chius, Argus, Athenæ,
De te vix adeo, Cæce Poeta, ſurunt. Nos

Non ita natales aut ſtirpem fabula vatum
Affinxit ſuperis ſemideisque Viris.
Aſt, o Mnemoſynes obſtetrix, vita vetuſti
Temporis, ingeniis Ilythyia juvans;
Cum poſitos revocas ſeclorum è pulvere libros,
Atque recens-natos lucis honore beas,
Te DIVAM feſti proclamat cautio ſecli,
Et, qui te fato progenuere, Deos.

A. C. cIↄ Iↄ CXL.
Feſto Sæculari II.

Viſum eſt faciundum, ut Auctarii vicem præcedentis poëmatis verſiculi
ex confeſſo boni, a *Georgio Tileno*, Aurimontano,
tum temporis juvene humanitatis Studioſo,
deinceps etiam utriusque Juris Doctore,
& Principali Munſterbergenſi Conſiliario,
& Ampliſſimo Georgio Carolide à Carlsperga
Rei Typographicæ commendandæ
olim inſcripti annecterentur.
Eos hîc habe ſis, Lector Æquanime.

Hæ teretes formæ, cælataque ſigna typorum
In lignove, aut liventis fundamine plumbi,
Quam varia & facie, & numero, tam munere & uſu

De-

Dædaleis operis edunt in luminis oras,
Quicquid apud Grajos uberrima ſecla Sophorum,
Quicquid apud Latios foliis ſcripſere diſertis:
Sive velis res divinas, ſive aurea Legum
Scita, poteſtateſve herbarum, artemque medendi,
Aut dulces vatum cantus: labor iſte ſtupendus
Omnes ingenii in fœtus, & publica ſcripta
Imperium exercet, Muſiſque ingentia confert
Commoda. Proinde illæ loca ſæpe induſtria viſunt,
Miranturque operas, & amicis vocibus urgent
Sudantes, foliiſque nitentia texta parantes.
Hic ſedet, atque notas famulas, quarum indiget uſus,
Cella quamque ſua vocat, & diſcrimine longo
Digerit in verſus: abiegnas obvius ille
Supponit tabulas: Alii de more per artem
Compoſitas acies includunt veſtibus æreis,
Ne qua auſit præceps excurrere, neve vacillet
Anceps, importuna loco ſtridentia pandunt
Præla alii, & furvo perducunt rore tenaces
Litterulas. Sunt, humentem queîs cura papyrum
Sternere, & adverſis habilem protendere ſignis,
Ne quis apex obſit. Tum ferrea clauditur alvus
Itque reditque viam ſub prælo at concipit intus

Charta nitens ſimulacra modis nigrantia miris.
Jamque palam exertat ſpatiis æqualibus ora,
Oſtentans ſpecimen; ſubit acris cenſor, & omnes
Explorat latebraſque ſitusque, & ſqualida ſi qua eſt,
Si qua minus lucet nota, vel latet obſita nube,
E medio movet,& turbam execratur inertem;
Succedunt aliæ in numerum, & data munia præſtant.
Emeritis maculas ferventi flumine tollunt,
Mutuaque in teneris indulgent ocia nidis.
Tum demum membris perfectum & fronte ſerena
Exit opus, perque ora virum volat impete læto;
Blanditiis Muſæ excipiunt, anus ipſa virenti
Fama ſinu fovet, & ſeros defendit in annos
Ornans vivaci genio, ac Parnaſſide lauru.
Salve, magna parens librorum, ars Dædala ſalve,
A noſtris monſtrata viris, primumque reperta,
Orſu humili, ſed dein annis labentibus aucta,
Invidia flagrante Italo; tu ſola liquentes
Pieridum ſcatebras recludis, & Aönas hortos
Labraq; doctorum ſitientia nectare mulces.
Jugis amor tibi cum Muſis, æternaq; conſtant
Fœdera; te Phœbus colit, & tu mutua Phœbum
Inq; vicem ſtudiis & amore flagratis honeſto.

Epi-

Epigramma *Georgii Carolidæ* à Carlſperga &c. ad Eliſabetham Johannam Weſtoniam, Anglam nobilem Poetriam.

MIra typIs LIbros ars qVæ CeLerI eXCItat aCtV,
GVttenbergerI genIo eſt InVenta IohannIs.

Divinum cœlo demiſſum munus ab alto,
Quo melius nil prima tulit, licet aurea multis
Nominibus, poſtrema nihil ſimile adferet ætas.
Illi debemus noſtra otia, libera curis
Otia ſollicitis; num quæ nos tempora Muſis
(Seu meditando aliquid, ſeu ſcripta aliena legendo)
Non ingrata damus, perdebant illa Priores
Longa exſcribendis ducentes tædia chartis.
Illi debemus millena volumina legis
Æternæ, variata nobis, ſed conſona verbo.
Illi debemus veterum donata Sophorum
Scripta nova luce, & noſtris magis uſibus apta.
Illi debemus, quod nunc parvo ære parantur,
Magna quibus priſci impendere æraria Reges,
Et quod nobilibusque ignobilibusque leguntur,
Secreta antiquæ Sophiæ diſcrimine nullo,
Denique quod nitidis oculos diſtincta figuris
Scripta minus lædant, quod ſint ſecura ruinæ.

Squallentisque ſitus, ut quæ revocentur in auras,
Quovis terſa manu doctorum excultius anno;
Quodque tot innumeris habeamus ſcrinia libris
Plena, Typographiæ hoc debemus muneris uni.
Quis talem ergo vehat condignis laudibus artem,
Quæ laus tota ſua eſt? lege libros, otia laudas
Parta typographia. Libros eme, tædia damnas
Scribendi, atque brevis producis tempora vitæ.

Elogio Typographiæ,
quod verſibus germanicis expreſſit
ANDR. TSCHERNINGIUS,
præfixa eſt hæc epiſtola latina.

VIRO
ſummæ eruditionis ac virtutis
AUGUSTO BUCHNERO,
Poëtices & Eloquentiæ in Academia Wittebergenſi Profeſſori Publico,
Salutem & obſervantiam.

Cœpimus uterque conſternari, Tu amico optimo, ego Cenſore ſimul & Patrono incomparabili carere, poſtquam Apollo Germanorum Poëtarum OPITIUS divinum illum

ſum animum cœlo ſuo reſtituit, mortalitate exutus non vita. Superſtes enim eſt eritque in animis hominum fama rerum; atque etiam latius, poſtquam deſiit. Admirationem omnium habebit, poſtquam mereri amplius non poteſt. Intervallo duntaxat temporisque ſpiramento opus eſt, ut ſecula viri apotheoſin celebrent, ſi qua ſequuntur. Semper enim hanc gratiam Viris magnis rependit poſteritas, ut quos vivos ac videntes impotentia livoris non admittit, breve poſt ſpacium cœlo collocentur defuncti. Scilicet hominem conſequitur aliquando, nunquam comitatur divinitas.

Beatus eo nomine fatalem ſuam metam adivit noſter, hoc uno infelix, quod DACIA ANTIQUA filia illibata immaturum elegantiſſimi Parentis ſequatur fatum. Illacrumabunt omnes, flebunt OPITIUM etiam ignoti, ſi rationem poſteritatis habent & Bonæ mentis. His enim ſemper acerba mors eſt eorum, qui immortali aliquo eodemque pulcerrimo facinore conſcientiam generis humani ſibi devinxerunt. Qui autem fata ſibi ita diſponunt, ut voluptatibus dediti quaſi in diem vivant, vivendi cauſas cottidie finiunt ipſi, & quod ultimum eſt malorum, nullo deſiderio aut luctu bonorum ex viventium numero exeunt, antequam moriantur. Mihi ſane (ut ſunt molles ad dura mortalium animi) litteræ amicorum lapides lo-

quebantur, non roſas, quotquot Virum fato conceſſiſſe luctuoſo ſane nuntio memorarent. Cauſſam dicere facile eſſet, magnitudinem luctus, difficile. Video me deſtitutum eo, qui UNUS mihi OMNIUM INSTAR erat. Neque ullo merito meo, quod inprimis animi angit, ſuccenturiandum alium video. Si OPITIO ſimilem quærimus, nunquam reperimus, quod libero ore atque integro animo teſtaris ipſe. Si proximum, tu ſolus es, mi BUCHNERE, aut nemo. Dotes tuas includere anguſtiæ huic verborum non audeo, gnarus, quæ ſermone exprimi non poſſunt, iis venerationem rectius deberi & ſilentium. Perſuaſum autem omnino habeo, ne OPITIUM quidem ipſum præter te, alii cuipiam hunc hominem commendaturum fuiſſe, ſi tam præcoce fato ſemet expectationi noſtræ ereptum iri ſperaſſet. Quodſi aliqua rerum humanarum cura hinc ſublatos adhuc tangit, adeſt, ſcio, jam votis meis, & nutu ſequitur euntem ad te, quem prius ſuſpexerim magis an amaverim, non diſtinxero. Adſpiravi quidem non ſemel, (caput hoc juro!) cultum, quem magnitudini virtutum tuarum debemus omnes, in iſto velut Veſtali ſecreto clauſum promere. Sed neſcio quæ fati ſiniſteritas votum annitentis ſemper hactenus interverterit, occaſione ſubtracta, quam principio ſubruſticus quidam pudor ita corupit, utimi-

mido conſilia in incerto eſſent. Etiam aditum fruſtra quæſiiſſem, niſi feciſſes ipſe per verba illa vere tua; hoc eſt, humanitatis plena, quæ olim ad Cl. MORSIUM noſtrum ſcripta memineris: *Habet*, inquis, *hoc proprium ſibi plerumque egregia virtus & eruditio, ut a ſupercilio & faſtu procul abſit, nihilque aliud ſeſe magis dignum exiſtimet, quam humanitatem coluiſſe*: Inhumanus igitur eſſe non potes, qui tam doctus; nec me faſtidire, qui verbis his fretus audacter ad te venio, Vir magne. Non is quidem, qui in lucem editis magnorum Virorum ſcriptis ullam MORSII laudem adæquem; ſed qui admirer, & colam Viros illuſtres, hoc eſt, tui ſimiles. Talem enim te fama conſentiens jamdudum ex alto oſtendit omnibus, cœleſtiſſima ingenii pignora confirmant, ſequentis ævi memoria venerabitur.

Manum præbuit nobile illud inventum, pro quo Chriſtianus orbis plus debet Germanis, quam cuiquam fortiſſimorum belli ducum ob propagatos patriæ fines; inventum, quod unum cum omnibus omnium ætatum pedem poſſit conferre. TYPOGRAPHIAM innuo, cujus beneficio & tu in omnium ore verſaris, & ego viam pergo, quam feciſti; hoc ipſo mihi gratior. Non leve argumentum, ut vides; levius tamen tractatum, quam aut rei majeſtas exigit, aut conſummata eruditio tua expectat. At enimvero latere te non poteſt,

poteſt, Magnatum menſis etiam fugaces & horarios fructus apponi ſolere. Boni igitur & tu conſules, V. CL. hoc utinam virtutum tuarum tam perenne, quam ſincerum affectus cultusque mei monumentum, cujus idem erit, qui & Spiritus finis. Tanti enim te fieri à me credas, ut nihil æque in votis habeam, ac ut cujus oris figuram, corporisque ſimulacrum aſſidue in Muſeo noſtro ad æmulandum oculis intueor, & ipſum illud eruditum candidumque tuum pectus ſvaviſſimis amplexibus aliquando circumligare liceat.

Hoc precor, hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis?

Interea vale, Stator literarum, & favore tuo Muſas noſtras dignare. Ita quantum in OPITIO amiſiſſe me doleo quam maxime, tantum in te recuperaſſe certa animi fiducia gaudebo non minus. Vratislaviæ a. d. X. Kal. Decemb. An. cIↃ IↃ CXL.

Cl. Tui Nominis

cultor devotiſſimus,

Andreas Tſcherningius.

Actus

Actus Secularis I. Exotericus in laudem

TYPOGRAPHIÆ,

ante hos ducentos annos inventæ, & è teſtimoniorum loco Germanis vindicatæ, in Schola Vratislavienſi Magdalenæa inſtitutus, ad D. XXV. Octobr. horas ab 8. antemeridianas indictus.

typis chalcographicis GE. BAUMANNI.

Dicere fert animus productas alite formas
Teutonis ingenio; formas, quibus utitur orbis,
Quando facit, linguam citra, formare loquelas;
Absque ſono, plenam divino numine mentem
Promere poſt-genitis Veteres, Veterumque nepotes
Pone ſecuturis ſua tradere ſecula ſeclis.
Huc rapit exacto rota temporis annua lapſu,
Dante Deo, metas qui rerum & tempora ponit.
Tempus adeſt, quod vix vidit rediiſſe, videbit
Vix hominum quisquam, qui ſeſe attollit in auras.
Tempus adeſt, quod nunc revehit divortia ſecli
Altera, quo Rheni viſit redivivus ad oram
Archytas, qui fecit aves ex ære canentes;
Fauſtior artificum ſuboles, quæ tradidit artem
Pri-

Prima, refingendi non multo tempore, quoquot
Viderunt olim ſcribi vix ſecula, libros.
Felix (quis negitet?) partus. Ne neſciat ætas
Poſtera, tam divi prima incunabula foetus.
Nemo, quod ante fuit ſe factum, ſcire recuſat,
Ni puer eſſe velit ſemper, dum ſuppetit eſſe.
Quis memoret digne divini clara favoris
Symbola? cui merito ſapientia coelica cantu
Extolli poterit? ſapientia, cujus in orbe
Ars hæc quadrifido veſtigia plurima ſignat?
Nullus erit: quamvis *Demoſthenis* atque *Periclis*
Lingua ſit, *Iſæo* quamvis torrentior extet;
Lingua minor, minor omnis erit facundia facto.
Sed tamen haud fas eſt velo tegat illa ſilenti,
Lecta juventa Deo: tegat atq; ſit aure jacenti,
Cum clamant alii: nunc huc advertite mentes.
Queis volupe Aonia vitam tolerare ſub umbra.
Nunc animos illos, illas nunc promite vires,
Sæpe quibus, cum res non tanti mominis, uſi
Eſtis & æterno date jubila grata Jehovæ,
Qui noſtro dedit ante ſolo nova munera, queis non
Utiliora homini quondam dedit ulla vetuſtas.
Indignus dandis, data qui nec penſitat aſſis.
Adde, quod ingenuæ ſubdat calcaria menti
Ad virtutis iter Majorum maſcula virtus,
Queis licet, illuſtrata modis. Socordia probro

Ce-

Cedit, & abjectos noſtro quoque Numine Naccas
Eſſe facit plures numero. *Pigra intulit aſtris*
Poſteritas nunquam ſeſe: quin perdidit, olim
Quod Patrum virtute decus, quod & arte paratum
Laudis erat; niſi parque decus laudesque tueri
Inſtituit, famamque ſuis extendere factis.

His monitam motamque modis ſpectate juventam,
O Patria Proceres! o Vos! quibus unica vitæ,
Normaque factorum laus eſt & gloria Jovæ,
Et magnum, Commune bonum: Spectate Juventam,
Quæ veſtri toties animata favoris ab æſtu
Nunc iterum ſurget. Sed dum protollere laudes
Gentis Teutonicæ, noſtræ præconia gentis,
Et nunquam mortale decus; quod jure tuetur,
Fert quod ab inventa primum, quam diximus, arte
Surget, & è cathedra, quantum fert paucior uſus
Ætatis teneræ, & quæ parvis parva, facultas
Incipiet fari tanto de munere Jovæ,
Quam dabitur ſpectare, æquis audite Juventam,
Fautores, animis. Si veſtri læta favoris

Ap-

Et decretum animo, ne committatur agendo,
Quod minime deceat tanti Solemnia feſti.
Nam caput eſt, deceat, *quicquid ſumatur agendum.*
Huc ergo labor omnis eat, quo ſumma Jehovæ
Gloria, quam volucer delapſus ab æthere Præco
Jam dudum intonuit; quam ſævi Martis ab iris
Integra, Chriſtiadum ſonuerunt templa per Orbem
Hactenus, & noſtri reſonent convexa Lycei.
Huc ſpectet ſtudium, quo ſpectent pectora Pubis,
Quo ſpectent oculis fidei, quem maximus Auctor
Humani generis cœlo demiſit ab alto,
Delicias hominum; quem Majeſtate coævum
Præbuit in parvæ ſpectandum ſtramine cunæ.
Quem grege relicto ſpectatum paſtor abibat,
Bethlemiæ paſtor pecudis, Spectator IESV.
Ille etenim id a) ſanctum eſt, quo non eſt ſanctius ullum,
Ullius egreſſum fœta Genetricis ab alvo,
Sancta quod hæc reddit ſancto ſibi tempora cultu.
Ille b) Patris radians Sapientia, ſubdita nul-(lis,
Quot jam defluxere, fluent quot ſecula, ſeclis;
Qua ſine non culta eſt, non ars inventa, Magiſtra eſt.

Ille

a) Luc. I. 25. b) Sapient. VII. 21.

Ille c) libri primi princeps exſcriptor, ut olim
Et Legis ſacra jura datæ, cum conderet Orbem
Cordibus humanis impreſſit; & anxia lapſu,
d) Lapſu luctifico nimium, cunctisque luendo,
e) Sanctificante Dei digito, ſignavit Adami
Pectora, f) conſilium Triados complexa verendæ,
Dogmata, juſtifici lætiſſima dogmata verbi.
Cumque per has mundi, mundi moderator & altor
Carne ſub humana veſtigia poneret oras,
Non puduit g) ſanctos dextræ, quæ cuncta gubernat,
Articulos, tractare libros; evolvere quicquid
Inſcriptum foliis, priſco pro more, dabatur:
Non puduit h) ſcripſiſſe notis digitalibus, intra
Quod cordis latebras tunc ſecum volvere viſus
Scrutator cordis, cum tentatrice petebat
Lingua damnari, damnabilis ipſe, maritam
Doctor Idumæi populi, & Phariſæa propago.
Idem, feſtivas cui nunc pia deſtinat horas
Concio, prognatus pura de Virgine gentis
Servator miſeræ, i) largitur ut omnia terris,

c) Rom. II. 15. d) 2 Cor. III. 3. e) Luc. XI. 20. f) Hebr. VIII. 10. g) Luc. IV. 17. h) Joh. VIII. 6. & 8. i) Proverb. XVI. 9.

Per quæ ſtant urbes, & in urbe, quod omnibus urbem
Servat temporibus; ſucceſſa Regentibus, hisque
Subjectæ ſucceſſa domo, ſucceſſa palæſtris,
In quibus educi ſpes maſcula cernitur ævi:
Sic nec ab hoc gemino quod dicere pergimus orſu,
Secludi poterit, ſine crimine, nomine doni.
Et quo, quæſo, modo, qui culmine miſſus Olympi,
Hoc anni canitur flexu, quo colligat agmen
Nos inter; cujus ductor; caput, arbiter exſtet.
Non ſit in hoc animo, cui ſecum pendere cura eſt;
k) Queis mediisque modisque ſuum ſibi colligat agmen?
Quam mire lecti diſponat in agminis uſum,
Ars artem ut ſuperet? quam nos reverenter habere
Omne velit; quicquid conceſſit, ut ejus honori
Cedat, qui dator eſt, non depravetur abuſu?
Denique, quem ſacras iterum veneratur ad aras
Infantem mens læta Deo, nonne ille Jehova eſt,
Qui l) neque principio, neque fini obnoxius ulli,
Transacti finem ſolus felicitat anni,

Prin-

k) Coloſſ. I. 18. l) Apocal. I. 8.

Principium reducis ſolus felicitat anni.
Nonne m) parens ævi, cujus ceu terminat annos
Nomine, ſic melior mundi pars inchoat annos?
Sic eſt; nec feſto quicquam decedet honoris
Actus materie noſtri: quin Numinis alti
DIVI HOMINISque, cui præſentia feſta dicavit
Priſcorum pietas, in laudes omnia tendent.
n) *Numinis in laudes ut tendant omnia, fas eſt.*
Vos igitur, PATRES PATRIÆ, patriæque juvantes
Commoda conſiliis, precibus, ſtudiisque frequentem
Queis datis ingenii curam; Vos quotquot in urbe
His nuper-cœptis facilesque bonique fuiſtis:
(Stant enim apud memores veſtri monimenta favoris:)
Vos, rogo, ſi multi permittunt penſa negoti,
Accipere hæc etiam placidi cupiatis, & æqui
Magdalis hoc anno ſupremum audire laborem.
Nos ad ſupremum non tantum labilis anni,
Sed vitæ finem, nullum faciemus honoris,
Obſequii nullum ſtudiique, quod exprimat æquum
Iſtius æſtimium facti, memoremque favoris

m) Eſ. IX. 6. n) Rom. XVI. 27.

Mentem lætifici, meritiſſima debita; nullam
Pone ſecuturo faciemus tempore finem.
Interea Vobis (quando huc cum carmine voti
Summa redit; facti calido ſub pectore voti)
Quos finire dabit, finitos fauſtiter annos
Arbiter annorum maximus eſſe velit!

A. Er. Chriſti cIↄ Iↄ C XL. jam jam
exſpiraturus, quo Vratislav. iſta P. P.

Valentinus Kleinwechterus.

Sequebantur & heic argumenta Orationum de Typographia habendarum, cum peroraturorum nominibus.

Ex a) Jubilæo Typographorum Lipſienſium.

I. Brevis hiſtorica oratio de arte typographica nobiliſſima, clariſſima, utiliſſimaque, habita

à

M. SEBAST. GOTTFR. STARCKIO,
Mittweidenſi Miſnico,
S. S. Theol. Baccalaureo & Scholæ Nicol. Lipſ. Correctore,
E germanica lingua in latinam translata à Juvene ornatiſſimo, LUDOVICO KLEFEKERO,
Gymnaſii Hamb. cive digniſſimo.

Magna ſunt Dei opera, expoſita omnibus quibuscunque placent. Hæc, Auditores

a) Libri hujus inſcriptio integra eſt: *Jubilæum Typogra-*

-ares ſpectatiſſimi, regis & prophetæ Davidis verba, quæ ex Pſ. CXI. 2. in concentu muſico modulate ſuaviterque modo decantata ſunt, jure repeto, & ab illis hanc meam orationem or-

pographorum Lipſienſium, oder Zweyhundert-Jähriges Buchdrucker Jubel-Feſt, wie ſolches deroſelben Kunſt-Verwandte zu Leipzig, am Tage Johannis des Täuffers, Anno Chriſti 1640, *und alſo gleich* 200 *Jahr nach Erfindung dieſer edlen Kunſt mit chriſtlichen Ceremonien celebriret und begangen: mit beygefügten unterſchiedenen Commendationibus, Gratulationibus und Ehren Schriften, ſo von Hoch und Wolgradirten, dieſer löblichen Kunſt gewogenen, hoch und geneigten Herren, Patronen und Beförderern zu Ehren und freundlichen Gefallen eingeſchicket worden. Gott dem allein weiſen Geber und Erhalter alles Guten, zu Lob, Ehr, Preis und Danck; Teutſcher Nation, als deren Erfinderin, zu unſterblichen Ruhm, der lieben Poſteritet aber zu Chriſt-eyferiger Nachfolge, und ſonſten zu männigliches Wiſſenſchafft, wann, wo, wie und durch wen ſolche erfunden, und was für hoher und wichtiger Nutz der Kirche Gottes und allen gläubigen Chriſten in allen Ständen daraus entſproſſen: in öffentlichen Druck gegeben, und bey den geſampten Buchdruckern daſelbſten zu finden. Im Jahr Chriſti MDCXL. in* 4. *pl.* 17½. In illo exſtant 1) Dedications-Schrift an *Johan Georgen*, Chur Fürſten zu Sachſen, 2) Kurtzer Hiſtoriſcher Bericht, wie und mit

ordior. Nemo enim veſtrûm cauſam, cur hæc panegyris habeatur, ignorat, ob præſtantiſſimam ſcilicet, nec ſatis unquam deprædicandam artem typographicam duobus abhinc ſæculis inventam, tantum certe Summi Numinis beneficium, quantum vix aliud nobis à Deo, ultima hac mundi ſeneſcentis ætate, tributum meminimus. Ars quidem tor-

was für Ceremonien die Buchdrucker zu Leipzig, am Tage Johannis des Täuffers, Anno Chriſti 1640 ihr zweyhundert jähriges Jubel-Feſt von Erfindung ſolcher edlen Kunſt celebriret und begangen. 3) Kurtze Hiſtoriſche Rede von der edlen, weltberühmten, hochnützlichen Buch-Trucker-Kunſt, uff Begehren gehalten von M. *Sebaſtiano Gottfried Starcken*. 4) Was in etlichen Predigten am Tage Johannis des Teuffers Anno 1640 von Erfindung der Buchdruckerey und dero Nutzbarkeit iſt gedacht worden, nemlich von *Joh. Höpnern*, S. Th. D. Pfarrern zu S. Nicolai und Superintendenten, von *Chriſtophoro Bulæo*, General-Superintendenten und Pfarrern zu Wurtzen, von *Luca Pollione*, Veſper-Predigern zu S. Niclas in Leipzig. 5) Carmina latina variorum, (vid. ſupra pag. 936. ſqq.) 6) *Andr. Rivini* al. Bachmans Irrungs-Entſcheidungen bey der E. Buchdruckerey. 7) Sonderbare Teutſche Jubel-Gedichte etzlicher vornehmer Teutſchen über die Buch-Druckerey. 8) Lob der edlen und nützlichen Druckerey Kunſt, aufgeſetzt durch *Chriſtian Gueintz*. 9) Beſchlus.

tormentaria A. C. 1378, à monacho quodam Germano, *Conſtantino Anklitzio*, aut ex aliorum ſententia à *Bartholdo Schwartzio* b) inventa, inter miranda jure refertur, ſed cum artis typographicæ præſtantia ne comparanda quidem videtur. Nam inter omnes conſtat, illam nobis eſſe perniciofiſſimam; hanc utiliſſimam: illâ vaſtari omnia ac deſtrui; hac vero conſervari & amplificari. Illa ſane terrorem incutit omnibus; hac nemo non delectatur. Summa enim voluptate afficitur is, qui ex conſideratione contemplationeque annuli ſignatorii & ex gemmarum ſigillis, quod ſtatuit c) *Jul. Caſ. Scaliger*, inventam hanc artem audit; qui porro tantam in illa ubique elegantiam deprehendit, ut neſciat, utrum potius ornatum an celeritatem admiretur; qui denique ſummam utilitatem conſiderat, quæ in rem chriſtianam ex illa redundavit, & hodienum redundat. Hæc in cauſa fuerunt, cur optimi noſtri typographi aliis ſolennibus ritibus in hoc feſto jubilæo ſecundo ſeculari obſervandis, hunc accedere voluerint, ut brevis quædam oratio de præſtantiſſimæ artis hujus inventione haberetur, ad quam recitandam me omnes invitarunt:

b) vid. Nova reperta *Guidonis Pancirolli* tit. XVIII. & ad eum notas H. *Salmuth* p. 685.

c) Exercit. CCCVII. de Subtilit. ad *Cardanum* §. 5. pag. 929.

Quanquam autem negare non poſſum, me ab alio, harum rerum peritiore, diſertiore & exercitatiore Viro hanc ſpartam ſuſceptam malle; nolui tamen deſiderio omnium, uno id ore à me efflagitantium, deeſſe, ſed, quantum potero, illis ſatisfacere adnitar. Primum quidem ſumma cum voluptate in hoc concurſu hominum loquor, qui Deum O. M. artis hujus unicum & ſummum datorem ac autorem, his Jubilæi ſolennibus laudari & celebrari cupiunt; nec minorem capio lætitiam ex veſtra frequentia atque hoc ornatiſſimo loco; magnæ porro auribus meis oblectationi ſunt delicatiſſimi concentus muſici, modo animum meum permulcentes; vos denique attento animo & compreſſa voce me jam audire, immortaliter gaudeo. Nil itaque magis in optatis habeo, quam ut deſideriis veſtris ex parte ſatisfaciat oratio mea, quæ breviter ex voluntate veſtra *de nobiliſſima pariter ac utiliſſima arte typographica, ejus inventore, inventionis tempore ac loco* pro ingenii modulo aget, cui ut audientiam veſtram ulterius præſtetis, &, ſi qua forte irrepſerint vitia, dicenti ignoſcatis, eſt, quod omnibus precibus à vobis contendo.

Artem typographicam maxime laudabilem, ſi a Deo O. M. patre luminis, *d)* a quo omne bonum donum deſcendit, *diſceſ*-ſeris,

d) Jacob. I. 17.

feris, almæ matri Germaniæ, patriæ noſtræ ſuaviſſimæ, jure tribuimus, nec ulla gens alia extra Germaniam hujus inventionis gloriam ſibi unquam vindicare poterit.

Non defuerunt quidem apud exteros invidi homines, qui, inventi hujus laudem Germanis prærepturi, Indis & Barbaris tribuunt, immo e) *Paulus Jovius*, Hiſtoricus, ſatis audacter aſſeruit, ſe a rei navalis probe peritis, iisdemque navigationum ad Indos & Chinenſes inventoribus & propagatoribus accepiſſe, artem typographicam jam dudum ante noſtra tempora Chinenſibus notam atque exploratam fuiſſe. Hunc ſecuti ſunt alii, qui tradunt, f) libros reperiri, jam ante quingentos ſexcentosve annos in regno Chinæ typis expreſſos, g) artisque hujus ab omnium memoria longe remotam originem h) in ipſis regni hujus primordiis quærendam, cujus auctor poſtea ab incolis pro Deo ſit habitus.

Quanquam vero hæc non omnino veritati conveniant, dum partim inter ipſos auctores eſt diſſenſus, partim alio modo ſuam ipſi fidem infirmant; id quod, ſatis oſtenſum ab

e) lib. XIV. Hiſtor. fol. 284.
f) *Holländiſche Schiffarthen.*
g) *Garzias ab Horto* lib. II. Aromat. apud Indos naſcent. cap. 38.
h) *Johannes Conſalvus Mendoza.*

ab i) aliis, noſtra refutatione nec indiget, nec operæ pretium eſt; ſingulari tamen quodam libros imprimendi modo Chinenſes adhuc uti, nec haud ita procul à recta inventionis ratione abeſſe lubentes concedimus. Prorſus autem negamus, parem illis commoditatem excudendi ſcripta ſua nobiscum contigiſſe, quia non certis quibusdam literis utuntur, ſed innumeris characteribus, aut, ſi mavis, plus quinque millibus notis & figuris, quarum unaquæque integram dictionem indicat, ut vel iis quibus tenaciſſima memoria eſt, omnibus notis pernoſcendis immenſum tempus impendendum ſit, quo quidem nomine ſumma eruditorum apud eos eſt auctoritas. k) Præterea Chinenſium modus libros typis exprimendi mirum quantum differt à noſtratium Typographorum more, quum illi nullum verbum componant, ſed notas ſuas à ſummo deorſum ſecundum receptam iisdem ſcribendi rationem exprimant. Taceo alia argumenta, l) quæ ſententiam noſtram corroborare poſſent, quia ex his ſatis ſuperque apparet, typographiam Chinenſium cum noſtra nullo fere modo congruere, nec artis hujus inventionem iſti regno, ſed Germaniæ potius noſtræ, tribuen-

i) *Henr. Salmuthus* not. ad *Panciroll.* pag. 595.
k) *Holländiſche Schiffahrten.*
l) vid. *Tho. Lanſium* Orat. pro Germania.

endam eſſe. Hanc vero quum in duas partes dividere ſoleant Geographi, quorum alteram Germaniam ſuperiorem, alteram inferiorem, vocant, nova denuo inter has regiones diſcordia oritur, utraque ſibi inventionis laudem vindicante. In Germania quidem inferiore urbs Harlemum hanc laudem ſibi arrogat, & hodienum in ædibus Köſterianis, ad forum ſitis, hæc inſcriptio inauratis literis legitur:

Memoria ſacrum:

TYPOGRAPHIA, ARS ARTIUM CONSERVATRIX,
HIC PRIMUM INVENTA CIRCA AN. cIↃ CCCCXL.

m) *Hadrianus* quidem *Junius*, hujus urbis quondam Phyſicus, ei præ cæteris typographiæ inventæ laudem vindicaturus, contendit, *Laurentium Joannem*, cognomine *Küſterum*, ſeu *Cuſtodem*, in hac urbe ad forum habitantem, ejusque generum, *Thomam Petrum*, hujus artis, ut & atramenti typographici, inventores fuiſſe, qui initio quidem typis tantum ligneis, poſtea vero ſtanneis, denique plumbeis uſi ſint, &, nova ipſorum merce facile emtores reperiente, multos famulos jurejurando ad ſilentium obſtrictos aluerint. Fuiſſe porro narrat in illis quendam, (cujus nomen gentilitium neque à *Junio*, neque ab alio

m) Hiſtor. Bataviæ cap. 17.

alio quopiam Scriptore memoratur, quamvis ex *Joannis* prænomine conjici poſſit, intelligendum eſſe *Joannem Fauſtum*.) qui una cum alio fure pariter incerto in ipſa nocte, quæ natalitiis Chriſti ſolennis eſt, omnibus typis & inſtrumentis typograpicis ſecum ablatis, clam auſugerit. Hos primum Amſtelodamum, tum Coloniam, poſtea vero Moguntiam profectos ibi officinam typographicam ſecum ablatam exercuiſſe, & intra anni ſpatium anno 1442 iisdem literis expreſſum in lucem edidiſſe *Alexandri Galli* Doctrinale, ſ. grammaticam cum tractatibus *Petri Hiſpani*. Hactenus *Junius*. Quæ quidem relatio, quamvis veritatis aliquam ſpeciem præ ſe ferat, infirmis tamen nititur argumentis, quia fama partim & auditione *Nicolai Galii* & *Quirini Taleſii*, partim teſtimonio octogenarii cujusdam bibliopegi, *Cornelii*, tantum probatur, qui ſeſe ſubminiſtrum tunc temporis in officina Coſteriana fuiſſe dictitavit, neque tamen furis illius, cum quo per aliquot menſes communi cubili uſus erat, nomen indicare potuerit. Hæc itaque vix credenda rei tam arduæ probandæ non ſufficiunt, ut taceam alia multa, quæ cum hoc teſtimonio conciliari nullo modo poſſunt, quæque a *Dan. Cramero*, Antiſtite Stetinenſi, in concione ſacra, quæ inſcribitur: n) *Hiobs bleyernes Schreibtäfelein*,

n) Hic eſt titulus concionis funebris, quam *Dan.*

ſtein, uberius proponuntur, ad quam benevolus Lector, ut temporis brevitati ſtudeam, eſt ablegandus.

Firmiore & meliore fundamento nitimur nos, qui Germaniam ſuperiorem incolimus, ſcriptoribus fide digniſſimis, & adverſariis ipſis, uno ore profitentibus, archiepiſcopalem urbem Moguntiam nobiliſſimæ artis typographicæ matrem vocari debere, ubi primum ars hæc perfectione ſua ornari atque exerceri ſit cœpta. Nos quidem non omnem omnino hujus inventionis laudem Belgis præreptam cupimus, quippe quibus Germaniæ ſuperioris incolæ imagines in æs inciſas debent, quæ his anſam ad illam artem ulterius indagandam, & omni ex parte perficiendam præbuerunt. Multum vero prima operis incunabula & rudimenta differunt ab ejus ſumma perfectione, & nobiſcum conſentit in his *Chronicon Colonienſe*, anno 1499 editum, in quo, quamvis initium artis antiquo cuidam Belgarum Donato tribuatur, hæc tamen verba exſtare feruntur: *Quanquam ars iſta Moguntia eo, quo nunc utimur modo, inventa eſt, tamen Belga per Donatos ante tempora typographia Moguntina*

· *Cramerus* in laudem *Davidis Rebteni*, Typographi Stetinenſis, habuit. Excerpta ex illa exſtant in *Hieron. Hornſchuchii* Orthotypographia, germanice reddita à T. H. D. editaque Lipſiæ typis *Greg. Ritzſchii* 1634. 8.

guntiaca impreſſos iis præiverunt. Tibi ergo, o Germania omni laude digniſſima, & tibi in primis, o Moguntia celebratiſſima, hic honos proprius eſt, ſemperque erit, & tuam, *Fauſte* optime, qui primus hanc artem tentaſti, famam nulla unquam delebit temporis oblivio.

An itaque *Fauſtum* pro primo inventore habemus? Ita quidem rectiſſime ſtatuimus. Quamvis enim nonnulli, o) *Polydorus* nempe *Vergilius*, Italus, e ducatu Urbino, p) *Alexander Sardus*, Ferrarienſis, q) *Gilbertus Genebrardus*, Pariſienſis, & alii, *Joanni Gutenbergio*, Argentoratenſi, qui e nobili gente eſt ortus, hanc artem adſcribant; iis tamen, qui *Fauſtum* primum inventorem dicunt, accedimus, ſententiam noſtram confirmante *Aventino*, hiſtoriographo Bavaro, qui non multo poſt inventam hanc artem vixit, & cui, utpote Germano, quum ab altera parte ſtantes plerique ſint exteri, hæc accurate referre licuit, atque adeo præter cæteros fides eſt habenda. Ejus verba hæc ſunt: Anno Chriſti 1450 magnum ac vere divinum beneficium *Joannes Fauſtus* &c. vid. ſupra pag. 330. ſq.)

Cui quidem relationi cum fidem non eſſe denegandam ſtatuamus, firmiſſime aſſeveramus, *Joannem Fauſtum* primum hujus artis inven-

o) lib. II. de rer. Invent. cap. 7.
p) lib. I. de rer. Inventoribus, pag. 5.
q) lib. II. Chronograph. pag. 233.

ventorem fuiſſe. Veroſimile tamen nobis fit, *Joannem Gutenbergium*, præclarum & peringenioſum artificem, quem nonnulli aurifabrum fuiſſe volunt, hanc artem deinceps ulterius expoliviſſe, ornaſſe, & elegantia typorum *Fauſtum* facile ſuperaſſe. Nam, quum ars iſta primum innoteſceret, ſenſim ejus crevit ſplendor, alio atque alio ornamenti quid addente, ex quo factum eſt, ut vulgus imperitum præ admiratione huic illive gloriam inventionis tribuerit. Nil autem veritati propius eſt, quam *Joannem Fauſtum* artis hujus inventorem exſtitiſſe, cui auxilio fuerint *Johannes Gutenbergius* & *Petrus Schafferus*, Gernsheimenſis, quorum huic ob fidem atque ſollertiam unicam ſuam filiam, *Chriſtinam*, teſte eodem ſcriptore, *Fauſtus* in matrimonium dedit. O vos beatos! O te felicem *Fauſtum!* O bonum *Gutenbergium!* O fidelem *Schafferum!* O vos inventores artis tam admirandæ, ſplendidæ, excellentis! Veſtri nominis fama perennis ſit atque perpetua! vigeat veſtra ad immortalitatem memoria! Deus O. M. æternis vos gaudiis cumulet, oſſa veſtra in ſepulchris ne perturbentur, exſuſcitemini in die illo glorioſo ad vitam æternam! Amen.

Jam indicandum erit tempus, quo hæc nobiliſſima ars inventa ſit. Longiore autem computandi ratione facile ſuperſedemus. Vocatis hunc veſtrum conventum jubilæum ſecundum ſeculare, quod ars iſta primum

ducentis abhinc annis lucem vidit, ex quibus apertiſſime colligimus, annum inventionis fuiſſe annum poſt C. N. 1440. Quod licet cum *Aventini* ac *Sabellici* computatione non conveniat, qui anno 1450 inventionem hanc tribuunt, nobis tamen non obſtat, quominus ſic ſtatuamus. r) *Sabellicum* enim indicare tempus, quo ars iſta apud Italos primum florere cœperit, ex ſerie verborum abunde liquet, quæ ſimul argumento magno ſunt, *Aventinum* de artis hujus majore perfectione loqui. Nos vero ad prima illa exordia reſpicimus, quæ, teſte inter alios s) *Wimphelingio*, (qui tamen nomen inventoris minus recte indicat) incidunt in annum 1440, regnante imperatore *Friderico Tertio*. Hac occaſione meminiſſe juvat beneficii illius maximi, à Deo O. M. nobis centum abhinc annis anno ſc. 1540 benigne conceſſi, qui hiſtorici referunt, eo tempore *D. Lutherum* biblia germanica, primum in unum Volumen redacta, *Joanni Luffto*, Vitebergenſi, typis imprimenda tradidiſſe. Nec dubito, quin idem *Lufftius*, de tanto Dei beneficio lætus, & jubilæum feſtum, æq; ac nos hodie, celebrans, Deo gratias maximas egerit, de papa licet male meruerit, quippe qui ejus effigiem quotannis die Viridium in charta depictam igne

r) lib. VI. Ennead. X.
s) in epitome rerum germanicarum cap. 65.

combuſſit, & exſecrationibus perſequutus eſt; quibus vero adeo non commotus eſt noſter *Lufftius*, ut, vino potius iſto die largius ſumpto, joçoſe dixerit, ſibi, Romæ multum ſudoris in igne emittenti, vino ad reficiendas vires opus eſſe.

Sed ad artem Typographicam noſtram redeuntes, de ejus ingenti utilitate adhuc quædam monemus, quamvis rei gravitate & ubertate à propoſito noſtro fere deterreamur. Id certe negari non poteſt, artem iſtam omni laude digniſſimam, ceterarum omnium conſervatricem nutricemque, easdem quibuscunque regionibus impertire, res omnes memorabiles notare, notatas conſervare, & memoriam innumerabilium hominum, quæ alioquin poſt breve tempus oblivione fuiſſet trita atque conſumpta, ad poſteros transmittere. Tantus ſtimulus hæc ars eſt ad virtutem & dexteritatem, ut mater dici mereatur tot eruditorum, quorum parvus numerus ante inventam hanc præſtantiſſimam artem ob ſumptus immenſos, deſcribendis libris impendendos, exſtitit. Jam vero pauperrimus quisque ſibi parvo pretio talem bibliothecam comparare poteſt, qualem quondam vix apud regem reperiſſes. Immo ſi nullus alius fructus ex hac arte ad nos redundaret, hic unus ſufficeret, quod Biblia ſacra ubique terrarum diffudit. Quis enim non in numero ſingularium ſummi Numinis beneficio-

rum habeat, ſacra Biblia vili admodum pretio comparari poſſe, tam ſplendide impreſſa, ut ſumma cum voluptate evolvantur? quis non gaudeat, infantibus nunc ſacras hiſtorias quaſi cum materno lacte inſtillari poſſe? Hæc & alia plura, omnibus cognita, in cauſa fuerunt, cur B. *Lutherus* hanc artem, ultimum & poſtremum Dei donum, cujus ope evangelium eo felicius propagetur, ultimamque flammam ante exſtinctionem mundi appellaverit.

Tribus ut verbis dicam, quantas utilitates hæc ars ſtatim rei chriſtianæ attulerit, & hodie afferat, nemo eloquentiſſimorum hominum unquam exponere accurate poterit. Id denique, Aud. optimi, veſtri judicii rem eſſe volo, quantum hoc laudabile inventum prælapſis his centum annis ad conſervandum propagandumque divini verbi lumen contulerit; & aperte profiteor, religionem Lutheranam absque typographica arte non tam late diffuſam fuiſſe, quam quidem illam hodie, quod in Dei honorem dictum ſit, florere videmus. Confeſſionis quoque Auguſtanæ nos pariter hic oportet eſſe memores, quum illa die craſtino centum & decem abhinc annis, &, ni fallor, hac ipſa hora in Comitiis, Ratisbonæ habitis, a *Joanne* electore Saxoniæ ejusque fidei ſociis, quorum memoria ſemper vigebit, *Carolo* V. Imperatori exhibita ſit, quæ toties totque linguis typis

ex-

expreſſa eſt, ut numerum definire haud liceat. Hæc vero toties reiterata Auguſtanæ Confeſſionis impreſſio, ſemen mihi fuiſſe videtur, quo hæc doctrina propagata eſt per totum terrarum orbem.

Recordor jam pennæ, quam Dux & Elector Saxoniæ *Fridericus* in ſomniis vidit, quæ cum ſcriptis *Lutheri* ita crepuit, ut Romæ etiam ſonus ejus audiri potuerit. Hæc mihi ſimilis videtur noſtræ typographiæ. Hæc enim papæ tanta ſudes fuit in oculis, & aures ejus adeo offendit, ut hodie adhuc libros igne comburere non deſiſtat; credo tamen cineres horum librorum ejus oculis maximum dolorem allaturos eſſe; nosque D. *Cramero* aſſentimur, qui ſtatuit, typographiam fuiſſe prænuntiam Lutheraniſmi, viamque paraſſe ultimis his temporibus operi reformationis in Germania, è tenebris pontificiis nos per Dei gratiam non ita multo poſt eripientis. Sed, Auditores, rem per ſe claram ulterius probare, vosque infanti mea oratione porro morari nefas duco. Converto nunc demum me ad vos, typographi optimi, & quotquot huic arti operam navatis, qui peragendis hiſce ſolennibus ſumptus haud leves præbuiſtis. Vos, quantum ſentio audioque, Dei O. M. honorem laudesque inprimis celebrare hiſce veſtris ſolennibus ſtudetis. Laudo veſtrum conſilium, vobisque perſuadeatis velim, illum, cujus

honorem pro virili amplificare optatis, præmia in vos collaturum. Quamvis ob bella, quæ nunc geruntur, indeque ortam temporis injuriam arti veſtræ multa de flore ſuo decedere videantur, Deus tamen remedia vobis oſtendet, quæ ad reſarciendum hoc damnum conducent. Premunt vos temporum injuriæ, neque tamen oppriment. Munere fungimini divino, hoc ſit veſtrum ſolatium. Munere fungimini nobiliſſimo, hoc ſit de quo gaudeatis; munere fungimini utiliſſimo, ejus memores ſemper ad amplificandam Summi Numinis gloriam magis magisque accendamini. Huic Deo T. O. M. ſapientiſſimo & clementiſſimo ſit æterna laus, honor, & gloria cum ob alia beneficia, tum præcipue ob typographiam, nobis tam benevole conceſſam. Protegat eam porro, & ad finem usque mundi conſervet, ut ejus regnum amplificetur magis magisque, & typographorum ſalus cum in hac tum in illa vita promoveatur.

Dominus benedicat vobis, & ſervet vos,
Dominus faciem ſuam vobis non ſubtrahat sed clementem ſe præbeat,
Dominus faciem ſuam vobis oſtendat, paceque perfrui vos jubeat.

Pax autem Dei, omnem hominum rationem ſuperans, cuſtodiat pectora noſtra mentesque in Chriſto Jeſu ad vitam æternam. Amen.

II.

II. Controverſiæ de artis typographicæ inventione, ab ANDR. RIVINO, al. BACHMAN, ſedatæ.

Germanica latine reddidit Juvenis ornatiſſimus,

LVDOVICVS KLEFEKERVS.

Quanquam multi operæ pretium non eſſe exiſtimaturi ſint, unum idemque ad nauſeam usque vel robuſtiſſimi ſtomachi ſæpius recoquere, inprimis cum oratio mea, ante biennium publice hic in conventu Academico, de typographia, & feſto Joannis, Grammatoglyptarum, Typothetarum & Typographorum hilariis ſecularibus deſtinato, habita, latinoque ſermone edita, omnium manibus teratur, & à multis uſurpata atque in gratiam vulgi germanice reddita ſit, quin etiam, quod præfiſcine dixerim, vix ullum alium laudabilem auctorem allegatum à quodam reperias, quem de hoc argumento agentem (ut id absque vana gloria, quam alii diſſimulando aucupati ſunt, commemorem) non evolviſſem, allegaſſem, & quem non digito quaſi monſtraſſem; nihilominus tamen ob relationes quasdam, repertas tum in *Schragii* narratione typographica Argentoratenſi, tum in plagulis præcedentibus hujus libri, quodammodo diſſimiles & ſibi invicem

fere contradicentes, æquum putavi & gratum omnibus, ſi his controverſis locis inter ſe conciliandis & veritati eruendæ omnem operam impenderem. Quemadmodum vero in eo omnes conſentiunt, hanc artem ſingulare quoddam & nunquam ſatis prædicandum divinitus nobis conceſſum beneficium eſſe, ut propterea gratias immortales Summo Numini, de patefacto nobis hoc dono, & clarius inde in poſtremis diebus lucente evangelii lumine agendas eſſe, de tempore tamen, loco & primis inventoribus adhuc ſcriptores diſſentiunt. Nonnulli enim Italorum, Hiſpanorum, & Luſitanorum Germanis, ob horum ſtrenuam virtutem, qua ipſi Romanam Monarchiam pluraque alia amiſere, neque ore neque animo faventes, ſed omnia invidentes, Chinenſibus Barbaris artis hujus inventionem, multis abhinc ſeculis detectam, tribuere malunt, quam Germanis, cum tamen Chinenſium ſiglæ & formæ, ut & Harlemenſium, tam miſeræ conditionis fuerint, ut ſummum inter illorum noſtrorumque typothetarum formas reperiatur diſcrimen. Alii, quanquam Europæis, & inprimis Germanis, laudem hujus inventionis abrogare non poſſunt, incerti tamen, cui potiſſimum regioni eam tribuant, nunc huic, nunc illi, uti fama tulit, adſcripſerunt. In his quoque multi partibus adeo ſtudent, ut patriæ ſolummodo gloriam hanc tribuendam

dam jactitent, unde tot diverſæ inter ipſos germanos Scriptores de civitatibus & inventorum nominibus exſtant ſententiæ, ut multi neſciant, cui demum ſeſe adjungant. Alius enim Harlemo, Moguntiæ alius, alius Argentinæ inventionem tribuit; inventorem alius *Laurentium Janſſonium Coſterum*, ſive æditum, alius *Joannem Fauſtum* & *Petrum Schæfferum*, alius denique *Joannem Gutenbergium* venditat. Nec defuerunt, qui nunc demum *Joanni Mentelio* & *Joanni Genſefleiſchio* honorem hunc impertiverunt. Multi quoque reperiuntur, qui Germanos varios recenſent, à quibus Romæ in Italia typographia ſit inventa. Alius inventorem tradit *Ulricum Hahn*, quem alius *Gallum* vocat, alius vero è Gallia ortum ſibi perſuadet. Fuit quoque, qui *Joannem Laudebachium* inventorem appellat, qualem ſe ipſum *Arnoldus Pannartzius* venditat, multi vero Germanum quendam *Curtium*, (quem alii ſimpliciter *Corrado*, alii *Tedeſco*, vel *Aleman*, immo *Conradum* quoque *Germanum* & denique cum cognomine *Conradum Schweinheimium* nominant,) pro auctore habent, de quibus duumviris carmen reperitur, *Ciceronis* operibus philoſophicis, Romæ ab ipſis an. 1471. d. 20. Sept. impreſſis, ſubjunctum:

Aſpicis illuſtris lector &c. (vid. ſupra pag. 362.)

Ut vero lites has, quantum fieri poteſt, componamus, nonnulla argumenta decidendi,

e quibus unusquisque facile colligere poſſit, quid pro vero falſove habendum ſit, hoc loco proponere juvat: *Primum* quidem maximopere differt quæſtio: in qua urbe nati ſint primi typographi; ab illa quæſtione, quo loco inventa ſit ipſa typographia. Argentinæ urbi magno certe decori eſt, non tantum *Joannem Gutenbergium*, qui inter primos typogrophos refertur, ibi natum fuiſſe, verum etiam multos ejusdem cives, *Ulricum Hahn*, *Sixtum Rusingerum* & *Joannem Mentelinum*, Romæ, Neapoli, immo & in ipſa patria Argentina primos typographos egiſſe. Nihil itaque cauſæ eſt, cur ipſa invideat alteras priores partes & veram prærogativam Sorori ſuæ, quam itidem Rheni fluvius alluit, antiquæ Electoris Moguntini metropoli, Moguntiæ, propter cives ſuos, verbi gratia, *Joannem Genſefleiſchium*, *Joannem Fauſtum*, *Gutenbergium* & *Petrum Schœfferum*, qui primi in iſta urbe hanc artem partim invenerunt, partim perfecerunt & in lucem protaxerunt. Hinc D. *Seb. Brandtius*, Argentorati natus & commoratus, non ita multo poſt inventam hanc artem carmine de præſtantia hujus artis ad *Joh. Bergmannum* de Olpe ſcripto, & Baſileæ 1498 typis expreſſo, non Argentinenſibus ſuis, ſed Rhenanis conjunctim, hanc artem tribuit, quod ex his verſibus apparet:

Nuper ab ingenio Rhenanæ &c. (vid. ſupra pag. 319)

Eun-

Eandem quoque diſtinctionem Nicol. Serrarius è ſocietate Jeſu non neglexit, rer. Mogunt. pag. 153:

An Argentoratenſis fuerit &c. usque ad verba: *protulit artis opus.* (vid. ſupra pag. 260 ſq.

II. Grammatoglyptæ differunt à typothetis, & hi viciſſim à typographis. Quamvis enim omnes conjunctim manus ſuas operi huic admoverint, non tamen unus operi iſti excogitando, multo minus perficiendo abſolvendoque, ſufficere potuit, atque adeo uni tantum omnis hujus inventionis gloria non eſt tribuenda. Quemadmodum in certaminibus equeſtribus alius hoc, alius aliud præmium aufert; ita typographorum quoque neminem agnoſcimus, cui ſoli omnis hæc laus & gloria ſit impertienda. Quinimo quid ad veritatem propius accedit, quam *Joannnem Gutenbergium*, aurifabrum, primum fudiſſe literas, *Fauſtum* primum typothetam, & ejus miniſtrum *Schœfferum* primum typographum fuiſſe, qui duumviri ultimi, ſocer & gener, literarum à Gutenbergio fuſarum uſum optime callentes, ſibi quoque procul dubio hanc artem maximo honori eſſe crediderunt. Horum enim nomina ſola libris impreſſis adjiciebantur, quod hodie adhuc fieri ſolet, *Gutenbergii*, velut grammatoglyptæ, nulla unquam mentione facta. Hi enim, ſi unum itemque alterum exceperis, illius gloriæ amore haud ducti, nunquam

ty-

typis, ſæpiſſime licet correctis atque mutatis, nomen ſuum, qud quidem facere poterant, adſcripſerunt. *Joannes* autem *Schœfferus*, inventorum laudatorum nepos, hunc honorem ſuis ita arogavit, ut an. 1515 libro *Joannis Trithemii*, Abbatis Spanhemienſis, de origine & geſtis Francorum, Moguntiæ impreſſo, hancadjunxerit relationem, in qua de *Gutenbergio* ne verbum quidem legitur:

Impreſſum & completum eſt præſens &c. (vid. ſupra pag. 273 ſq.)

Tertio, & recte quidem, diſtinguimus typographiæ primos inventores à primis typographiarum dominis, qui paſſim officinam typographicam aperuerunt. Utrisque ſua laus manet & manebit, ſed non ſine diſcrimine. Inventoribus enim multo majores laudes debemus, quam imitatoribus. Illi ſoli pro triumviris triumphantibus habendi ſunt; horum autem permulti reperiuntur, ut *Ulricus Hahn, Conradus Schweinheimius*, & *Arnoldus Pannartzius* Romæ, *Sixtus Ruſſingerus* Neapoli, *Nicolaus Jenſonius* Pariſiis, & *Joannes Mentelius* Argentorati, quorum nomina circa an. 1472 claruerunt.

Quarto, majorem iis relationibus fidem habendam eſſe ſtatuimus, quas multi ac diverſi ſcriptores, qui inventæ artis hujus primordiis aequales fuerunt, literis conſignarunt, quam illis, quas teſtes poſtea demum viventes, adhuc ex parte inediti, partibus ſtudentes & nimio patriæ amore du-

ducti, memoriæ prodiderunt. De primis enim triarchis, ſeu tribus typographiæ inventoribus loquuntur omnes ac ſinguli, amici, & inimici, Argentinenſes & Harlemenſes, immo neutri etiam parti addicti; ceteros autem falſo creditos inventores pauci iidemque cives tantummodo laudant.

Quinto circa tempus, de quo auctores inter ſe diſputant, itidem hæc differentia obſervanda eſt, nonnullos ſcil. eosque plurimos, qui in annum 1440. typographicæ artis inventionem referunt, de primis & ſimplicibus rudimentis loqui, ceteros autem, qui annó 1444, 1447, immo quoque 1450 typographiam inventam tradunt, de opere jam emendatiore ac perfectiore intelligendos eſſe. Idem decidendi argumentum exhibet nobis jam laudatum antiquum Chronicon Colonienſe, his omnino verbis:

> *Incidit hæc ars in annum Domini* 1440, *à quo tempore ad annum usque* 1450 *expendebantur omnia, quæ ad illam ſpectabant.* Item: *Tunc memorata ars politior ſubtiliorque apparebat, ejusque ſplendor longinquitate temporis creſcebat.*

Quo perfectior autem & expolitior hæc ars conſpiciebatur, eo magis diutiusque illa homines in ſui admirationem rapiebat. Hoc in cauſa fuit, cur libris Moguntiæ impreſſis anno 1465, 66, 72, 73, & 76 ſemper mirificæ hujus artis elogium, & typographorum quoque

que nomina atque inſignia adjuncta reperiantur. Propterea *Stephanus Paſchalis* ex magnifico & præclaro elogio, an. 1465 adjuncto, minus recte connicit, hanc artem hoc demum anno eſſe inventam, cum alioqui iſtis encomiis non opus fuiſſe videatur. Horum ſcilicet tantus adhuc numerus in vetuſtis bibliothecis paſſim deprehenditur, ut *ſane* vix intelligi poſſit, quis fuerit primus liber typis expreſſus. Hoc tantum e typorum nominibus conjicere licet, primum biblicos & pontificios Canones ſ. Decretales in urbe Archicancellarii per Germaniam, typis, qui vocabantur *grandiores miſſales canonici*, deinde vero nonnulla M. *Tullii* opera typis minoribus, qui dicebantur *Ciceroniani antiqui*, excuſa, vel, ut tum loqui ſolebant, characteriſata fuiſſe, id quod vetus Chronicon Coloniense, an. 1499 typis expreſſum, teſtatur his verbis:

> *Anno Domini* 1450, *aurea ſane, typographia inveniebatur, primus liber, qui impreſſus eſt, ſacer Codex fuit, literis majuſculis, quibus nunc libri miſſatici imprimuntur.*

De libris vero Ciceronianis, in bibliotheca, quæ Auguſtæ Vindelicorum exſtat, aſſervatis, fidem nobis facit finis Officiorum *Ciceronis*, a *Joh Fauſto*, ope *Petri Gernsheimenſis* an. 1466 impreſſorum, nec non opera philoſophica *Tullii*, quorum ſupra jam mentio facta eſt. Origo itaque artis hujus procul dubio inci-

dit

dit in annum 1440, teſte Chronodiſticho antiquiſſimo, à *Schönbornero* in Politica ſua repetito:

MIra typIs LIbros ars qVæ CeLerI eXCItat aCtV)

GVttenbergerI genIo eſt InVenta IoannIs.

Septimo: Qui vero hanc artem ſtatuunt multo antiquiorem, hi nihil afferre poſſunt, quod hodiernæ typographiæ ſimile ſit, præter ſiglas quasdam, annulos ſignatorios, formas inſculptas, aut notas æri inciſas, aut Donatos rudes, paginis ſolum adverſis, haud opiſtographis, excuſos & conglutinatos, uti ſupra de Harlemenſibus alibique de aliis ſatis oſtendimus.

His itaque argumentis bene conſideratis, nullum amplius ſcrupulum, nullum nodum cuidam ſupereſſe credo, quem diſſolvere non poſſit. Huc vero Carmen, in honorem hodie viventium typographorum conſcriptum, hisque adjunctum omnino ſpectat.

III.

III. Encomium nobilis atque utilis Typographicæ, à CHRISTIANO GVEINTZ ſcriptum & Typographis dicatum è germanica in latinam linguam transla à JOANNE OSEWALTO, Altona Gymnaſii Hamb. cive digniſſimo.

Inter omnes, benevole lector, co quod gens Aſiæ præpotens, Chinenſ ctitent, ſe duos habere oculos, Eur unum, reliquos autem omnes ho prorſus cœcos eſſe. Equidem alioru duſtriæ lubens committo, ut inquirant, oſtendant, an & quatenus verum ſit h cterium. Omnes interim, mentis rat que compotes, inficias ire haud pote Germanos hoc tempore, reſpectu mult ſcientiarum, præſtantium artium & ut inventorum, ſi non ex omni parte, tame lertiæ atque ingenii nomine omnibus præferendos. Sedem inter cœcos pro non tenet noviſſima magna Monarchia; cleſiam ſuam non apud ſtupidos verus cultus fundavit; ſunt in Germania Ac miæ & ſcholæ, quæ Barbaris pudorem i tiunt: ſunt etiam ſclopeta, quibus o gentes, quin etiam ipſi Chinenſes, vinci ſunt. Quamvis itaque optandum eſſet eorum inventor, *Berthold*, ſtudiis potius,

caſſet & in legendis libris diligentius ſe exercuiſſet; hoc tamen loco laudari meretur, quoniam Germanus illa invenit. Inter hæc Chalcographia ceu ſingulare miraculum ſatis demonſtrat, Germanos profecto plura oculis ſuis videre, quam omnes reliquas gentes. Nonne certum atque exploratum eſt, Typographiam eſſe æternitatis ſubſidium, omnium artium matrem? Eſtne illa, quæ veritatem doctrinæ Chriſtianæ propagat, omnes hiſtorias notabiles ſervat, & mirum in modum quam citiſſime ſcribit? Eſtne rerum obſcure ſcriptarum emendatrix, omnium virtutum magiſtra, & cunctarum inventionum Gazophylacium? Annon hæc in perpetuam memoriam omnes res ſtrenue geſtas ubique divulgat? Eſt ſane Lydius veluti lapis, æra à lupinis, album ab atro diſcernens. Felicitatem manifeſtat, & in fortuna adverſa conſolatur. Hæc gloriam alit, ſcientias docet, & honorem conciliat. Indicium certum eſt magnarum excellentiumque dotium, ſapientiæ officina, nec non perenne diverticulum & inſtrumentum Theologorum, Juriſperitorum, Medicorum, Philoſophorum, docentium item & diſcentium, nutrixque multorum millium. Hæc uno die plures libros, quam aliquot mille ſcriptores toto anno, edere poteſt, quin etiam absque penna tot libros uno die ſcribit, quot mille homines ne perlegere quidem queant. Hæc niſi

reperta eſſet, felices in ſtudiis progreſſus nullus literatorum facere, neque poſt obitum fama vivere poſſet. Hæc unumquemque ad cognoſcendos ſtultos inſtituit, arrogantiá plenos manifeſtat, ingenia, ut *Garzonus* ſcribit, ex ignorantiæ lethargo excitat, & virtutes ſcientiasque ad honores evehit. Hæc ars eſt columen, omnes honore dignos in ſuis dignitatibus fulciens & ſuſtentans: hoſpitium ampliſſimum admirandorum & divinorum ingeniorum. Absque hac jam nullus Deo cultus præſtari, neque imperiorum jura & Rerumpublicarum Conſtitutiones, quæ fundamenta totius terrarum orbis ſunt, ſervari, neque homines ad devotionem excitari poſſunt. Eſt plumbeum Jobi πινακίδιον; Davidicus ſtylus perfecti ſcriptoris. Eſt tuba Spiritus ſancti, qua Dei honor gloriaque, præcipue his noviſſimis temporibus, ubique terrarum innotuit. Ut verbo dicam, eſt *maximum*, ut Germanorum Propheta *Lutherus* loquitur, *ac poſtremum Dei donum.* Quidnam, quæſo te, celebriores bibliopolas dignitatibus & divitiis cumulavit? Quid ingenioſos typorum fuſores & artificioſos formarum ſculptores illuſtravit? Quid chartariorum commodis inſervit, diligentes bibliopegos alit, fibulariosque ſuſtentat? Omnia hæc commoda certiſſime ex arte typographica emanant. Sed quorſum hæc diſputo? Ut ſcilicet omnes intelligant,

Ty-

Typographiarum utilitates inſignes non ſatis verbis ornari poſſe. Nemo ſane eos, qui hanc artem recte & honeſte tractant, meritis laudibus abunde celebrare poteſt. Multi quidem multa præſtiterunt, quis autem eſt, qui omnia? nemo. Hanc vero impreſſoriam artem, regnante *Friderico* III. Imp. Romano, anno 1440 Moguntiæ excogitatam eſſe à *Johanne Guttenbergio*, Argentinenſi, viro nobili, plurimi ſcriptores teſtantur. *Polydorus Vergilius* & *Wimphelingus*, qui iſtis fere temporibus floruerunt, id affirmant. Horum ſententiæ accedunt *Sebaſtianus Brandt*, *Aventinus*, *Sabellicus*, *Genebrardus*, *Zwingerus*, *Boterus*, *Chriſtophorus Mylaus*, *Garzonius*, *Sardus* & *Beſoldus*. Idem D. *Daniel Cramerus* teſtimoniis probat, & Dn. *Lanſius* confirmat, ut *Bachmannum* taceam, qui nuperrime, illum fuiſſe primum inventorem, demonſtravit. Quis igitur eſt, qui tot Scriptoribus exteris, tot indigenis credere nolit? Noſtra vero Typographia ab Indica libros imprimendi ratione multum differt. Nam regni Catajæ incolæ libros per certas notas, quarum unaquæque integram ſignificat vocem, ceu per ſigilla excudunt; Germani autem ſingula vocabula per certas literas componunt. Et mihi ſane veroſimile fit, iſtam excudendi rationem, aut eodem, aut alio tempore, à Sinenſibus excogitatam eſſe. Etenim non ſolum experientia, ſed etiam *Ariſtoteles* docet, eas-

dem artes à diverſis, vel eodem vel etiam diverſo tempore, citra ullam conſiliorum communicationem inveniri poſſe. Barbæ quoque, feneſtræ & clathra, quæ *Cantæ* in regno Catajæ & *Venetiis* inter ſe ſimillima inveniuntur, nos in hanc ſententiam adducunt. Utrum vero Germanus an Batavus hanc artem excogitaverit, qualesque ante hos ducentos annos Batavi fuerint, ex antiquis proverbiis facile colligere licet. Nam auris Batava, ex ſententia *Eraſmi Roterodami*, indigenæ, idem ſignificat, quod Bœotica: id quod etiam D. *Cramerus* multis rationibus perſpicue confirmavit. Quicquid vero hujus erit, exploratum utique habemus, Germanum fuiſſe primum inventorem, atque adeo Germanos tanto magis reliquis gentibus anteponi poſſe, quanto hæc nobilis ars aliis fere omnibus excellit. Ain tu hanc artem eſſe nobilem? omnino. Nobilis enim eſt ob inventionem, nobilis ob utilitatem, nobilis ob privilegia, quibus eam Principes cohoneſtarunt. Quoniam igitur Deo T. O M. pro hoc ſingulari & maximo beneficio ingentes gratiæ merito ſunt agendæ, inprimis, quia omnes Scripturæ S. libri, ſecundum *Seborum*, primùm uno volumine conjunctim typis expreſſi ſunt; deinde, quia in *Jo. Guttenbergii* inventoris veri memoriam hoc S. Johannis Feſto Jubilæum celebratur, in quo cognati & vicini admiratione afficiuntur & gaudiis

ex-

exultant, uti aliàs ſecundum pericopam Evangel. feſti Joannei fieri ſolet; meas quoque partes eſſe duxi, poſtquam oculis uſurpavi, quæ *Bachmannus* in laudem artis impreſſoriæ latine ſcripſit, ut carmen germanicum in honorem Germanorum de hoc argumento componerem. Id ut ſerena fronte excipiatis, & me in numero Fautorum habeatis, vos, omnes & ſingulos, etiam atque etiam rogo. Valete & rem veſtram quiete, feliciter atque hilare agite!

Groſs biſt du Spanien, hochmühtig deine Sinnen,

Die Ober-Unter-Welt &c.

(o)

GVLIELMI INSVLANI, MENAPII,
a) Statera Chalcographiæ,
qua bona ipſius & mala ſimul appenduntur & numerantur.

Baſil. 1547. 8.

Ampliſſimo Clariſſimoque Viro,
D. JOANNI GOGRANIO,
Illuſtriſſimi & Clementiſſimi D. GVLIELMI, Juliacum, Clivis & Montis Principis &c. Cancellario,
Gulielmus Inſulanus,
Doctor, S. P. D.

Qui cauſas diuturnarum contentionum Germaniæ ſtudioſius ſciſcitati undecunque perquirunt, Vir ampliſſime, haud illi mihi quidem imprudenter facere videntur. Etenim cauſis morborum exploratis cognitisque, expedita facilisque redditur curatio. Eis vero ignoratis, anceps & fortuita ſequatur medicatio, neceſſe eſt. Qua conſiderata perpenſaque re, ſumendum mihi temporis aliquid putavi in iſto meo qualicunque otio, quo vacarem inveſtigationi iſtarum difficillimarum conten-

a) Exſtat etiam in calce Hiſtoricarum Obſervationum Gul. Insvlani, Menapii, quæ additæ ſunt Phraſibus [illegible] ac ſententiis, ex optimis latinæ linguæ Scriptoribus, à Nicol. Libvrnico collectis, Colon. Agr. 1617. 12.

tentionum, tum ſtudio procurandæ utilitatis publicæ, tum animi gratia quoque, quod, uti te ſcire ſuſpicor, libenter ſoleo diverticula exercitamentaque ingenii aliqua quærere. In eam igitur diſputationem altius ingreſſus, tandem reperi, non parum momenti publicis malis atque calamitatibus allatum à promiſcuo pravoque uſu Chalcographiæ. Quocirca feci ex ritu & officio Medicorum, in morbis præſertim gravioribus, quibus quum non ſatis ſit, principia & cauſas indagare rationibus phyſicis, adhibere etiam ſolent exempla experimentorum, eademque inter ſeſe conferre. Repetitis igitur initiis & incrementis chalcographiæ, tandem tempora cum temporibus, ingenia cum ingeniis contuli, formas etiam & varios habitus ſcribendi: ipſos denique fines propoſitos ſucceſſusque proſecutus. Quibus ſimul conſideratis atque intellectis, prudens ac diligens Lector facile ſecum æſtimabit, quantum debeamus invento artificioque chalcographiæ, quantumve non: quum alibi fere, tum vero in hoc tot altercationibus extracto religionis negotio. Interim tamen à me minime diſſimulatis bene meritis Chalcographiæ, quæ tamen vereor, ne fuerint exſuperata numero & pondere male meritorum, hujus operis editionem tuo nomini inſcribo, Vir ornatiſſime, ſtudio inprimis adductus benevolentiæ in me tuæ. Tum vero

eſt propria ac peculiaris quædam mihi ratio ejus inſcriptionis atque dedicationis, quod intelligam mihi adverſus vim & injuriam æmulorum opus eſſe tutela & patrocinio potentioris alicujus, qualis tu, tuive aliquis ſimilium, hoc eſt, valentis ingenio, prudentia, doctrina, eloquio, auctoritate, gratia. Quippe parata mihi haud dubio dimicatio eſt, à non ſolum Chalcographis malis, ſed etiam vernaculis iſtis & vitioſis ſcriptoribus: in iis gloriæ, in illis quæſtus importuno præpoſteroque damnato ſtudio: in utriſque autem participatione atque licentia editionum. Nam fieri nequibat, quin ambobus id crimen facerem commune. Quanquam in eo forte peccatum Chalcographi majus, quia ſuo miniſterio, inſtar præconis, tubæ vociſque promulgantur male perperamque ſcripta. Eam vero meam operam gratam, lectionemque jucundam tibi ſpero fore, quod ſciam te, ubi paululum à negotiis publicis diſceſſeris, plurimum iſtius generis ſcriptis ſolitum delectari. Eſt namque is in te amor ſtudiorum atque litterarum, qualem in paucis hominibus noſtra quidem ætate licet cernere. Argumento inde potiſſimum accepto, quod ſuaſor auctorque fuiſti Illuſtriſſimo Principi noſtro, ſcholæ publicæ Duſſeldorpiæ inchoandæ, atque dotandæ, rei quidem per ſe primum difficili viſæ, quod à nonnullis ambigeretur de commoditate loci atque im-

importationum. Verum eam omnem difficultatem, qualis modo futura eſſet, tu unus antea longe ingenio prævidiſti, conſilio explicaſti, diligentia ſuperaſti, atque aggregatis his partibus ferme omnibus abſolutæ conſummatæque virtutis, cumulaſti laudem pietatis, prudentiæ, beneficentiæ, ad illam primam ſtudiorum amplificationis; feciſtique tu in his quidem regionibus, & facis quotidie, quo minus multæ exaudiantur querelæ ſuper ingratitudine noſtrorum temporum erga ſtudia arteſque bonas, fitque eò etiam beneficii tui iſtius laus amplior & illuſtrior, quod totum ipſum genus docendi ab omni faſtu ſtrepituque contentionum cupis eſſe remotiſſimum, juſſis præceptoribus, quos doctiſſimos acciviſti, pure, ſimpliciter, liberaliter juventutem inſtituere, ne prius ipſa ocioſe nugari, quam apte fari de literis diſciplinisque norit. Recte id quidem & ex mente divini *Platonis*, cujus eſt ſententia in legibus ſuis, *minime aſſuefaciendam pueritiam ad rixoſas diſputationes:* quod mos ille ſemel receptus coalitusque ferè in habitum naturamque feratur. Quocirca ſperandum continuo eſt, ex hoc ſeminario virtutum ſtudiorumque optimorum, uberrimos ſuaviſſimosque fructus perventuros. Rurſus ſi domini manibus ſata felicius proveniunt omnia, uti eſt in veteri proverbio, quidni exiſtimemus ingentem olim fœnoris vim red-

dituram ſegetem iſtam ſtudiorum, ſparſam quidem manibus Illuſtriſſimi D. Principis noſtri, tuis vero miniſtratam, præſertim, quando augurationem ſententiamque meam comprobant ipſi ſucceſſus, præteritam omnem exſpectationem opinionemque longe ſuperantes. Quodſi ad tantas partas utilitates aliquid ex noſtra quoque lucubratione iſta accedet, noſtro contenti officio, voluntate etiam delectabimur tua, quum intelligamus tibi, utilitates publicas tantopere procuranti, diligentiam operamque noſtram non gratam fore non poſſe. Vale. Datæ Greviburgii, V. Nonas Julii, an. milleſimo, quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo.

Bonine plus an mali Chalcographia contulerit ſtudiis litterarum?

GVLIELMI INSVLANI, Grevibrocenſis, DISSERTATIO.

P*hilippus Callimachus*, municeps Florentinus, oppido Geminiani ortus, refert in hiſtoria rerum à Venetiis ſua ætate geſtarum, forte tunc ab habita oratione funebri in obitum M. *Barbadici*, Clariſſimi Principis Venetorum, à *Luca Piſano*, viro Patricio & nobili, injectam diſputationem fuiſſe, a non-

nonnullis doctiſſimis, qui tum aderant, viris. Unde nam foret, quod *ſtudia humanitatis & optimarum quarumque artium in tanta tum verſarentur frequentia celebritateque.* Juvat repetere nomina, haud illa quidem obſcura. Erant illic *Ludovicus Mocenicus*, *L. Creticus*, *Pandulfus Piſauricus*, *Bened. Brognolus*, *Jo. Calpurnius*, *Æmilianus Cimbriacus*, *Nic. Leonicus Thomaus*; quem nobis Patavii jam ſenem profitentem philoſophiam audire contigit. Refert autem *Callimachus*, in eo hæſiſſe controverſiam, quod aliis eorum videretur, eam quaſi *fatalem eſſe converſionem rerum*, quod litteræ & ſtudia humanitatis, quæ multis retro ſæculis pæne interciderant, ſpiritum vigoremque priſcum recuperaviſſent. Contra quibusdam ſecus viſum, quod crederent, tantam propagationem celebritatemque ſtudiorum eloquentiæ attribuendam divino, ut ipſi prædicabant, *invento chalcographia*, cujus officio operaque infinita librorum exemplaria per orbem divulgarentur. Tandem collatis hinc illinc rationibus, ita diſceſſum fuiſſe ſcribit *Callimachus*, ut fructum multiplicationemque optimarum artium adeo non acceptam *Chalcographia* crederent ferendam, ut majore cum detrimento jacturaque ſtudiorum invectam cenſerent. Ea diſputatio etſi in publica relata monumenta fuerit, ut idem *Callimachus* auctor eſt, in noſtras tamen manus minime pervenit, nec vero alias, præter-

terquam illic, à nobis percepta mentio. Digna tamen res viſa eſt, in qua repetenda inveſtigandaque operæ aliquid ponceremus Etſi enim non ignoro multis nominibus à prima ſui inventione commendatam Chalcographiam, vel ob compendium lucri in mercandis libris, vel ob allevationem laboris in ſcribendis quoque, vel ob gratiam ſubtilitatis atque novitatis, uti fere aſſolet. Vnde illud exiit diſtichon *Joannis Antonii Campani*, Epiſcopi Aprutini, toto nunc circumlatum orbe terrarum:

Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno:
Nunc parvo doctus quilibet eſſe poteſt.

Veruntamen dentur tam effuſæ laudationes recenti plauſui illius ætatis, in quam forte incidit Chalcographiæ inventum: vel licentiæ etiam poëticæ, res quantaslibet ad miraculum usque naturæ attollere conſuetæ. Nam, quæſo, quid tantopere ubertatem felicitatemque naturæ aut eximiam ſubtilitatem ingeniorum circa hoc genus inventi demiremur? Quaſi vero non illic *caſus & fortuna* ſibi plurimum potuerint vindicare, magnaque ex parte adjuvare induſtriam? Siquidem facile fieri poterat, ut notæ litterarum in tabellis iconum, ut ſit, inſculptæ, præbuiſſent materiam & occaſionem fingendi imaginandique, quatenus eædem notæ fuſæ diſſipatæque potuerint transponi in ordinemque distribui. Nam id unum exempli gratia poni-

nimus, quanquam alio quopiam caſu primus inventor forte fretus fuit in artificio excogitando, qui tamen haud multum eſſe diſſimilis potuit ab eo, quem nos poſuimus. Semper veteribus inventis nova, eademque ſubtiliora, licuit adjicere. Quod ſi imprimis inventus locus fuit caſui, quidni in ſequentibus quoque, id quod vel ab exemplo primi omnium *Tubalcain* queamus cognoſcere, qui primus forte caſu æris fundendi elaborandique artem excogitavit; unde tandem aliquando deſcendit formularum ænearum inventum, quarum in officinis librariis uſus. Evidentius autem id cognoſcatur à primordiis *muſices*, quanto aurium ſenſus delicatior & ad percipiendas diſtinguendasque harmonias præſentior. Annon primus omnium *Jubal* diſtinctiones varietatesque ſonorum ex ictu deprehendit malleorum? unde poſtea Muſices ducta initia & aucti progreſſus. Quodſi quis utique adfirmare atque etiam in magnis ponere voluerit illud videlicet, concurriſſe & ingenium & ſolertiam & fortunam circa inuentam Chalcographiæ. Non reluctor equidem nec invideo, duobus ſummis auctoribus confirmatus, & *Platone* & *Plutarcho*, quorum alterius in ſua Republica ſententia eſt, *Maxima quæque fieri, aut à natura, aut à fortuna, non autem ab arte.* Alterius in libro περὶ τύχης docentis, *caſum & artem* ſimul aliquid efficere poſſe. Sed dum permitto

tan-

tantarum rerum concurſum ad efficiendam artem chalcographiæ forte fuiſſe, ita nequaquam conceſſero ipſam ſumme neceſſariam ſemper fuiſſe, eſſeque. Quippe à prima litterarum inventione atq; uſu uſq; ad tempus inventi hujus artificii intercurriſſe video ad ſeſquimille annos, (quamvis *Plinius* neſcio quorum ſecutus opinionem libro VIII. cap. 56. æternas fuiſſe literas docet.) A tanto inquam tempore genus humanum caruit ſubſidio chalcographiæ & quidem abſque ullo inſigni incommodo. Quodſi quemadmodum natura ipſa, rebus creatis omnia ad ſatisfactionem neceſſitatis tribuens, ita ea quoque, quæ ad commoditatem & ad decorem faciunt, plerumque conſuevit larga manu ſuppeditare, ne qua in parte invida aut avara à genere humano cenſeatur. Cur ergo non ſtatim primis litterarum inventis ſubjunxit Chalcographiam? Vel cur non vel aliquanto, ſed tamen modico, interjecto ſpatio ſeu annorum ſeu ſæculorum artem monſtravit? Sed hic facile, ſicuti alias fere, liberabitur ab omni inutili accuſatione rerum natura, quæ quaſi hujus genere inventi minime indigeremus, aut quaſi nihilominus citra omnem offenſionem ſtudiorum poteramus carere, ſi modo ab initio creati orbis fuiſſet, ita nullam curam habuiſſe videtur ingeniis mentibusque ſuggerendi. Quamquam ne non videatur natura ideam præmonſtraſſe, aut cer-

to

te congenerem aliquam formam, injuſta forte ſit querela. Etenim emblemata iſta & incruſtationes, quales in parietibus pavimentisque vetuſtiſſimis alicubi cernuntur, totaque illa coagmentatio atque diſpoſitio, affinem aliquam ſpeciem exhibent illius ab officinis librariis excogitatæ. Utriuslibet ſiquidem artis opus Geometricis dimenſionibus proportionibusque conſtat, niſi quod altera machina eſt ſolutilis aptaque transponi ad quamlibet neceſſitatem, altera firma & compacta. Sed, ut dixi, nulla naturæ fuit cura adjiciendæ rei ſupervacuæ, quandoquidem & ad cultum ingenii & ad doctrinam percipiendam ſtylus atque calamus ſatis idonea copioſaque fuerant inſtrumenta, quibus & dictata exciperentur, & lecta quæque exſcriberentur. Itaque totum illud inventum atque artificium chalcographiæ, muneribus fortunæ magis quam benignitati ingeniorum tribuendum eſſe videtur: Nec magis ab inſigni aliqua neceſſitate profectum, quam exornatum à luxuriantis indulgentia naturæ. Sed quid dicamus neceſſarium omnibus modis uſum chalcogaphiæ? quum multas artes à captu vulgi remotas, & à commercio humano alienas oſtenderit natura, quia videlicet cognationem aliquam nobiscum habent, putes inter reliquas *Aſtrologiam*. (Nam hanc evidentioris intelligentiæ cauſſa afferimus) atque ejus quidem ſcientia hominibus

qua

quaſi congenita, monſtrata eſt à primis creati mundi initiis. Chalcographia autem, quaſi aut extra nos ſit, aut certe parum ad nos pertineat, ita ſæculo ipſo ad ſenium vergente jam aliquando in lucem prodiit. Quodſi doctiſſimi quique viri, qui à remotiſſima illa antiquitate fuere, forte natura rerum reſtituti interrogentur, numquid ad cumulum & profectum ſtudiorum ſuorum cognita nunc atque in uſu habita conferre Chalcographia potuiſſet, ſi forte præventa tempora fuiſſent? Negarent illi profecto, dicerentque: Rudem illam vetuſtatem, ingenioſam tamen & ad alia atque alia invenienda capacem ſolertemque minime optaturam fuiſſe officium chalcographiæ, vel per ſomnium quidem coagitatæ. Sed tamen quo res ipſa certior illuſtriorque fiat, exempla aliquot adferemus; non illa quidem ab ultima uſque antiquitate repetenda. (Nolumus enim videri *Evandri* ætate vixiſſe, & foret illud inutilis ſuperſtitionis, ut in re facile probabili.) Saltem adferentur exempla à propinquioribus ætatibus, tanquam magis notis atque familiaribus, tum vero majoris lucis claritatisque cauſa ſaltem agemus de ſcriptoribus artium humanitatis, quibus ita demum inter ſe collatis, liquido conſtabit, multo plures ac præſtantiores exſtitiſſe ſcriptores, paulo ſupra tempus inventæ frequentatæque Chalcographiæ, quam per initia & incre-

menta

menta ipſius. *Franciſco Petrarcha Aretino*, quid ſua ætas habuit in ſcribendo purius, elegantius, jucundius, diſcretius? Vixiſſe autem invenio per tempora Caroli IV. Cæſaris, nam ad hunc quædam conſcripſit. Quodſi alicubi ſibimet inferior videtur, ubi forte limam deſideres, & terſitiem: non ingenii infirmitas, ſed temporum ruditas in cauſa fuit, ad quam vir prudens aliquando ſtylum attemperaſſe videtur. Atque hoc tum auctore duceque magnos progreſſus fecere ſtudia artesque humanitatis. Proximus, quem ab hoc numerem, etſi aliquanto relictus intervallo, erit *Leonardus Aretinus*, ipſe quoque vir, in quo nihil ingenii defuiſſe intelligo, nihil veræ perfectæque facundiæ. Par fere laus *Franciſci Poggii* Florentini: diligentiæ forſan aliquid plus deſideraſſes, ſed id quoque communi temporum vitio tribuendum ſtatim docuimus. Aliquanto plus caſtigationis in *Laurentio Valenſi* Romano, ſed in quo minus videas leporis & gratiæ, ſummus tamen, quum ſeſe efferre conatur. Huic ſtatim adſciſcendus *Franciſcus Barbarus*, Venetus: nam & hujus opera aliquot egregiis monumentorum ſcriptis enituit. Eſt & tum in pretio habitus *Guarinus Veronenſis*, ſenior, terſus & elegans ſcriptor, *Franciſcus* quoque *Patricius*, Senenſis, aliquot operibus, à ſe editis, ſatis declaravit, quantum, ſi diligentius anniteretur, præſtare potuiſſet. Nam *Æneas Sylvius*

Picolhomineus, & ipſe Senenſis, qui poſtea *Pius* II. Pontifex, quo minus majeſtatem impleꝛit ſummi oratoris, impeditus turbinibus negotiorum videtur, dignam tamen quovis attulit Oratore indolem ad ſcribendum, copia alioquin, varietate, elegantia, facilitate nulli ſecundus. Laudavit tum illa ætas quoque *Beſſarionem* Nicenum Cardinalem, Græcum natione, ſed qui ingenium peregrinum pulcre cum Italicis artibus miſcuiſſet. *Nicolai* quoque *Perotti*, Archiepiſcopi Sipontini, laus notior eſt, quam ut à me multis prædicari debeat. Sed piaculi loco mihi ſit, ſi in hoc albo præterierim *Jo. Antonium Campanum*, Epiſcopum Aprutinum, omnibus pæne abſolutum numeris Oratorem, & in quem ſua munera effuſiſſime natura contuliſſet. Neminem cum hoc de principatu laudis conferendum putarim, ſi à *Cicerone* in ſuam usque ætatem quoscunque optimos ſcriptores numeres. *Lactantium* forte aliquis prætulerit, ſed hujus opera in paucis exercita, laudem ſe dignam vix invenit. *Campani* omnia ſupra communem opinionem fidemque naturæ, ut paucis cuncta abſolvam. Fuere tum in magna celebritate plerique alii ſcriptores, quarum ſaltem citabimus nomenclaturam, quo parcam tædio multæ lectionis, ceu *Petrus Paulus Juſtinopolitanus*, *Donatus Accialus*, *Matthæus Palmerius*, *Lippus Brandolinus*, Florentini omnes, *Maphæus Vegius*, Laudenſis, *Joannes Auriſpa*, *Jo-*

annes

dinus Tortellius, Antonius Luſcus Vicentinus, Gregorius Tiſernas, Blondus Flavius Foroliviensſis, Antonius Tudertinus, Pomponius Lætus Romanus, Baptiſta Platina Cremonenſis, Domitius Calderinus Veronenſis, Petrus Marſus ſenior, Dominicus Sabinus. Hic libet finem imponere ſcriptoribus, qui præceſſerunt uſum & frequentiam Chalcographiæ. Poſſem quoque ingentem multitudinem afferre excellentiſſimorum in omni genere artium ſcriptorum. Sed quoniam probari lucidius poteſt, id quod quærebamus, productis quaſi in aciem optimis clariſſimisque viris ſtudio eloquentiæ præditis, reliquos conſulto prætermiſimus. Igitur facto fini ſcriptorum excellentium, illuſtriumque recenſendi catalogi, illud in univerſum modo dixiſſe ſufficiat, eos omnes, quos recenſuimus, viros, nullo Chalcographiæ adminiculo fretos, ſed docta paucitate electiſſimorum ſcriptorum contentos, totisque ſtudiis ad æmulationem intentos, ad tantum faſtigium tum doctrinæ tum eloquentiæ perveniſſe, ut ſi quis ſitus ſqualorve relictus à vetuſtate fuiſſet, ille tot doctiſſimorum hominum fuerit ingenio, & opera abſterſus, proque rubigine nitor, pro ruditate ſucceſſerit eloquentia. Quod, quo adhuc manifeſtius fiat, expendantur, ceu ad trutinam, frequentatæ initia Chalcographiæ, profecto conſtabit, tum primum inclinatam eloquentiam, multum de priſtinis viribus amiſiſſe.

Id vitii autem inde accidiſſe video, quod facta diſſeminatione librorum, auctaque nimia copia, neceſſe erat pariter accidere, ut hominum quoque ingenia pari aviditate caperentur in deguſtanda varietate ſcriptorum, quippe cujus magna ſit illecebra.

Quocirca huic ſtudio atque voluptati inſervitum à Typographis eſt, non tam quærentibus utilia, quam varietate delectantia ſubinde in lucem dare. Verum quantum hac in parte conſultum fuit amœnitati, tantum acceptum nocumenti à ſtudio variæ lectionis. Ut enim cibus ſimplex optimique ſucci facile à ſtomacho valente concoquitur, atque in legitimum ſanguinem transmutatur: Ita quoque ſimplici optimorum Scriptorum lectione ingenium alitur & confirmatur, ad imitationemque ſui ſtylus ipſe conformatur. Rurſus quemadmodum à varietate ciborum atque condimentorum ſtomachus fluctuat, laboratque in perficiendo, nec optimus ſanguis creatur, ſed varius & inæqualis, pro natura & qualitate ciborum, ita quoque à frequentatione variæ lectionis, inæqualis ſuique diſſimilis naſcitur ſcriptio. Quocirca qui juventutem ad ſtudia recte inchoanda tractandaque hortantur, illud præcipere ſolent, ut bibliotheca non magis promiſcua multitudine ſit referta, quam ſelecta paucitate librorum optimorum inſtructa, ne in morem faſtidientis ſtomachi, nunc de hoc,

nunc

nunc de illo modicum quid carpendo, ingenium minus impleatur. Sed quemadmodum bene commanſus attritusque cibus levius concoquitur, perficiturque nutritque melius, ita quoque bene diuque penſitata lectio optimorum ſcriptorum optime inſtruit alitque ingenium. Refer nunc, ſi libet, mentem, memoriamque revoca ad tempora, quibus primum inolevit imprimendorum librorum uſus, quotusquisque optimus ſcriptor numerabitur usque in ætatem noſtram? Dum optimos nomino, intelligi eos volo, qui proprietatem & decus Romanæ eloquentiæ retinuerunt. Quo ſane malo agnito animadverſoque exorti ſunt noſtra tempeſtate, qui modis omnibus dehortarentur juventututem à ſtudio variæ nimium, promiscuæque lectionis, delectumque præponerent optimorum, facta cohortatione invitationeque ad æmulationem divinæ Ciceronis eloquentiæ, confirmata fide perſuaſionum, ſuismet quoque exemplis atque relictis monumentis, & quidem probatiſſimis celeberrimisque. Quo in genere laudis ſummi habiti ſunt habenturque, *Pet. Bembus, Jacob Sadoletus, Chriſtoph. Longolius*, & qui hos aliquanto ſpatio temporum præceſſit, *Paulus Corteſius*. E diverſo licet recenſere aliquos vulgari quidem perſuaſione eloquentes habitos, quia elegantes & venuſtos; revera varios, diſperſos, inæquales, inconditos, quod ideo

eo accidit, quia videlicet in magna librorum copia atque varietate conſimilem lectionis faciem ſcribendi aſſumſere. *Angelum Politianum*, hominem quidem prædoctum, ſua ætas demirata eſt, tanquam ſumme eloquentem; unus tunc repertus *Paulus Corteſius*, qui ſtaret adverſus hanc paſſim receptam opinionem. At certe *Politiano* in deliciis fuere floſculi Gelliani, bracteæque Plautinæ, & Varronianæ, ex quibus ſerta ſuæ ſcriptionis componeret, interim tamen aliquid proprium & peculiare habens, quod arguta feſtivitate ſua commendetur. Hujus aliquid ſimile habuit *Jovianus Pontanus*, ſed in quo tamen minus affectionis cerneres. Nam *Georgius Merula*, Alexandrinus, bonus ſcriptor haberi poterat, ſi parem ingenii animique moderationem ad calamum attuliſſet. Itidemque *Valla Placentinus* & *Marſilius Ficinus*, ſi officium oratoris intra terminos docendi conſiſteret, non etiam delectatio peteretur. *Hermolaum Barbarum* ſatis vindicant duæ tresve orationes à nota infantiæ, illic enim ſumme diſertus eloquensque repertus. Reliqua fere amator Plinianæ proprietatis atque brevitatis; clarus tamen in docendo. Conſimilis fere phraſis *Petri Criniti & Raphaëlis Volaterrani*, niſi quod in hoc paulo plus leporis. *Phil. Beroaldum* autem & *Jo. Baptiſtam Pium*, Bononienſes ambos, neſcio quod conſilium quive caſus deduxit ad æmulationem picturatæ illius Apulejanæ

ſa-

facundiæ. In ſumma, à multiplicatione nimia librorum cujusque generis, atque à lectione promiſcua ac varia conſimilia genera ſcriptorum ſurrexere, factumque, ut ingenia quædam non peſſima, peſſime tamen ſcriberent, ut magnas illis adhuc immortalesque gratias habendas profiteor, qui malo, ſero quidem, ſed tamen aliquando deprehenſo, indicatoque renovarent ſtudioſam juventutem à vago incertoque curſu ſtudiorum, ad certiſſimam quandam ſemitam, optimamque diſcendi ſcribendique formam. Ac ne illud quidem interim omittamus, minuere admodum profectum ſtudiorum atque litterarum tot excogitata editaque compendia, ut *Marii Nizolii* in *Cicer.* neſcio quot & quam varios præ ſe Indices & titulos ferentia, *Epitomes*, *Elenchi*, *Collectanea*, *Rhapſodiæ*, *Repertoria*, *Poſtillæ*, *Abbreviaturæ*: quæ quidem compendia, etſi ex parte vetuſtis quoque fuerint adhibita temporibus, valde tamen parcus ac ſobrius exſtitit uſus, comparataque potius gratia juvandi ingenii, recolligendæve memoriæ videntur, quo levaretur labor quærendarum rerum alias perceptarum, quam quod converterentur ad patrocinium ſegnitiæ & deſidiæ. Atqui noſtris temporibus ſatis viſum plerisque eſt, frigido alicui Epitomaſti operam datam, ipſis prototypis auctoribus ſalutatis ſaltem à limine. Quorum tamen teſtimonio libenter in fide

liberanda utuntur, quando auctoritas ipſius Epitomaſtis fere eſt levior. Et quoniam otio & quieti plerumque genus mortalium ultro vacat, lectionisque multæ ac frequentis tædet, facile repertus ſemper eſt Chalcographus, qui adductus ſpe quæſtus, deſidiæ ſubſcriberet, gratificareturque in compendiis excudendis, quod mercem vendibilem ſeſe intelligeret habiturum. Quamquam intolerabiliores omnino, qui non ſolius rerum cognitionis cauſſá, ut multi, ſummam compendiorum percurrunt, ſed inſuper ſtudio contrahendæ ſuppellectilis, qua libros à ſe compoſitos atque mox edendos inſtruant. Tametſi interim ſeſe Midas aliqua ex parte prodere conſuevit, ut juſta quadam compenſatione ignominia & dedecus pro ſperata gloria referantur. Etenim docto ac prudenti lectori facile omnino datur diſcrimen ingenuæ ſimplicisque juxta ac acceſſitæ mutuatæque ſcriptionis atque ſtyli. Atqui diceret hic aliquis: Numquid igitur tu nullam admittis iterationem rerum antea ſcriptarum? Admitto, inquam, ſed ita demum, ſicuti Prætor concedit novum tignum immitti inædificarique ſacris locis, hoc eſt, ſi à nova illa fabrica reddatur facies templi ornatior, non autem deformitatis aut incommodi aliquid accipiatur, ut in Pandectis Titulo: *Ne quid in loco ſacro fiat.* At vero hodie quotics commode & optime olim ſcripta traditaque

vi-

vidimus licentia & libidine multorum in aliam formam tranſſumta, hoc eſt, polluta atque conſpurcata, ut præſtitiſſet ſuasmet ineptias quemque talium ſcriptorum imprudenter ſeorſum inculcaſſe, quam in alieno turpiter fuiſſe ingenioſum. In tantam audaciam & ſcelus vehementius etiam eſſet perorandum nobis, ſed vincit facultatem ſcribendi indignitas facti. Itaque hoc loco prætermiſſo, præſertim, quum cuilibet non ignaro rerum, facile conſtet, quid tam nefario flagitio debeatur. Citabimus exemplum *Lazari Benamici*, Baſſanenſis, in omnem ætatem memorabile: Hic vir quod in ſummo concurſu celebritateque litteras Græcas Latinasque Patavii profiteatur, in maximaque verſetur auctoritate nominis, frequenter rogatus, cur non ipſe quoque, in tanta turba ſcriptorum, quibus orbis terrarum affluit, aliquid monumentorum proferret in lucem? reſpondiſſe fertur, tantiſper ſeſe à ſcribendis edendisque abſtinere libris velle, donec aliquid ex ſeſe novum invenerit, aut ab aliis bene inventa meliora ſe redditurum ſperet. Itaque hac ille ſententia atque reſponſo, publicis jam celebrato vocibus, quaſi tacito quodam convicio, & repercutit multorum impudentiam temeritatemque ſcribendi, & ingenuitatis modeſtiæque ſummam refert laudem. Haud multum diſſimili eventu ac gratia amplitudinem famæ conſecutus, quam

Cato Porcius olim. Quum enim interrogaretur: Cur non ipſe quoque ſibi ſtatuam in foro populi Romani ſineret collocari: quod multi meritis aut pares aut inferiores erga S. P. Q. Romanum, ſtatuas ſibi erectas obtinuiſſent? Tum ille, malle ſe, ait, quæri à ſua poſteraque ætate, cur *Cato* ſibi ſtatuam poni noluiſſet, quam quod poſita eſſet. Subindignatus vir juſti tenax videri poteſt crebritudinem ac frequentiam honoris paſſim multis impertiti, qui ſaltem debebatur patriæ conſervatori liberatorive. Itaque multorum memoria, quorum ambitioni datus honos fuit ſtatuæ, ſimul cum ipſis ſtatuarum interiit monumentis. *Catonis* & nomen & gloria rerum geſtarum hactenus celebrantur, ſemperque celebrabuntur. Sed ne longius digrediamur ab eo, quod paulo ante poſitum fuit, ubi interrogabatur, quatenus liceat iteratio mutatione ſcriptorum alienorum: illud quoque confitemur faciendum à ſcriptore iſto ſecundario, ut bona fide uſus, nequaquam diſſimulet acceptam aliunde opportunitatem, atque ſubſidia inventionis propriæ, adauctæve copiæ. Sed limitibus ſui officii, operæ, diligentiæ contentus, nihil ſibi ſumat ultra profeſſionem argumenti ſuſcepti, interpres interpretis, Paraphraſtes paraphraſtis, Dogmatiſtes dogmatiſtis nomen ſibi adſcribat atque uſurpet, minime in ſe translaturus & meritum laboris

ris & gloriæ jus alienæ. Suſpectamque perpetuo habeat obſervationem, diligentiam, judicium, peritiam lectoris, ut necubi deprehendatur poſſeſſor malæ fidei. Equidem fateor, me interdum advertiſſe annotaſſeque male diſſimulata furta ſcriptorum, haud infimæ notæ. Abſtineo citandis nominibus, ne vel incivilis atque ingratus videar male merita cum bene meritis confundendo, vel prodigus aliorum famæ furta effundendo. Et re vera ſunt ejus generis ſeu furta, ſeu mutationes ponendæ in ſummo gradu injuriæ. *Plato* quidem ipſe tantum abeſſe ab officio boni hominis dicere ſolebat, profiteri quem, ſe ſcire, quæ neſciat, aut ignorantiam diſſimulare ſuam, atque eum videri ſe velle, qui quis non ſit, ut ultimi ſceleris & extremæ injuſtitiæ totum hoc mendacii genus eſſe cenſuerit. Quodſi ille ne in circulis quidem admiſiſſet, quo animo toleraviſſet in publicis librorum inſcriptionibus atque monumentis; Contingit autem id vitii eo fere, quod plerique, qui ſe ad ſcribendum dant, etſi decus & amplitudinem probatiſſimorum ſcriptorum ſeſe minus aſſecuturos intelligant, ordine tamen, brevitate, diſtinctione, candore, commoditate, ſuperiorum temporum induſtriam à ſe æquari poſſe ſperant. Atque hic ad comprobationem exempli quoque *Piſiſtrati* Tyranni meritum proponitur; qui primus omnium *Homeri*

meri

meri libris, vaſtis & confuſis, ordinem diſtinctionemque dederit. Obtenditur *L. Florus*, qui immenſum illud opus hiſtoricum *Titi Livii* ad compendium contraxerit. Ac neſcio, quæ alia exempla citantur: Nam copia ne nobis quidem deeſſe poterit. Qui igitur his artibus famam petunt, ſatis habent, ſuum nomen in mediocri aliqua laude verſari apud turbam vulgarem, quam quod affectant ſe à cœtu quoque eruditæ paucitatis celebrari. Namque hoc deſperant præ infirmitate virium, illud ſuæ induſtriæ diligentiæque merito credunt tribuendum: ut jam verum intelligas illud olim à *Plinio* Novocomenſi, in epiſtola jactatum, plus omnino delectari homines fama ampla, quam magna. Quibus tandem effectum rationibus eſt, ut alii iſtius generis ſcriptores poſt alios exorti, laudem præcedentium, pro ſuo quisque ſenſu atque judicio, ſint vincere conati. Unde ſucceſſit, ut in repetendis antea ſcriptis, nullus fuerit, neque finis, neque modus habitus. Quanquam quod ad ipſam diverſitatem varietatemque ſcribendi formarum attinet, minus forte illic peccatum exiſtit, quam quod in ſuſceptione tractationeque certorum argumentorum admittitur: illic inſcitia & ineptitudo plerumque eſt in culpa; hic perperam ſcribendo error, ſtultitia, malignitas accuſantur. Quam multos hactenus libellos vidimus, partim impios in Deum Divosque, partim ſcur-

ſcurrilitate aut maledicentia offendentes ſimplices piasque mentes, partim contumelioſos in ſuperiores; quales olim *Famoſi* proprie dicti: adde quoque alias ſuppreſſis, alias mentitis auctorum titulis, editos libellos. Latiſſimus patentiſſimusque hic offerretur campus exſpatiandi incurrendique in hoc genus dementiæ atque flagitii. Sed habebitur otii noſtri ratio quoque, utpote melius diſpenſandi, quam quod in ejusmodi nugis atque tricis conteratur refellendis, ne in illud crimen, quod in aliis redarguimus, ipſi quoque labentes, ineptire cum ineptis videamur. Diximus de variis ſcriptorum peccatis, gradu quidem & conditione differentibus, omnibus tamen gravibus, minimeque poſthac ferendis, ſi fructum dignitatemque ſtudiorum atque litterarum conſervare cupimus. Si publicam quietem, tranquillitatem, uti oportet, exoptamus. Si denique ſalvam Rempublicam volumus. Unum adhuc paucis taxabimus, leve quidem ad ſpeciem; utique grave, quippe à graviſſimo animi morbo ortum. Illud nimirum eſt: editionum præcipitationis, originem habens ab arrogantia amoreque ſuimet proprio, fomite malorum omnium. Alibi fortaſſe animi perverſitate delinquitur, hic judicii quoque: dum ſuæ ſententiæ blandientes, aliena ſuffragia minime putant exſpectanda. Quo in genere atque uſu ſcribendi collatis ſtudiis,

ju-

judiciisque vetuſtatis cum noſtræ tempeſtatis, mirum quanto diſtamus intervallo. Priſci olim ſcriptores opera ſua maturo judicio expenſa pertractataque, ſero timideque tandem edidere, imo quidam viventes ſuppreſſere. Et niſi falſa eſt hiſtoria, *Virgilium* ſua amburenda referunt teſtamento juſſiſſe. At noſtrorum Germaniæ ſcriptorum multi abſque rivali ſe amantes, ut eſt in proverbio, ut quemque ſtatim in mentem venere *utcunque*, ita calamo prælisque non dubitaverunt mandare, æternitatem ſcilicet continuo habitura. Veruntamen rei melius probandæ ac convincendæ redarguendæque vanitatis gratia adducemus paucos quosdam ex acie illa priſcorum ſcriptorum, ut eorum cognita modeſtia, cunctatione, verecundia, melius ex adverſo pateſcat hodierni temporis temeritas, impudentia, feſtinatio in edendis libris. Interim dum nemo ſcriptorum noſtræ ætatis nominatur, nec univerſi perſtringuntur, tutum me à calumnia puto futurum. *Virgilium*, quo nemo poeta Latinus melior, totos duodecim annos conſumſiſſe in libris Æneidos componendis, fama eſt. *Iſocrates*, ſummus Græciæ orator, Panegyricum conſcripſit, decem annorum ſpatio, qui parciſſime dicunt, elaboratum. Et *Cinna* Smyrnam, ejus ſimili opus, novem annis abſolvit, ſi credimus *Fabio* libro decimo, capite quarto, id recitanti?

ti: ne tanquam leve, aut unius ſaltem *Horatii* conſilium putemus de premendis in nonum annum libris, priusquam evulgentur. *Plinius* quidem, tantus ſcriptor, teſtatur in prologo Naturalis hiſtoriæ, ſe uſum lectione circiter duorum millium librorum, priusquam illud immenſum & operoſum de natura volumen confeciſſet. Unde facilis datur conjectura unicuique prudenti, admodum multum temporis atque laboris interveniſſe, antequam & tot ille libros expendiſſet, & ſuo illi operi incluſiſſet, ut interim omittantur, quæ aut prius ignorata, aut poſtea inventa, ſe commemorat adjeciſſe. Verum ne ſola priſca admiremur & laudemus, *Hermolaus Barbarus* Venetus, tantæ vir doctrinæ, ut pauci adverſus ipſum nominentur, non ſuſtinuit prælo excudi illud excellentiſſimum ac diu multumque deſideratum opus *Corollariorum*, donec ſe mortuo *Didymus Fertinus*, Anagnoſtes ipſius, edendum curavit, ſi fides *Baptiſtæ Egnatio* in præfatione ſuper Corollaria. Sed enim in univerſum & *Cicero* & ſummi alii oratores olim, etſi diſertiſſime ornatiſſimeque cauſas dixiſſent, orationes tamen ipſi ſuas aliquanto ſpatio temporis ſepoſitas, jam novitatis gratia plauſuque populari remiſſo, in manus reſumere, nec niſi lima appoſita ſolebant edere. Magna profecto modeſtia tantorum virorum, magnus pudor, & qui pudorem illico incutiat iſtis levi-

vibus & momentaneis ſcriptoribus ſomnia nocturna prælo committentibus poſtero mane. Et ut verum fatear, ipſe quoque in media cogitatione hujus rei incipio inſtare mihimet, & manibus ſcalpere frontem, quod niſi inveteraſcenti uſitatoque vitio, de quo agimus, tempeſtive pharmaco intelligerem occurendum, ſubſiſterem differremque in tempus aliquod evulgationem hujus mei paucis diebus confecti libelli. Quanquam autem ab opere aliquo ſubitario licet accipere ſpecimen, & intuei imaginem ingenii, abſolvi tamen perficique egregiæ & excellentis alicujus artis opus, niſi maturo otio, nequit. Et illa fruges firmior omnino, nutriendique vi majore, *bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit*, ut poeta ille inquit; & a pluvia æſtiva autumnalive, ut ſolet, naſcentes fungi repente vaneſcunt; & inſectorum genus ferme totum, præſertim humi repentium, parum temporis durant.. Suntque interea, quæ unum ſaltem diem ſuperſunt, *Ephemera* idcirco dicta. Contra Elephanto, quia geſtatur utero toto biennio, ut ajunt, qui minimum temporis definiunt, vita prorogatur in ducentos trecentosve annos,acciditque illud in univerſum, quod in his formandis fingendisque plurimum elaborarit natura, in illis minimum. Conſimiliter exiſtimemus cenſeamusque de artificio & uſu ſcribendi, quod illi demum operi poſſit quæri æternitas, quod diu-

diuturnus ſtylus effinxit, exquiſitum judicium temperavit, labor multus perfecit.

Summa tandem ſit omnium eorum, quæ hucusque diximus, & de variis formis ſcribendi, & de feſtinatione editionum. Peſſime omnino de ſtudiis litterarum & de Republica promeritam Chalcographiam, quæ tantæ multorum ſcriptorum inſolentiæ, cupiditati, ambitioni, arrogantiæ, ſtultitiæ, licentiæ ſemper præſto adfuit, officium ſuum ſedulo ſtrenueque executa. At vero objiciuntur forſan bene merita ipſius chalcographiæ.

Hæc vero tria potiſſimum numerari poſſe video. Primum, quia levat ſcribendi laborem, officium ſupplens calami. Secundum, quia lucro ſervit: etenim multo minore ſumtu impreſſi codices conſtant, quam ſcripti. Tertium, quia provexit amplificavitque nomina ſcriptorum aliquot, quæ alias forte in obſcuro delituiſſent. Tria hæc breviter perſequar ex ordine, ſed ita, ut neque veræ laudes chalcographiæ à me attenuentur, neque falſæ ſupprimantur.

Fatemur quidem neceſſario, munere ipſius chalcographiæ factum, ut multis parſum hactenus laboribus fuerit, parcaturque hodie, habendas quoque gratias primo inventori. Civem fuiſſe Moguntinum referunt, ex genere eorum, qui *Schœferi* dicuntur: quamvis ad alios origo inventi à quibusdam refertur. Certe oſtendimus nos dolere illapſam cor-

ruptelam in rem optimam; querimurque opportunitate inventi hujus homines pleroſque ad privatam abuſos libidinem animi. Veruntamen eſt adhuc, quod confirmare audeamus, haud pares vulgari opinioni utilitates nobis à chalcographia proveniſſe. Nam quid tandem magnum contulit, ſi ſcribendi onus & neceſſitatem, ut iſti forte prædicarent, nobis ademit? quum quantum manus à labore ſcribendi, tantum fere ingenium vacat à profectu diſcendi. Etenim erat mos, nondum inventa chalcographia, ſcribendi in pugillaribus, aut certis breviuſculis verbis integros ſenſus circumſcribere, aut celerrimos ducere notarios, qui dictitata exciperent magiſtrorum. Unde exiit *Martialis* illud in diſtichis:

Currant verba licet, manus eſt velocior illis:
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Talem primam obſervationem atque ſcriptionem, qualem triplicem oſtendimus, altera ſequebatur, quæ itidem erat vice repetitionis rerum perceptarum; qua ſane repetitione memoriam magis confirmari augerique erat neceſſe, quam ſola lectione. Hæc namque fere fit perfunctorie, ut quaſi delibationem putes, illa majore cum attentione atque ſedulitate, ſic, ut ingenium in res ſcriptas paulo magis affigi intelligatur, habeatque hoc genus obſervationis propriam vim & *ἐνάργειαν* excerptorum ex ore magiſtri di-

dictatorum. Hic ſi quid ineſt tædii, totum illud oritur ab ingeniorum animorumque ſegnitie, per ſe videlicet nata laſſitudinem accelerare. Quodſi quis ab initiis ætatis ad diſcendum habilis (definitur autem à primo ſeptennio, quamvis *Fabius* inchoandum putat tempeſtivius) ſi puer primum ab eo tempore ſcribere libros incipiat, pagina una plus minusve per diem abſoluta, quantus, inquam, ſurgeret acervus librorum labore in adoleſcentiam usque continuato? Præterea conſulitur valetudini quoque ſcribendi exercitio. Quodſi in gente medicorum illa in univerſum laudatur exercitatio, quæ eſt placidiſſima, quaque ſimul eodem tempore animus & corpus intenduntur atque moventur, ſicut ſcriptum reliquit *Galenus* in libello *de exercitatione parva pila*; ſane hæc exercitatio ſcribendi eſt minime laborioſa, ac niſi quod pedibus datur quies, thorax ipſe & tota pars corporis ſuperior una cum manibus exercentur; quanquam & ipſi pedes quoque, etſi obſcura eſt animadverſio. Quodſi utique non eſſet, liceat tamen ſubinde poſito calamo nonnihil prodeambulare. Nam ingenium una cum corpore exerceri inter ſcribendum, paulo ſuperius eſt demonſtratum. Quodſi dolore pedum quis afficeretur, & huic quoque malo ſuccurret uſus calami, quaſi per *ἀντίσπασιν*, dolore, inquam, non intentiſſimo vacanteque tumoris, nam alias

alind foret agendum. Et habeo quidem ſententiæ meæ auctorem *Galenum*, cujus hæc ſunt verba Lib. V. de ſanitate tuenda: *His, qui imbecilles ſunt cruribus, ſuperioribus partibus exerceri, magis eſt ex uſu, quales χειρονομίαι, ἀκροχειρισμός, diſci jactus, alterum uſus.* Hæc ille. Quæ quanquam ita ſe habent, tamen cauſa ſententiæ Galenicæ commodius interpretandæ. (Nam contradicere quis auderet?) illud obiter interjicimus, non requiri paſſim ac in univerſum tam robuſtas exercitationes, quales, quæ alteribus fiunt, id quod nec *Martialem* latuit, cujus eſt hoc diſtichon in Apophoretis:

Quid pereunt ſtulto fortes altere lacerti?
Exercet melius vinea foſſa viros.

Neque vero potuit alterum uſus eſſe diverſus *Galeni* tempore, quam *Martialis*, ſiquidem aut æquales fuere, aut proximi ætate. *Martialis* ætas in *Domitiani* Cæſaris, *Galeni* in tempora *Trajani* & *Hadriani* incidit. Hos autem interfuit *Nerva* medius, qui parvo tempore ſedit. Quodſi dedecet alterum exercitatio, multo magis illæ valentiores, quales ſunt, quæ fiunt harpaſtis, itemque τραχηλισμοὶ, & hæ quoque manuum ſunt exercitationes, nam eæ aptiores forte palæſtritis, pro, inquam, iis omnibus, una illa, quæ ſcriptione fit, ſufficiens atque idonea erit exercitatio. Propterea, quod ſicuti mox attigi, agit, movet, inflectit univerſum corpus.

Ad-

Addo vero, quod non cruribus ſolum, ſed proximis quoque ſitu membris, veſicæ ac renibus forte laborantibus, remedio eſt manuum exercitatio, ſi modo recipimus *Galenum*, id loco ſtatim citato confirmantem. Tum vero, ut mea fert conjectura atque opinio, ſalubritati cerebri quoque ſuccurretur leni manuum exercitatione. Sic, ut neceſſe ſit cum digitis pariter quoque cerebrum exerceri, ſed molliter & placide, aliena opera, cen vehiculo quodam agitatum, id vero eo eſt, quod cognatio & quaſi συμπαθία quædam cerebro eſt cum manibus ipſis. Etenim à cerebro ad manus ipſas proxime derivantur nervi, & quidem maximi, poteſtque mutua illa cognationis affinitas intelligi à motibus animorum, vel imprudentibus nobis. Quæ etiam cauſſa olim fuit illis ipſis dicendi magiſtris atque moderatoribus affectionum noſtrarum præcipientibus, ne novus ille orator, quem ſibi inſtituendum ſumſere, indecorum ineptumue quid admittat geſtu manuum. In quam ſententiam plura dici poſſent. Sed ſubſcribemus verba *Fabii Quinctiliani* è libro XI. Oratoriarum Inſtitutionum. Sic enim ille: *Manus vero, ſine quibus trunca eſſet actio ac debilis, vix dici poteſt, quot motus habeant; quum ipſam verborum copiam perſequantur: Nam cætera partes loquentem adjuvant, hæ, prope eſt ut dicam, ipſæ loquuntur. An non iis poſcimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? ſupplicamus*

pli-

plicamus! abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, triſtitiam, dubitationem, confeſſionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus oſtendimus? Multa huc afferri à me poſſent, ſed eſt adhibendus modus, ne conſtitutos terminos exire velle videamur. Quæ tamen eo fere pergunt omnia, ut doceamus, nequaquam in odio vel in tædio habendum ſcribendi laborem, quippe qui, præterquam quod mirifice inſervit ingeniis & memoriæ, robur inſuper valetudinis & virium nonnihil adjuvat. Nam quod quis forte diceret, adhiberi in Chalcographia quoque exercitationem manuum, eoque paria facere cum ſcriptione: hic reſpondeo, diſtare plurimum inter exercitationem, quæ obiter ſtatisve intervallis fit, & exercitium perpetuum atque laborioſum: illa liberalis, hoc ſervile: illa ſæpe numero animi gratia, hoc quæſtus cauſa adhibetur: illa remanet fere intra metas laſſitudinis, hoc ad fatigationem usque frequenter producitur. Quanquam ſi utique ſcriptio ipſa ſit pro opificio atque jugi quæſtu, quia tamen inter minime laborioſa opera recenſetur, diverſo exemplo à multis mechanicis artificiis, paulatim vires corporum exhaurientibus, non ſolum absque ulla noxa, verum etiam, ſicuti dictum eſt, magno cum fructu valetudinis exercetur. Quid quod ſcribendi ars nobilitate quoque præſtat? Etenim ſi artes omnes à propoſito

fine,

ſine, ad quem tendunt, commendationis plus minusve accipiunt, ſicuti *Ariſtoteles* ipſe prodidit in Ethicis, eoque artem faciendorum frenorum antefert quibusdam humilioribus opificiis, quod ſerviat militiæ (id enim exemplum declarandæ rei cauſa libet apponere) quis dubitet artem ſcribendi nobiliſſimam, quum ab ea profecta ſit humanitatis ipſius cognitio, imo vero in ea omnis quaſi contineatur humanitas, concidiſſetque memoria rerum omnium, quas ingenia mortalium didicere, niſi fidei cuſtodiæque calami commiſſæ, in univerſam usque poſteritatem fuiſſent propagatæ? Nam quod quis forte objiceret, idem quoque præſtari à chalcographia, dico, ejus eſſe ſecundariam, atque vicariam operam. Secundariam, quia excipit prius ſcripta. (Etenim quis unus omnium Chalcographorum pari celeritate felicitateque ſubſequi queat lecta, auditave, quam facit calamus: hujus enim promta, facilis, parata opera, illa indiget temporis & meditationis in collocandis diſponendisque formis.) Vicaria autem eſt opera Chalcographiæ, quia locum implet miniſtrantis ſervi. Et ut apertius rem deſignem, par mihi ſimilitudo eſſe videtur Chalcographiæ ad ſcriptionem, qualis eſt picturæ ad res animatas. Ut enim ea potiſſimum placet pictura, quæ rebus ipſis quandam quaſi vividitatem dare novit, ita qui formis æneis libros exeudunt, ita demum

officio ſe probe functos arbitrantur, ſi aptiſ-ſime imitentur ſcriptos belle caracteres, ipſa videlicet arte totis viribus quaſi ad æmulatio-nem naturæ contendente. Tametſi una ad-huc in re vanus imitationis conatus, namque in efformandis minutulis characteribus, inge-nium ſcribendi non ſolum negat facultatem imitationis Chalcographiæ, ſed ſpem quo-que eripit, quaſi dedignata æmulationem ar-tis elegantia ſcriptionis. Quodſi præcipua laus & nobilitas picturæ conſiſtit in ſecandis ducendisque tenuiſſimis lineis, principatum-que artis tulere *Apelles & Protogenes*, quod ſub-tiliſſimas notas viſum quodammodo effugi-entes delineavere; quis jam dubitet, quanto ejus ingenii artificiique opus propius aſſequa-tur ſcriptio, quam impreſſio characterum. Etenim traditum memini à *Plinio* libro ſepti-mo hiſtoriæ naturalis, ut exemplum aliquod admirabile adferamus, Iliada *Homeri* ſcri-ptam in membranis, incluſam fuiſſe in unius nucis anguſtiis. Miranda profecto ingenii ſubtilitas & incredibile artificium, niſi inte-gerrimus probatiſſimusque referret auctor. Certe ne decem quidem nuces comprehen-derent excuſam prelo Iliada, ut interim ſint ex majoribus iſtis, quas baſilicas dicunt. Quanquam ſi Chalcographia ipſa æmulari cupiat ductus formarum tenuiſſimarum, fru-ſtra tentetur labor, ipſa videlicet charta plus ſatis atramenti abſorbente. Et ſi utique ſtu-

diu-

dium illud aliquo usque porrigatur, ad majorem tamen offenſionem lectoris experimentum illius felicitatis cedat, quam ad laudem artis; Et profecto ingratus damnabiliſque eſt uſus ſubtilitasque ejus artis. Unde gloria quæritur artifici, detrimentum autem ab illo accipitur, in cujus miniſterium ars ipſa paratur. Quodſi in univerſum characteres impreſſi omnes natura apti ſunt retundere hebetareque aciem oculorum, quanto majus erit peccatum exilium ſubtiliumque notarum? In quam me commentationem deſcendentem ſubit ſtatim admiratio ejus noxæ atque maleficii, cauſamque pernoſcere geſtio, quæ, quantum ego ratione & ingenio poſſum conſequi, fortaſſe ducatur à ſiccitate coloreque, quarum veſtigia qualitatum æneæ formæ impreſſa chartis relinquant, quæ tamen vis per ſe infirma imbecilliſque foret, niſi concurſu conſimilium quoque qualitatum juvaretur augereturque. Primum quidem atramentum, cujus in officinis librariis uſus, conficitur ex pice, reſina, oleo lini, abraſa è caminis fuligine, cœpe, minio, quarum rerum aliæ ſunt qualitatis ſiccæ calidæque, aliæ à proprietate ſubſtantiæ oculis inimicæ, minium vero etiam inter venenoſa reponitur. Certe omnes eæ materiæ à violentia ſuarum qualitatum munimentum ſibi aliquod apponi volunt à temperantibus miſcentibusque atramentum chal-

cographicum, quum ne ſic quidem malignitatem ſuam amittant. Deinde eſt ipſa charta quoque paris ferme qualitatis cum illa, unde conficitur, materia. Fit autem ex lino & glutine, prævalet vero ſiccitate, id quod ex celerrima deflagratione cognoſcitur, quin & ambuſtæ chartæ cinis refertur a *Galeno* libro 8. de facultate ſimpl. Medic. inter medicamenta exſiccantia. Sed & caloris vis ipſo tactu prompte percipitur. *Cujus*, inquam, *ſenſus judicium in certis, ambiguis, manifeſtis, obſcuris qualitatibus requirendum* docet *Galenus* l. 2. & 3. de facul. ſimpl. medic. Certe, ſi chartam in ſinum inſeras evidentem caloris ſenſum percipies. Et forte caloris qualitas augetur quoque à levigatione chartarum. Fit autem illa intinctu aquarum alumine infertarum. Candor porro & polities chartarum in oculos quaſi vibrantes, & ex quoque qualitates, ſecundariæ appellatæ, adverſantur oculis. Denſitas quoque & durities tacitam quandam ac vix ſtatim explicabilem vim habent renitendi adverſus aciem oculorum, præſertim ſi diutius inibi figatur acies contentius intuendo. ſicuti contra mollia raraque, quaſi nonnihil cedentia, juvant facultatem videndi, quædam etiam delectant, ſicuti præterfluentes rivi, quos ſimul conſequi oculi, cum eisque quaſi natare ſibi videntur. Nam hanc ſimilitudinem, ut in re parumper obſcura, admiſcere libuit.

Quan-

Quanquam à membranis quoque aliquod accipitur experimentum noſtrarum probationum, quæ quum tot tantarumque ſtatim dictarum qualitatum ſint expertes, minimum offendunt aciem oculorum. Nam quod aliquis forte putaret parem noxam eſſe ſcriptarum chartarum, cum impreſſarum, ſatis dictum eſt ſuperius: quamvis id tum alia gratia citatum fuit, plus multo hauriri ipſius atramenti à charta impreſſa, quum propter formarum ænearum magnitudinem & madefactionem chartarum, priusquam ſubigantur prelo, tum vero propter geminam impreſſionem factam ab æneis formis in quasque chartas, quæ qualitas ab ære indita de ſe ſola forte ſit invalida; applicatione tamen & conjunctione ſimilium qualitatum, præſertim ex tot rebus conſurgentium, ſeipſa imparibus modis fit major improbiorque vis. Et ſcitum eſt *Ariſtotelis* illud: *Simile additum ſimili facit ipſum magis furere.* Fortaſſe ſublæditur ipſa oculorum acies quoque à figura litterarum impreſſarum, ut quæ magis in acumen porrigantur, quam ſcriptæ: præſertim autem eæ litteræ, quas vulgus, accepto primum à *Plinio*, opinor, nomine, *caducas* vocant. Fiunt autem illæ, quoties atramenti plus ſatis charta imbibit. Videbuntur hæc alicui forte à me ſuperſtitioſius collecta. Et agnoſcerem quidem crimen, niſi ageremus de membro corporis tenerrimo delicatiſſimoque, & à quanta-

libet

libet offenſiuncula lædi parato. Quapropter, ſi à ſcriptione manibus facta, minus omnino nocumentum oculis infertur, ſi ingenium memoriaque melius confirmantur, ut ſupra dictum eſt, ſi præſtat vicem ſalubris exercitationis: Satis jam patere unicuique arbitror, plus incommodorum acceptum antiquato uſu libros ſcribendi, quam commodorum ab invento artificio imprimendi, neque unquam optandam fuiſſe vacationem relevationemve ſcribendi laboris, quæ tot tantiſque commemoratis conſtaret offenſionibus atque detrimentis.

Reſtat nunc, ut, quod ſecundo loco poſueramus, de compendiis lucri, ex officinis librariis enati, dicamus. At primum quidem dicimus, iniquiſſime penſari ſordidi tenuiſque compendia lucri cum pulcherrimo uberrimoque fructu doctrinæ, quippe hinc parantur & ſubſidia & ornamenta vitæ in omnem usque ætatem, pecuniæ inſtabilis incertaque poſſeſſio: Literæ, jucundiſſimum viaticum, ubique nobiſcum peregrinantes, ſemper ſunt oblectamento, nunquam tædio, nunquam moleſtiæ, pecuniæ cum ſollicitudine, metu, periculo circumlatæ, poſſeſſori quoties ſuo necis cauſa fuere? Qui igitur æri ſuo parcit in comparanda ſupellectile librorum, ſatis declarat, poſteriorem ſe habere rationem ſtudiorum atque artium, quam pecuniæ. Quocirca vix unquam talem excellentem doctri-

na virum exiſtimo futurum, præſtaretque eundem hominem ingenium animumque totum reſervare ad artes quærendæ pecuniæ, quam dimidium adferre ad ſtudia litterarum. Namque plus in alterutro genere proficeret, quam ambiguus jactaretur inter utrumque. At vero inopiæ conſultum dicunt iſti ab invento artificioque typographiæ ob levitatem impendii. Imo peſſime, quoniam ſublata copia & inſtrumentum magnum ademtum levandæ egeſtatis. Enimvero vacabat inopum labor non ſibimet ſolum, ſed aliis quoque in ſcriptitandis libris, erantque parabiles omnino res, minimique impendii, calamus, charta, atramentum. Nam de mediocritate opulentiæ, idcirco minus neceſſario dicendum, quod ferme ex æquo ſe ad utrumlibet habuerit. Sitque in hoc genere judicii facienda æſtimatio à propiore longioreve receſſu ab opulentia. Sed quid? an pudendum aut illiberale erat calami officium homini locupleti? Fuſi, ſtamina, acus deceant ſexum fœmineum. Scriptio vero, præſertim bella & elegans, viro decora eſt, omni ordini, ætati, profeſſioni conveniens. Quanto vero honeſtius tempus illud, quod ſibi vindicant alea, teſſerulæ, diſcus, convivationes, datur ſcriptioni. Quin audeo affirmare, poſtquam exercitium illud honeſtum ſcribendi in cœnobiis ceſſavit, ſuperventa videlicet Chalcographiæ, fervor monaſticæ diſciplinæ

ſeſe

ſeſe remiſit, ſtudium religionis, prope eſt, ut dicam, refrixit. Non, quod ego locem fundamentum aliquod religionis in ſcriptione (foret enim illud dementiæ.) Sed quia erat vice honeſti diverticuli ſcriptio ipſa, ſi quando forte animus ad illicitas cogitationes defflueret. Siquidem *Otia dant vitia.* Et certe gliſcente licentia morum, rebusque (ut fit) in pejus inclinantibus, quicquid eo aliquid momenti adſert, magnum ad ſtruendam perniciem exiſtimari & poteſt, & debet. Præterea ſcribebat quondam etiam Paterfamilias aliquis libros, poſteris ſuis relicturus, non ſolum argumentum ſtudii & pietatis erga ſe, verum etiam exemplum & incitamentum induſtriæ, gratamque ſui recordationem, id quod emtio quoque librorum, ſed neſcio, an pari efficacia, præſtabat. Et re vera, quid ad æmulationem paternæ aviæque virtutis potentius, quid dulcius aut amabilius homini ad ſtudium doctrinæ virtutisque contendenti, quam cernere manum parentum majorumve ſuorum? intueri induſtriam, videre priſtinam fidem & diligentiam erga ſe in procurandis inſtrumentis ſtudiorum? Sed enim quanto in pretio & dignitate olim fuerint libri ſcripti, evidenter declaratur in libro *Pandectarum Juris*, Titulo *de ſuppellectile legata* l. *ſupellectilis*, quo loco Prætor negat, *libros ipſos venire in cenſum & appellationem ſupellectilis legatæ, quin etiam thecæ & ſcrinia librorum in eandem*

dem recipiantur immunitatem. Tantus olim favor fuit legum in familiam frugi, deditamque doctrinæ ſtudiis. Tanta cura aſtruendi hæredibus optimum theſaurum domeſticum, tanta aſſervandi tuendique. Tantum denique ſtudium reſtringendæ conditionis illius in legata ſupellectile, ne relictæ poſteritati auferretur inſtrumentum ſtudiorum; hæredi adimeretur commoditas diſcendi; domus ſpoliaretur, quaſi perpetuo ornamento. Jam vero conſideremus & intueamur etiam ductus & formas ſcriptionum. Annon pulcherrima res eſt jucundiſſimumque oculis ſpectaculum, cernere mundos ſpecioſoſque characteres, maxime deſcriptos in membranis, quales adhuc alicubi ſuperſunt; videre capitales notas litterarum, alterne puniceo, cælioque diſtinctas colore; quaſdam etiam auro inſignes atque decoras, adjectis interdum parergis, cum ipſa propemodum laude pictorum certantibus? Verum ſtatuebatur libris ſcriptis magnum pretium. At quid tum? quando nihil aut parum damni accipiebatur à poſſeſſore, ſi forte de precio ſub haſta decideretur. Adde illud quoque, fieri potuiſſe, & quidem probabile videri factum, majorem adhibitam fuiſſe in diſcendo operam, quo pretio graviore conſtabat ſcriptorum emtio librorum. Nam ita fere cum ingeniis moribusque comparatum noſtris eſt, ut perire nobis nollemus fructum utilitatem-

temque rerum charo foro emtarum. Sed quid tandem? An vero levem olim curam diligentiamque fuiſſe putabimus juvandæ levandæque penuriæ vulgaris, quo modis omnibus propagaretur multiplicareturque fructus ſtudiorum? Quo quidem in genere inſtituti, ſtudii, honoris, laudis, ſi priſca revocentur, præcipuas fere laudes *Roma* obtinuit, erectis, exſtructis, dotatis munificentiſſime Bibliothecis publicis. Refert *Suetonius Tranquillus*, à Cæſare *Octavio Augusto* magnis ſumptibus conſtructam Bibliothecam: itemque *Domitianum* Cæſarem abſumtis incendio Bibliothecis aliam quandam impenſiſſimi operis curaviſſe exſtrui, miſſis Alexandriam, qui ſcriptores librorum conducerent. Idem quoque de *Hadriano* Cæſare meminit *Ælius Spartianus*. Et memoratur à *Plinio* lib. 7. Nat. hiſt factum *Aſinii Pollionis*, qui de manubiis publice ex hoſtibus relatis, publicam item conſtrui curaviſſet Bibliothecam. Sed & à *M. Varrone* quoque altera Romæ conſtituta Bibliotheca locupletiſſima. Quin exteris inſuper populis ditioni imperioque ſuo ſubjectis Roma Bibliothecas curavit impartiendas, ne conſortes facti Romani nominis atque imperii, exſortes manerent doctrinæ, artium, humanitatis. Oſtenſumque nominatim ejus tantæ benificentiæ liberalitatisqe exemplum in Regulis Africæ capta *Carthagine*, uti eſt apud eundem *Plinium* lib.

18.

18. natur. hiſt. Sed & in ſubſequentia quoque tempora, recepta videlicet religione chriſtiana, tanta eſt laus extenſa, commemorantque hiſtoriæ, quendam *Anaſtaſium Bibliothecarium* Romanæ Eccleſiæ, illum qui ſtudio hortationeque *Caroli* III. Cæſ. (nam in hujus tempora incidit) multa quædam laudeque digniſſima opera dediſſet, ac inprimis *Dionyſii Areopagitæ* librum hierarchiæ cæleſtis è Græco ſermone à ſe in latinum translatum itemque hiſtoriam divorum ad eam usque ætatem. Secutus hunc ſæculorum aliquot intervallo *Nicolaus Quintus*, Pontif. Max. copioſiſſimam pulcherrimamque Romæ bibliothecam, cognomento *Vaticanam*, comparavit, multis aureorum millibus inſumtis. Amator ille ſummus doctrinæ ſtudiorumque eſt habitus, ipſe quoque doctiſſimus. Conſimilem nacta laudem domus illuſtris Mediceorum à principe ejus gentis *Laurentio*, ædificata dotataque magnificentiſſime Florentiæ Bibliotheca in cœnobio *D. Marci* Ordinis Prædicatorum. Sed ne duntaxat meminerimus noſtrorum, inter exteras quoque gentes plurimum retulit laudis *Demetrius Phalereus* Rhetor & princeps, ſenator in regia *Ptolemæi Philadelphi*, qui ad quinquaginta librorum millia (ſicuti de ipſo proditum reliquit *Joſephus* libro duodecimo Antiquitatum Judaicarum) regiis auſpiciis & ductu in Bibliothecam illam convexerat. Et *Pamphilus Cæ-*

ſarienſis conquiſitis undecumque libris, hactenus fama celebratiſſimam Cæſareæ Paleſtinæ Bibliothecam conſtituerat, ſuaquemet manu magnam partem *Origenis* voluminum conſcripſerat, quæ tamen immenſa leguntur fuiſſe, pæne ut fidem ſuperet narratio: ut interim uno verbo percurramus omnes omnium locorum bibliothecas, publicis deſtinatas uſibus. Quæ omnia a me allata eo valere cupio, ut perſuaſum omnibus *jam* ſit, beneficentia ſupremi numinis, nunquam neque defuiſſe, neque defuturam fuiſſe hominibus, tum voluntatem, tum facultatem, ſtudia literarum augendi amplificandique, ne beneficium atque laudem hujus compendii in unica ac ſola reponendum putemus Chalcographia, neve etiam tanti apud nos ſit exiſtimatio annonæ levioris in emendis libris, quin & pretio & caritati perpetuo remedia ſuffectura fuiſſe intelligamus.

Tranſeo nunc ad illud beneficium Chalcographiæ, ultimo loco ſuperius numeratum, quia nimirum evexit amplificavitque plurimorum ſcriptorum nomina, gloriamque illuſtravit. Hic primum illud confirmo, tantundem fere gloriæ conciliari ſcriptori cuicunque, quantum dignitatis auctoritatisque quæritur ſcriptis. Quod ſi ſolius evulgationis propagationiſque fuerat beneficium famæ largiendæ amplificandæque, poterat unusquisque etiam obſcuriſſimus ſcriptor cla-

claritatem nominis conſequi. Sed fit in rebus mortalium juſtiſſima quadam æquitate judiciorum, ut meritis virtutum tenore ferme pari præmia reſpondeant honorum: ut verum agnoſcamus vetus illud *Catonis* elogium, quem vel fugientem continuo ſecutam gloriam ferunt. Tanta profecto vis eſt eximiorum præſtantiumque facinorum. *Vulgaria*, preſſa, humilia, oculos multitudinis ad breve forte tempus in ſe convertant, puta commendatione alicujus novitatis aut inſuetudinis. *Grandia*, ampla, ſublimia, ut magnam de ſe admirationem concitare, ita diutiſſime ſunt placere apta. Quocirca qui umbram effugere vult mortalitatis, qui clarus æternusque haberi cupit, iisdem, quibus optimi olim ſcriptores, veſtigiis ingrediatur neceſſe eſt; multa legerit, multa audierit, multa obſervarit, ad ſcribendum venerit artis præceptis imbutus, etiam muneribus naturæ, ſi fieri poſſit, inſtructus. Absque iis enim elegans forte aliquis & diſertus fuit, decus & amplitudinem oratoris retinere nequiit. Nam Chalcographiæ, ceu internuntio cuidam, velle fidere, committereque nomen ad poſteritatem transmittendum, nec interim munus ſcriptoris legitimi explere, hominis eſt vanum conatum ſuſcipientis, atque levitatem & intemperantiam ingenii ſui prodentis. Quod ſi forte fortuna, tum per notitiam librorum, tum per otium, liceret

recenſere univerſum illud genus ſcriptorum ab initio creati orbis, quanta ſe offerret turba inutilium? Certe claritatem, quam illi à ſcriptis monumentis non accepere, fruſtra peterent à Chalcographia, ut modo cunctis ſæculis duraviſſet; & tamen in tanta multitudine libros conſcribentium, laudari illaudatique iuxta, patronos & vindices ſibi ſemper quæſiere contra adverſantium ſtudia & voces. Cæterum, cauſa non valente, parum ſolet prodeſſe actio defenſioque patroni. Quot, inquam, libelli, quum alibi, tum vero in Germania impreſſi, famam, quam ſibi conciliare quæſierant, minime invenerunt? Quantus numerus ſcriptorum etiam vulgo probatorum deſiit haberi in pretio? Pretio dixi, imo vero recordatione, tantum abeſt, uti honeſtam gratamque illi commemorationem nominis ſui poſteris reliquerint. *Perſius* & *Martialis*, feſtivi ambo poetæ, alquoties precantur ſcriptis ſuis æternitatem, ne integumenta atque involucra fiant rerum in tabernis venalium. Itaque alter Satyra prima, ingenioſe ſua diſſimulata perſona, ſcribere ſe ſignificat, quæ cedro putat digna, nec ſcombros metuentia, nec thus: Alter vero, eandem ſecutus ſententiam, patronum etiam ſibi quærit. Sunt autem ii *Martialis* verſus libro epigrammatum tertio, ad *Fauſtinum*:

Ca-

Cujus vis fieri libelle munus?
Feſtina tibi vindicem parare,
Ne nigram cito raptus in culinam,
Cordyllas madida tegas papyro,
Vel thuris piperisque ſis cucullus,
Fauſtini *fugis in ſinum, ſapiſti.*

Itemque l. 4. ad *Apollinarem*, civem Romanum:

Si vis auribus Atticis probari,
Exhortor moneoque te, libelle,
Ut docto placeas Apollinari,
Nil exactius eruditiusque eſt.
Sed nec candidius benigniusque.
Si te pectore, ſi te tenebit ore,
Nec ronchos metues malignorum,
Nec ſcombris tunicas dabis moleſtas;
Si damnaverit, ad ſalariorum
Curras ſcrinia protinus licebit,
Inverſa pueris arande charta.

Uterque ſcriptor argute quidem, ſi ſerio; feſtiviter etiam & eleganter, ſi per jocum eſt deprecatus oblivionem & interitum, molitusque æternitatem operi. Quanta illis, jocorum dicam, an indignitatis materia conceſſa, quantos carminibus ſuis riſus concitiſſent, ſiquidem per tempora frequentatæ Chalcographiæ vixiſſent, conſpecta videlicet tanta inſolentia, ambitione, arrogantia tot ineptiſſimorum ſcriptorum, quot noſtra tempora dederunt; Quanquam quid malus aut etiam vernaculus ſcriptor aliquis, opem æternitatis ſibi poſcat à præſidiis auxiliisve

externis, præſertim fretus mala cauſa argumentove non probabili, quum contra optimi quandoque ſcriptores, omni deſtituti patrocinio potentiorum, imo oppugnati interdum, nihil prorſus amiſerint de exiſtimatione autoritateque ſua. Tantum abeſt, ut benefactrix illa chalcographia ſcilicet aliquid poſſit gloriæ amplitudinisque conferre. Refert *Suetonius Tranquillus*, C. *Caligulam* Cæſarem *Homeri* opera memoriamque abolere voluiſſe, *Platonis* prætenta ſententia, qui è ſua Republica genus poetarum omnino exturbaviſſet; *Virgilii* quin etiam & *Livii* Libros imaginesque de bibliothecis tollere annixus, quod alterum minimi ingenii judiciique diceret, alterum verboſum nimium. An vero idcirco aliquid de auctoritate celebritateque tantorum virorum imminutum. An vero idcirco etiam parcius lectus eſt *Livius*, quia ſubſcribens *Caligulæ Fabius Quinctilianus*, quamvis acerrimus ſcriptor, *Patavinitatem* in Livio notavit, quo novo atque à primo *Fabio* efficto nomine intelligi cenſeo redundantiam & copiam, à fertilitate ubertateque agri Patavini. Quin & gallinas Patavinas, ut olim aliquis poëtarum de craſſitudine obeſitateque laudavit, ita hodie quoque vulgus celebrat Italorum. Tanta ſoli rerumque omnium Patavii felicitas. Profecto nec *Caligulæ*, nec *Fabii* acutæ facundiæ quicquam licuit injuriæ in nomen *Livii*, quo minus il-

la-

labefactum hactenus ſteterit ſtetq; perpetuo. Sed & *Hadrianus* Cæſar, referente *Ælio Spartiano*, in nomen *Virgilii* & *Ciceronis* fuit injurius, dum hunc poſthabet *Catoni*, illum *Ennio*. Et *Macrobius* quoque, ſi recte expendatur, itidem prægravat *Virgilium* calumnia. Verum horum auctoritatem atque ſententiam ſequentes omnes ætates facile expugnavere, *Virgilio Ciceronique* merito loco dignitateque ſervata. Quid? annon etiam *Sabinianus* aliquis Pontifex Romanus una litura cogitaverat abolere relicta ſcriptorum monumenta anteceſſoris ſui *Gregorii*, cognomento *Magni*, ac prope erat, ut aboleviſſet, niſi auctoritate & interceſſione cujusdam *Petri Diaconi* tantum fuiſſet prohibitum nefas. Verum *Sabiniano* hiſtoriis ſcriptorum æterna conciliata ignominia à tentato ſaltem facinore, *Gregorii* nomen perpetuo illuſtre atque celebre. Omittemus jam citare multos alios cujusque generis ſcriptores brevitatis cauſa, quorum etſi obſtrepuiſſent famæ calumniæ æmulorum, tamen firma immobiliſque perſtitit gloria, non illa quidem freta ſolo beneficio librorum multiplicationis, qualem imperiti rerum quidam forte à Chalcographia expectandam putavere, ſed fundamentis nixa veritatis, doctrinæ, facundiæ. Illud ſane in univerſum dixiſſe ſufficiat, tantum valere auctoritatem ſemel partæ, ſolidæ perfectæque gloriæ, ut plus interdum referat, quis

quid, quam quid quis dixerit ſcripſeritve. Multæ referuntur laudes variæ conſummatæque doctrinæ de M. *Varrone* à multis ſcriptoribus. Attamen uno illo de re ruſtica edito libello non tantum admirationis mihi *Varro* injecit, & eſt alioquin digniſſimus admiratione, quantum excitavit accenditque deſiderium amiſſorum *Varronis* librorum, ſola prædicatione *Ciceronis* initio diſputationum Academicarum, pluſque partum eſt *Varroni* veræ laudis à magnifico *Ciceronis* præconio, quam ab illo relicto fragmento operum, haud tamen nunquam pœnitendo. Tanti ſcilicet eſt laudari à laudato viro, non autem diffundi quaquaverſum exemplaria à Chalcographo. Sed enim in media diſputatione hac noſtra, quaſi minante non nihil adverſa prœlii fortuna, pedem referre incipio, cenſeoque quadam ex parte chalcographiæ officium commodare ſtudiis litterarum olim potuiſſe, quippe ab interitu vindicata multa opera fuiſſent, ſi non alio, ſaltem exemplarium multiplicationis beneficio. Verum id damni abunde ſolatur & compenſat ſuperſtes adhuc bonorum copia librorum, quibus plene diſcendis vix ſatis multum ſuppetat otii atque temporis. Sed neque ſi quid boni advexit chalcographia, id nos ullo modo ſupprimendum diſſimulandumve ducimus, neque nos etiam tam ſumus aut inconſiderantes in penſitandis acceptis muneribus,

aut

aut ingrati in agnoſcendis, quin ſi quid unquam ſumus nominis aut gratiæ ſcribendo conſecuti, illud referendum putemus officio chalcographiæ. Significamus autem inprimis dolere nos tam opportunum inventum, quorundam improbitate, petulantia, libidine ad pravos illicitosque converſum uſus. Et profecto dum rem ipſam diligentius mecum pertracto, venit in mentem laudari Germaniam ipſam à duobus ingenioſis inventis: ſed quibus cupiditas atque ambitio hominum plurimum ſit abuſa: alterum eſt librorum impreſſionis, alterum fundendarum bellicarum machinarum, quæ *Bombardæ* dicuntur. De machinis bellicis auctorem habeo *Joannem Antonium Campanum*, ſic referentem oratione, habita Ratisbonæ apud Principes Germaniæ: *Inventæ apud vos quoque majores minoresque bombardæ, quæ non modo rumpi urbium muros, ſed cælum etiam quati potuiſſe docuerunt, ut non ſolum bellatores ſemper fuiſſe acerrimi, ſed inſtrumentorum quoque bellicorum inventores ſubtiliſſimi videamini.* Hæc ille: quibus quid quantumve ſit tribuendum, tua ſit, Lector, æſtimatio. Quanquam de pravo damnabilique uſu machinarum bellicarum Germania minimum ſit accuſanda, ſintque potius in culpa maritimi quidam populi, qui contra jus gentium decretaque majorum, rei nobis neceſſariæ debitæque uſum fecere barbaris impiisque gentibus communem, navigiis ſuis exportando.

 Chal-

Chalcographiæ autem depravatum uſum & corruptelam multi magna ex parte attribuunt Germaniæ. Etenim, exorta apud nos nimium quam vehementi contentione ſuper Religione communi, in diverſa, ut aſſolet, itum eſt ſtudia, laxatisque paulatim frenis licentiæ, nullus fuit modus aut finis invicem convitiandi, acceptasque injurias retaliandi. Contemtaque poſtremo & proculcata auctoritate ſuperiorum ordinum, liberis cœptum debachari vocibus atque ſcriptis, in Principes magiſtratusque ipſos, atque hic ſervitum gratificatumque ſtudio prurientium aurium. Etenim eſt illud commune mortalibus vitium, (neque enim juvat diſſimulare) ut pronis auribus accipiantur maledicta convitiaque in alios jactata. Verum leviſſima res foret contentio verborum, & habet hæc animi libido ſuam quoque ſatietatem, ſua faſtidia; paulatim vero non libere minus & audacter, quam promiſcue pronunciatum de placitis religionis, atque hic fere diligens ſedulaque inventa chalcographiæ opera in committendis prelo qualibuscunque ſententiis atque cogitationibus, honeſta turpibus, bona malis, utilia commixta inutilibus, invicem gloriam dedecusque mutavere, eo plerumque relato ſtudio, ut laus aliqua ſcriptori, voluptas lectori, typographo utilitas quæreretur.

Dictum hactenus à nobis de commodis & incommodis chalcographiæ, quantum ingenio

nio & ratione conſequi potuimus, nimia tamen vitata ſuperſtitione, probatumque ſatis confido, haud æquales populari perſuaſionē utilitates à chalcographia proveniſſe, factumque, ut commoda fructusque ipſius ab incommodis atque detrimentis præponderentur. Nunc fortaſſe ſibi cupiat aliquis à me monſtrari rationem & formam publicis malis medendi, neque id ſane improbe ac præter rationem, quod inutilis eſt morborum commemoratio atque indicatio, niſi continuo remediorum quoque opem adferamus. In quo ſane perparum nobis laborandum videtur, quod intelligamus magiſtratus ipſos tandem aliquando admonitos excitatosque de remediis afferendis, & quidem acriter cogitare, deſignatis ubique certis viris recognitioni edendorum librorum præfectis. Quanquam, ſi hactenus aut nondum ſatis exacta diligentia in recognoſcendis erratis, aut par dignaque pœna in plectendis peccatis fuiſſet adhibita, licebat tum quidem unicuique homini docto & ingenioſo facultatem ſcribendi ſuam conferre ad acuendam diligentiam ſedulitatemque ſuperiorum ordinum; propterea quod ipſa mole malorum, inſtar violentæ inundationis, citius prope obruti fueramus, quam advenientem vim ſenſiſſemus. Quodſi unicuique privato civi datur actio ex interdicto adverſus præſumentem ædificare immittereve tignum in loca publica, præterita auto-

ctoritate ſuperiori, uti eſt in *Pandect.* Titul. *Ne quid in loco publ. itinereve* l. *Prætor*: quod hoc pacto publicis privatisque rebus pariter conſulatur, habeatque quisque civis tantum juris ad prohibendum, quantum ad obtinendum. Quidni? certatim quisque operam ſuam conferat ad arcendam licentiam & improbitatem referendi cujusque generis ſcripta in monumenta publica, quibus non ſit *data auctoritas* à ſupremo magiſtratu? Niſi forte minus hic peccati periculique ineſſe putamus, quam in urbanis ædificiis, aut à ſolo excitandis, aut ulterius proferendis. Quanquam magnæ alicujus vaſtæque urbis nihilo viæ publicæ forte reddantur anguſtiores, aut incommodiores habitationes ab occupatione modica areæ alicujus, &, ſi utique oporteat, facilis ſit demolitio operis. Libellus autem aliquis, pravam contagioſamque diſſipans doctrinam, magnam ſæpe peſtem ingeniis intulit quidem vix delebilem. Nolo jam multa dicere de *libellis famoſis* hactenus per Germaniam ſine fine ſparſis, diverſo exemplo ab illis uſurus, quum illi nihil non ſibi permiſerint, inſtructiſſimi videlicet ſtudiis atque artibus, meliori cuique maledicendi. Tacebo item de imaginibus, quas, infamandi nominis honorisque alieni ſtudio, officinæ librariæ infinitas emiſere. Enimvero ſcriptis an pictis notis oſtendatur contumelia, nihil intereſt, niſi quod in ſymbolis imaginum plus aliquid ineſſe ar-

guta

gutæ ſcurrilitatis ſolet, tum vero major inibi apparet ſignificatio animi ad nocendum parati, dum ſenſus ingenii peritis imperitisque litterarum aperitur. Poſſent multa in hanc partem dici, verum nobis ſatis erit, rem ipſam quaſi digito deſignatam, ut tanta indignitate uno momento ante oculos poſita, jam unusquisque pro ſua prudentia intelligat, quam male promerita chalcographia fuerit de vetere opinione modeſtiæ gravitatisque Germaniæ, jam pridem apud exteros populos nonnihil concuſſa atque labefactata, de tam promiſcua libellorum figurarumque impreſſione, una nota levitatis intemperantiæque totam ſimul nationem aſpergente. Summa tandem ſit ſcriptionis iſtius noſtræ. Si ſalvam, ſi quietam, ſi tranquillam cupimus Remp. Chriſtianam, prorſus eſſe reſtringendam coërcendamque licentiam officinarum typographicarum. Deinde adhibendum delectum atque diligentiam, ne bona pro malis, inutilia pro utilibus ſubjiciantur. Maxime autem cenſeo reprimendam improbitatem libellorum maledicorum. Quum enim privatæ contentiones & rixæ omnes inimicæ ſint charitati, tum vero, publicis conſignatæ monumentis, contumeliæ. Illic forte ſubitario impetu animi delinquitur, hic perpetua quodammodo ultio expetitur. Illas ſubſecuta ſtatim reconciliatio deleat, exſtinguatque oblivio, has fere ſempiterna veſtigia offenſionum comitantur.

At

At vero mirum & multis fortaſſe incredibile, quantum hac in parte jam inde peccatum in Germania paſſim fuerit, in quo tu merito dubitare mecum poſſis, major ne talium maledicorum ſcriptorum veſania fuerit, an ſtupor? Veſania, volentium impotentiam furoremque ſuum videri fidem, pietatem, zelum: ſtupor, aliorum de ſe judicia aut non intelligentium, aut negligentium. Etenim nemo fere eſt paulo acrioris ingenii, atque judicii, qui non intelligat famoſis libellis id præcipue agi ad hoſtibus Evangelii, ut preſſos pondere famæ iniquioris Patronos veritatis, omnibus ſpolient ornamentis dignitatis atque auctoritatis. Adverſus vero hanc tantam fraudem, vafriciem, malignitatem majori quadam vi reſiſtendum eſt tibi imprimis, Cæſar Auguſte invictiſſime. Compeſcuiſti paulo ante furorem & inſolentiam turbulentarum concionum; proximum dehinc eſt, ac neſcio an factu etiam facilius, ut rabiem & maledicentiam quoque prohibeas famoſorum libellorum. Hoc enim pacto publicis rationibus optime conſules. Sed & tuis quoque, Cæſar Auguſte invictiſſime. Nam etſi multa abs te ſumma cum animi magnitudine, æquitate, juſtitia, ſapientia, fortitudine, felicitate adminiſtrata geſtaque commemorantur. Adhiberi etiam ſociam conſiliis actionibusque tuis, clementiam & manſuetudinem, tam

bo-

bonis omnibus jucundum, quam tibi Cæſari, ſit glorioſum. Tamen in tanta immenſitate rerum, laude, amore, admiratione digniſſimarum, ſubinde aliquid quærere volet invidia, quod exagitet & arguat. Tametſi & animo, & virtute tua, cœlo jam pœne coæquata, non eſt quod ad inanes ſuſurros invidorum quicquam moveare. Quæ quamvis ita ſint, & capitale inſuper habeatur, lædi quoquo modo Cæſ. Majeſt. famoſis libellis; Tamen erit ſapientiæ & bonitatis tuæ quoque, Cæſar Auguſte invictiſſime, eorum etiam innocentiam ab injuriis & calumniis æmulorum tueri ſervareque, quorum hactenus eſt fide, conſilio, doctrina; veritas Catholica propugnata atque defenſa. Quod ita demum fieri poſſe, meo judicio videtur: Si auctor eris corrigendis caſtigandisque quam primum librariis officinis. Etenim nemo uſquam maledicus ſcriptor nervos ingenii ad nocendum intendet, telave depromet convitiorum, ſi deerit jaculator chalcographus. Ille autem tam copioſus chalcographorum numerus Germanorum, toti forte ſuffecturus orbi terrarum, ad paucos velim redigatur. Pauci chalcographi univerſi ſerviunt Galliæ, pauciores Italiæ, pauciſſimi Hiſpaniæ. Certæ quædam nationes, nullum omnino habentes, utuntur ſaltem aliunde importatis libris Ad quid igitur nobis tanta turba chalcographorum?

In

In magna multitudine promtius frequentius que fere delinquitur. Paucitas ipſa expoſi obſervationi. Ergo qui aſſumendi forte erunt ad munus imprimendorum librorum ſint tam doctrina quam moribus famaqu probati viri; ut ſicuti ex propoſito peccar nollent, ita per errorem & imprudentiam nequeant quoque. Iidem privilegio Cæſa reo etiam inauctorentur. Quibusdam e iam immunitatibus ſupra plebem conſpicu honeſtentur. Et ſi ita liceat, hæreditarium jus in ſua quaque maneat familia imprimen dorum librorum: Sitque tandem par fermi conditio Chalcographorum cum fabris monetarum; ut in quorum jus munusque irruendi, facinus piaculare habeatur, ultimo dignum ſupplicio. Et ut finem quandoque faciam, hiſce tandem rationibus atque formis à me deſcriptis, in meliorem ſorte ſtatum reſpublica reponeretur. Etenim niſi remotis offenſionum ſcandalorumve impedimentis, fruſtra ſperantur pax & conſenſio animorum. Poſtremo ſic ſtatuo confirmoque, tantum acceſſurum fructus, ſplendoris, ornamentorum, commodorum ad ſtudia litterarum, quantum fuerit demtum de licentia & audacia pravorum ſcriptorum atq; Chalcographorum.

(o)

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06587 0175
A 598816

